



XLIV.

CLAVDII RVTILII NAMATIANI  
DE REDITV SVO LIBRI II.

Itinerarium Rutilii Namatiani aetatem tulit in vetusto codice Bobiensi\*), qui a. 1493 a Georgio Galbiato in lucem protractus, a. 1495 a Thoma Inghiramio Phaedro est descriptus. cuius exemplar fons fuit librorum ineunte saeculo XVI in Italia propagatorum. quorum unum siue acquisiuit siue descripsit Sannazarius; quod apographon extat in nobilissimo codice Vindobonensi 277 (olim 387), qui post membranas vetustas Ouidii Halientica et Gratii Cynegetica continentes iam foliis 84—93 saeculi XVI carmen nostrum habet praemisso titulo *Ex fragmentis Rutilii claudii Namatiani de reditu suo e Roma in Galliam Narbonens(em)*. quem librum correcturas haud paucas (saepe in margine addita nota *f.*, id est 'fortasse', adiectas) prae se ferentem accurate mihi contulit Iosephus Huemerus Vindobonensis. significavi c. — alia autem exemplaris Phaedriani apographa cum iam non extent, adhibenda est quae ex uno eorum fluxit editio princeps Bononiae a. 1520 emissa et sic inscripta

\*) qui liber cum Bobii permansisset, anno fere 1706 a Bonneuato subreptus usque ad hunc diem delituit [Peyron, Cicer. orat. fragm. inedita p. XX].

*Claudius Rutilius poeta priscus de laudibus urbis, Etruriae et Italiae.* ipsi autem carmini hic praefigitur titulus: *Ad Venerium Rufum Rutilii Numatiani Galli, viri consularis, praefectorii urbis, tribuni militum: praefecti praetorio. liber primus Cui titulus itinerarium.* librum rarissimum Romae in bibliotheca Angelicana adseruatum contulit mihi A. Mauius. notauit b (testium b et c consensum indicat siglum B). — praeterea Onuphrius Panuinius in commentariis de urbe, imperio et ciuitate Romana editis [Venetiis 1558] usus est scripto aliquo apographo, ex quo tamen praeter uu. I 575—578 ab editione principe omissos nil correxit.

Editiones commemorandae cum Burmanni [P. L. M. II p. 3 sqq.] et Wernsdorfii [P. L. M. V 1, 77 sqq.], tum peculiaries A. W. Zumptii Berolini a. 1840, L. Muellerti Lipsiae 1870, Itasii Lemniaci Berolini 1872 emissae.

## LIBER PRIMVS.

\* \* \*

Velocem potius reditum mirabere, lector,  
 Tam cito Romuleis posse carere bonis.  
 Quid longum toto Romam uenerantibus aeuo?  
 Nil unquam longum est, quod sine fine placet.  
 O quater et quotiens possum numerare beatos,      5  
 Nasci felici qui meruere solo!  
 Qui Romanorum procerum generosa propago  
 Ingenitum cumulant urbis honore decus!  
 Semina uirtutum demissa et tradita caelo  
 Non potuere aliis dignius esse locis.      10

1 *puto* reditu, *ut* (me) uelocem et posse carere *rite* coeant | 4 unquam B (*semper*) | 5 quater *Heinsius*: quantum B | quoties possem b; quoties non est *Heinsius* | 9 coelo B (*semper*)

Felices etiam, qui proxima munera primis  
 Sortiti Latias optinuere domos:  
 Religiosa patet peregrinae curia laudi,  
 Nec putat externos, quos decet esse suos;  
 15 Ordinis imperio collegarumque fruuntur  
 Et partem genii, quem uenerantur, habent:  
 Quale per aetherias mundani uerticis arces  
 Concilium summi credimus esse dei.  
 At mea dilectis fortuna reuellitur oris,  
 20 Indigenamque suum Gallica rura uocant.  
 Illa quidem longis nimium deformia bellis,  
 Sed quam grata minus, tam miseranda magis.  
 Securos leuius crimen contemnere ciues:  
 Prinatam repetunt publica damna fidem.  
 25 Praesentes lacrimas tectis debemus auitis:  
 Prodest admonitus saepe dolore labor.  
 Nec fas ulterius longas nescire ruinas,  
 Quas mora suspensae multiplicauit opis:  
 Iam tempus laceris post saeua incendia fundis  
 30 Vel pastorales aedificare casas.  
 Ipsi quin etiam fontes si mittere uocem  
 Ipsaque si possent arbuta nostra loqui,  
 Cessantem iustis poterant urgere querelis  
 Et desiderii addere uerba meis.  
 35 Iamiam laxatis carae complexibus urbis  
 Vincimur et serum uix toleramus iter.  
 Electum pelagus, quoniam terrena uetabant:

12 obtinere b | 13 Relig. c | 15 fruuntur b: feruntur (*ingo* fruuntur) c | 17 (a)etherios — axes B, correxi | 18 Concilium c: Conubium b; concilium ceterorum deorum (*cf. Cic. Tusc. III 5*) Ioui summo adsidentium comparatur cum provincialibus in senatum Romanum adscitis (*genium intellege populi Romani, quem repraesentat senatus*) | 25 lachrymas B (*semper*) | 26 fauor *Heinsius* | 29 post] *malim* per | saeua c: longa b | 34 addere c: reddere b | uerba *uir doctus apud Wernsd.*: uela B; *cf. Ouidii epist. 20, 76* | 35 lassati *Schraderus* | 37 uetabant *scripsi*: uiarum B; *sed nec pluralis terrena cum uis nec hoc coniunctum cum*

Plana madent fluuiis, cautibus alta rigent.  
 Postquam Tuscus ager postquamque Aurelius agger  
 Perpressus Geticas ense uel igne manus 40  
 Non siluas domibus, non flumina ponte coerceset,  
 Incerto satius credere uela mari.  
 Crebra relinquendis infigimus oscula portis:  
 Inuiti superant limina sacra pedes.  
 Oramus ueniam lacrimis et laude litamus, 45  
 In quantum fletus currere uerba sinit:  
 Exaudi, regina tui pulcherrima mundi,  
 Inter sidereos Roma recepta polos,  
 Exaudi, nutrix hominum genetrixque deorum  
 (Non procul a caelo per tua templa sumus): 50  
 Te canimus semperque, sinent dum fata, canemus:  
 Hospes nemo potest immemor esse tui.  
 Obruerint citius scelerata obliuia solem,  
 Quam tuus ex nostro corde recedat honos.  
 Nam solis radiis aequalia munera tendis, 55  
 Qua circumfusus fluctuat oceanus.  
 Voluitur ipse tibi, qui confinet omnia, Phoebus  
 Eque tuis ortos in tua condit equos.  
 Te non flammigeris Libye tardauit harenis,  
 Non armata suo reppulit Vrsa gelu: 60  
 Quantum uitalis natura tetendit in axes,  
 Tantum uirtuti peruia terra tuae.  
 Fecisti patriam diuersis gentibus unam:  
 Profuit inuitis te dominante capi.  
 Dumque offers uictis proprii consortia iuris, 65

*u. sequenti congruit; uetarunt (Neue II p. 479) reponere non ausim || 38 saltibus Zumptius || 39 Aurelius b || 41 siluas c || 43 reliq. b || 49 nutrix scripsi (coll. u. 146): genetrix B | genitrixque B || 50 parentheses signis inclusi || 52 Hospes Cuperus: Sospes B || 56 Quam (mgo qua) c | circumfusus b || 58 ortus B, corr. Castalio || 59 flammigeris lybie c || 60 repulit c || 61 uitalis B: uitalis Barthius | tetendit] prius te supra lin. c || 63 patriam ex patrie, ut uid., corr. c || 64 inuitis Juretus: iniustus B inuictis Castalio infestis Schraderus | domitante Heinsius*

Vrbem fecisti, quod prius orbis erat.  
 Auctores generis Venerem Martemque fatemur,  
 Aeneadum matrem Romulidumque patrem:  
 Mitigat armatas uictrix clementia uires,  
 70 Conuenit in mores numen utrumque tuos:  
 Hinc tibi certandi bona parcendique uoluptas  
 Quos timuit superat, quos superauit amat.  
 Inuentrix oleae colitur unigue repertor  
 Et qui primus humo pressit aratra puer,  
 75 Aras Paeoniam meruit medicina per artem,  
 Fertur et Alcides nobilitate deus:  
 Tu quoque, legiferis mundum complexa triumphis,  
 Foedere communi uiuere cuncta facis.  
 Te, dea, te celebrat Romanus ubique recessus  
 80 Pacificoque gerit libera colla iugo.  
 Omnia perpetuo quae seruant sidera motu,  
 Nullum uiderunt pulchrius imperium.  
 Quid simile Assyriis conectere contigit armis?  
 Medi finitimos condomuere suos.  
 85 Magni Parthorum reges Macetumque tyranni  
 Mutua per uarias iura dedere uices.  
 Nec tibi nascenti plures animaeque manusque,  
 Sed plus consilii iudiciiue fuit.  
 Iustis bellorum causis nec pace superba  
 90 Nobilis ad summas gloria uenit opes.  
 Quod regnas minus est quam quod regnare mereris:

67 Auctorem b || 69 Mit.] M supra N expunctam c || 70 nomen B, corr. Barthius || 71 mirum illud bona uidetur interpolatum, postquam par ante parcendique perit || 76 Fertur scripsi: Fretus B (factus .f. mgo c); Fretus it Barthius | deus b: donis deis c (deis, id est ex usu posteriorum 'ad deos', fortasse rectum est; cf. Sen. Herc. Oct. 1978) || 81 perpetuos — motus B, correxi (seruant accipe 'uidenti', omnia pro accusatiuo) || 83 conectere B | arma b || 84 cum domuere B, corr. L. Muellerus (tum dom. Burmannus) || 85 ad Magni c mgo Ipsi .f., sed erasum | macedumq; B, corr. Pithoeus | tyranni c



Excedis factis grandia fata tuis.  
 Percensere labor densis decora alta trophaeis,  
 Vt si quis stellas pernumerare uelit;  
 Confunduntque uagos delubra micantia uisus: 95  
 Ipsos crediderim sic habitare deos.  
 Quid loquar aërio pendentes fornice riuos,  
 Qua nix imbriferas tolleret Iris aquas?  
 Hos potius dicas creuisse in sidera montes;  
 Tale giganteum Graecia laudet opus. 100  
 Intercepta tuis conduntur flumina muris;  
 Consumunt totos celsa lauacra lacus. 102  
 Frigidus aestiuas hinc temperat halitus auras; 105  
 Innocuamque leuat purior unda sitim. 106  
 Nec minus et propriis celebrantur roscida uenis 103  
 Totaque natio moenia fonte sonant. 104  
 Nempe tibi subitus calidarum gurgis aquarum 107  
 Rupit Tarpeias hoste premente uias.  
 Si foret aeternus, casum fortasse putarem:  
 Auxilio fluxit, qui rediturus erat. 110  
 Quid loquar inclusas subter laquearia siluas,  
 Vernula quae uario carmine laudat auis?  
 Vere tuo numquam mulceri desinit annus;  
 Deliciasque tuas uicta tuetur hiems.  
 Erige crinales lauros seniumque sacrati 115  
 Verticis in uirides, Roma, refinge comas.  
 Aurea turrigero radiant diademata cono,  
 Perpetuosque ignes aureus umbo uomat.

92 fata *Onuphris*: facta B || 93 Percensere | Per *ea* corr. c, unde in marg. repetitum uerbum | trophaeis c || 98 tolleret b:

tolerat (*mgo* tollerat .f. tolleret) c; num colligat ? || 99 sidere (*mgo* sidera .f.) c || 100 Quale *Barthius* | giganteum b | laudat B, corr. c e supra a alt. posita || 101 Intercepta B || 105 sq. ante 103 posui || 104 Lotaque L. *Muellerus* || 111 subter scripsi: inter B | syluas c || 112 quae B: qua *Castalio* | laudat scripsi: ludat B ludit *Onuphris* || 114 Deliciasque b | hiems B || 116 recinge B, corr. *Heinsius* || 117 radiant (*mgo* radiant .f.) c | diadema a b || 118 umbro b

Absemdat tristem deleta iniuria casum:  
 120 Contemptus solidet uulnera clausa dolor.  
 Aduersis solemne tuis sperare secunda:  
 Exemplo caeli ditia damna subis.  
 Astrorum flammae renouant occasibus ortus;  
 Lunam finire cernis, ut incipiat.  
 125 Victoris Brenni non distulit Allia poenam;  
 Samnis seruitio foedera saeua luit;  
 Post multas Pyrrhum clades superata fugasti;  
 Fleuit successus Hannibal ipse suos:  
 Quae mergi nequeunt, nisu maiore resurgunt  
 130 Exiliuntque imis altius acta uadis;  
 Vtque nouas uires fax inclinata resumit,  
 Clarior ex humili sorte superna petis.  
 Porrigite uicturas Romana in saecula leges  
 Solaque fatales non uereare colos,  
 135 Quamuis sedecies denis et mille peractis  
 Annus praeterea iam tibi nonus eat.  
 Quae restant, nullis obnoxia tempora maestis,  
 Dum stabunt terrae, dum polus astra feret!  
 Illud te reparat, quod cetera regna resoluit:  
 140 Ordo renascendi est, crescere posse malis.  
 Ergo age, sacrilegae tandem cadat hostia gentis:  
 Submittant trepidi perfida colla Getae.  
 Ditia pacatae dent uectigalia terrae:  
 Impleat augustos barbara praeda sinus.  
 145 Aeternum tibi Rhenus aret, tibi Nilus inundet,  
 Altricemque suam fertilis orbis alat.  
 Quin et fecundas tibi conferat Africa messes,

119 Absemdat c || 121 Aduersus solem ne uis B, corr. *Simlerus* || 123 nouant (*mgo* renouant .f.) c || 125 Breni b Breni (*mgo* Brenni) c | paenum b poenum (*mgo* poenam .f.) c || 128 Annibal b || 129 nisu (*mgo* nixu expunctum) c: nixu b || 130 acta .f. c *mgo*: alta B || 135 sedecies c (*recte mgo*) || 137 mestis scripsi: metis B || 139 caetera b || 142 Summittant c || 145 Renu b || 147 foecundas B (*semper*)

Sole suo diues, sed magis imbre tuo.  
 Interea et Latiis consurgant horrea sulcis,  
 Pinguiaque Hesperio nectare prela fluant. 150  
 Ipse triumphali redimitus arundine Thybris  
 Romuleis famulas usibus aptet aquas;  
 Atque opulenta tibi placidis commercia ripis  
 Deuehat hinc ruris, subuehat inde maris.  
 Pande, precor, gemino placatum Castore pontum, 155  
 Temperet aequoream dux Cytherea uiam;  
 Si non displicui, regerem cum iura Quirini,  
 Si colui sanctos consulique patres.  
 Nam quod nulla meum strinxerunt crimina ferrum,  
 Non sit praefecti gloria, sed populi. 160  
 Sine datur patriis uitam componere terris,  
 Sine oculis unquam restituere meis:  
 Fortunatus agam uotoque beatior omni,  
 Semper digneris si meminisse mei.  
 His dictis iter arripimus (comitantur amici): 165  
 Non possum sicca dicere luce 'uale'.  
 Iamque aliis Romam redeuntibus haeret eunti  
 Rufus, Albini gloria uiua patris;  
 Qui Voluso antiquo deriuat stemmate nomen  
 Et reges Rutulos teste Marone refert. 170  
 Huius facundae commissa palatia linguae:  
 Primaeuus meruit principis ore loqui.  
 Rexerat ante puer populos pro consule Poenos;  
 Aequalis Tyriis terror amorque fuit.  
 Sedula promisit summos instantia fascas: 175

148 imbre b: hibre c || 149 et om. b || 150 praela b ||  
 151 Tybris B || 152 usibus c: ossibus b || 153 comercia B ||  
 154 maris] a ea corr. c, unde uerbum in marg. repetitum ||  
 155 pontum b: portum c || 156 num Tempera et, ut dux Cyth.  
 sit uocatus? | cytheraea b || 166 sic habet b: Dicere non  
 possum (-sunt corr.) lumine (a supra e) sicco (a supra o) uale c  
 male; uoce pro luce Heinsius || 169 Volusi B, correxi || 170 rutu-  
 lis c || 175 Saedula b | instantia L. Muellerus: imitantia c imi-  
 tatio b (et sic c mgo, sed expunctum)

Si fas est meritis fidere, consul erit.  
 Inuitum tristis tandem remeare coegi:  
 Corpore diuisos mens tamen una tenet.  
 Tum demum ad naues gradior, qua fronte bicorni  
 180 Diuiduus Tiberis dexteriora secat.  
 Laeuus inaccessis fluuius uitatur arenis;  
 Hospitis Aeneae gloria sola manet.  
 Et iam nocturnis spatium laxauerat horis  
 Phoebus Chelarum pallidiore polo.  
 185 Cunctamur tentare salum portuque sedemus,  
 Nec piget oppositis otia ferre moris,  
 Occidua infido dum saeuit gurgite Plias  
 Dumque procellosi temporis ira calet.  
 Respectare iuuat uicinam saepius urbem  
 190 Et montes uisu deficiente sequi,  
 Quaque duces, oculi grata regione feruntur,  
 Dum se, quod cupiunt, cernere posse putant.  
 Nec locus ille mihi cognoscitur indice fumo,  
 Qui dominas arces et caput orbis habet  
 195 (Quamquam signa leuis fumi commendat Homerus,  
 Dilecto quotiens surgit in astra solo);  
 Sed caeli plaga candidior tractusque serenus  
 Signat septenis culmina clara iugis.  
 Illic perpetui soles, atque ipse uidetur  
 200 Quem sibi Roma facit purior esse dies.  
 Saepius attonitae resonant Circensibus aures;  
 Nuntiat accensus plena theatra fauor.  
 Pulsato notae redduntur ab aethere uoces,

178 diuiso b | tenet .f. c mgo: ter& c fuit b || 180 Tybe-  
 ris B || 181 Leuus (sic b) ex Leuis corr. c (Laeuus .f. mgo)  
 harenis b || 183 spacium c || 185 solum b || 186 ocia B || 188 calet  
 L. Muellerus: cadit B || 191 Quaque duces, scil. montes (cf. se-  
 qui); alii cum oculi coniungunt | feruntur (cf. duces, sequi)  
 scripsi: frumtar B parum apte monstrante u. sequenti || 192 cup.  
 ex cap. corr. c, unde cupiunt in marg. repetitum || 195 Quan-  
 quam B || 196 quoties b || 197 tractus; sed s supra u, c (tractus;  
 iterum mgo) || 198 culmina num sanum? || 203 ad aethera b

Vel quia perueniunt uel quia fingit amor.  
 Expectata fides pelagi ter quinque diebus, 205  
 Dum melior lunae se daret aura nouae.  
 Tum discessurus studiis urbiq̄ue remitto  
 Palladium, generis spemque decusque mei.  
 Facundus iuuenis Gallorum nuper ab aruis  
 Missus, Romani discere iura fori. 210  
 Ille meae secum dulcissima uincula curae,  
 Filius affectu, stirpe propinquus, habet:  
 Cuius Aremoricas pater Exuperantius oras  
 Nunc postliminium pacis amare docet;  
 Leges restituit libertatemque reducit 215  
 Et seruos famulis non sinit esse suis.  
 Soluimus aurorae dubio, quo tempore primum  
 Agnosci patitur redditus arua color.  
 Progredimur paruis per litora proxima cymbis,  
 Quorum perfugio crebra pateret humus. 220  
 Aestiuos penetrent oneraria carbasa fluctus:  
 Tutior autumnus mobilitate fugae.  
 Alsia praelegitur tellus, Pyrgique recedunt;  
 Nunc uillae grandes, oppida parua prius.  
 Iam Caeretanos demonstrat nauita fines: 225  
 Aeom deposuit nomen Agylla uetus.  
 Stringimus *expugnatum* et fluctu et tempore Castrum:  
 Index semirutae porta uetusta loci.  
 Praesidet exigui formatus imagine saxi,

205 Expectata *Schraderus*: Explorata **B** || 206 se daret *Heinsius*: fideret **B** || 208 Palladium **b** || 211 curae *M. Virdungus*: cunq̄ **c** cunnae **b** || 213 are modicas (*suprascr.* anemorieas) **c** || 214 amore **b** || 219 littora **B** || 220 Quorum **c**: Quarum **b**; *interpretare: in litora perfugere humilis saepe ora permisit | crebra* | a. ex e *corr.* **c** || 222 nobilitate **b** || 225 Ceretanos **B** || 226 Aeom **B**, *correx* || 227 expugnatum *addidi: om. in spatio uacuo B hinc exesum Barthius hinc canens Muellerus* || 229—231 *sic ut dedi habet B (male Damnius 231sq. ante 229sq. ponit, cum hic sit sensuum nexus: indicat locum statua in portae saxo pastoralis, quae urbe licet deleta Inuum hic habitasse monstrat)* || 229 fortasse margine

230 Qui pastorali cornua fronte gerit:  
 Multa licet priscum nomen deleuerit aetas,  
 Hoc Inui castrum fama fuisse putat:  
 Seu Pan Tyrrhenis mutauit Maenala siluis  
 Siue sinus patrios incola Faunus imit,  
 235 Dumue nouat largo mortalia semina fetu,  
 Fingitur in uenerem pronior esse deus.  
 Ad Centumcellas forti defleximus austro:  
 Tranquilla puppes in statione sedent.  
 Molibus aequoreum concluditur amphitheatrum,  
 240 Angustosque aditus insula facta tegit;  
 Attollit geminas turres bifidoque meatu  
 Faucibus artatis pandit utrumque latus.  
 Nec posuisse satis laxo naualia portu:  
 Ne uaga uel tutas uentilet aura rates,  
 245 Interior medias sinus inuitatus in aedes  
 Instabilem fixis aera nescit aquis;  
 Qualis in Euboicis captina natatibus unda  
 Sustinet alterno brachia lenta sinu.  
 Nosse iuuat tauri dictas de nomine thermas;  
 250 Nec mora, distantis milibus ire tribus.  
 Non illic gustu latices uitiantur amaro  
 Lymphae fumifico sulphure tincta calet:  
 Purus odor mollisque sapor dubitare lauantem

230 cornua **c**: nomina **b** || 233 immutauit menala syluis **c** || 234 incubo *Burmannus* || 235 Dumue nouat *scripsi*: Dum renouat **B**; *propositum Inui nomen duplici modo explicatur: uel ab ineundo terram (siue ex Graecia peregrinus siue indigena in additum patriae sinum migrans) deus dictus est uel ab ineundo feminas | longo c | semina B (cf. u. 308): saecula Muellerus femina G. F. Ungerus Philol. XXXIX p. 370 | foetu B || 237 centum cellas **c** | haustro **b** || 242 arctatis **B** || 243 brachia **c** | sinu **f. c mgo**: sono **B** || 250 distantis (*scil. thermas, id est ex usu poetarum ad thermas dist.*) *scripsi*: difficilis **B**; *sed mora difficilis et ire tribus milibus aequae insolitum | millibus c || 251 uitiantur **b** || 252 Lymphae **B**, *corr. Barthius* || 253 labantem **B**, *corr. Simlerus***

Cogit, qua melius parte petantur aquae.  
 Credere si dignum fama, flagrantia taurus 255  
 Inuestigato fonte lauaera dedit,  
 Vt solet excussis pugnam praeludere glebis,  
 Stipite cum rigido cornua prona terit:  
 Sine deus, faciem mentitus et ora iuenci,  
 Noluit ardentis dona latere soli; 260  
 Qualis Agenorei rapturus gaudia tecti  
 Per freta uirgineum sollicitauit onus.  
 Ardua non solos deceant miracula Graios!  
 Auctorem pecudem fons Heliconis habet:  
 En, medicas simili credamus origine lymphas, 265  
 Musarum ut latices ungula fodit equi.  
 Haec quoque Pieriis spiracula comparat antris  
 Carmine Messalae nobilitatus ager;  
 Intransentemque capit decedentemque moratur  
 Postibus adfixum dulce poema sacris. 270  
 Hic est, qui primo seriem de consule ducit,  
 Vsque ad Publicolas si redeamus auos,  
 Hic et praefecti nutu praetoria rexit;  
 Sed menti et linguae gloria maior inest.  
 Hic docuit, qualem poscat facundia sedem: 275  
 Vt bonus esse uelit, quisque disertus erit.  
 Roscida puniceo fulsere crepusecula caelo:  
 Pandimus obliquo lintea flexa sinu.  
 Paulisper litus fugimus Munione uadosum:  
 Suspecto trepidant ostia parua salo. 280  
 Inde Grauiscaurum fastigia rara uidemus,

258 *malim* dum || 259 ora b: arma c || 261 tecti *scripsi*:  
 furti B || 265 En medicas *scripsi*: Elicitas B (*nec elici origine  
 dici potest et Musarum laticibus diserte thermarum aquae oppo-  
 nantur oportet; pulere autem haec oppositio fit per allittera-  
 tionem*) | nymphas B, corr. Castabio || 266 ut add. Dammius:  
 om. B | fudit Graeuus || 269 discedentemque B, correxi ||  
 270 aff. b || 271 duxit Kappius || 275 legem Schraderus (*quo  
 accepto ponat Muellerus*) || 279 litus b || 280 hostia — solo b

Quas premit aestiuæ saepe paludis odor;  
 Sed nemorosa uiret densis uicinia lucis,  
 Pineaque extremis fluctuat umbra fretis.  
 285 Cernimus antiquas nullo custode ruinas  
 Et desolatae moenia foeda Cosae.  
 Ridiculam cladis pudet inter seria causam  
 Promere, sed risum dissimulare piget.  
 Dicuntur ciues quondam migrare coacti  
 290 Muribus infestos deseruisse lares.  
 Credere maluerim Pygmaeae damna cohortis  
 Et coniuratos in sua bella grues.  
 Haud procul hinc petitur signatus ab Hercule portus:  
 Vergentem sequitur mollior aura diem.  
 295 Inter castrorum uestigia sermo retexit  
 Sardoam Lepido praecipitante fugam.  
 Litore namque Cosae cognatos depulit hostes  
 Virtutem Catuli Roma secuta ducis.  
 Ille tamen Lepidus peior ciuilibus armis,  
 300 Qui gessit sociis impia bella tribus,  
 Qui libertatem Mutinensi Marte receptam  
 Obruit auxiliis urbe pauente nouis.  
 Insidias paci moliri tertius ausus  
 Tristibus excepit congrua fata reis.  
 305 Quartus, Caesareo dum uult inreperere regno,  
 Incesti poenam soluit adulterii.  
 Nunc quoque — sed melius de nostris fama queretur:  
 Iudex posteritas semina dira notet.  
 Nominibus certos credam decurrere mores?  
 310 Moribus an potius nomina certa dari?  
 Quicquid id est, mirus Latii annalibus ordo,  
 Quod Lepidum toties recidit ense malum.

282 premit fortasse glossa est *gemini* grauat, quod ad  
 nomen explicandum poni fere debuit || 291 pygmaeae b || 292 con-  
 iuratas b || 299 peior, ciuilibus armis Qui uulgo interpungunt ||  
 300 corruptus; puto (Accendit s. i. b. t.) || 302 orbe Dammius |  
 fauente b || 305 in inrep. e: irrep. b || 308 Vindex Heinsius || 312 recidit e

Nec dum decessis pelagus permittitur umbris:  
 Natus uicino uertice uentus adest.  
 Tenditur in medias mons Argentarius undas 315  
 Ancipitique ingo caerulea curua premit.  
 Transuersos colles bis ternis milibus artat;  
 Circu ponti ter duodena patet:  
 Qualis per geminos fluctus Ephyreius Isthmos  
 Ionias bimari litore findit aquas. 320  
 Vix circumuehimur sparsae dispendia rupis,  
 Nec sinuosa graui terra labore caret:  
 Mutantur toties uario spiramina flexu:  
 Quae modo profuerant uela, repente nocent.  
 Eminus Igili siluosa cacumina miror, 325  
 Quam fraudare nefas laudis honore suae.  
 Haec proprios nuper tutata est insula saltus  
 Siue loci ingenio seu domini genio,  
 Gurgite cum modico uictricibus obstitit armis  
 Tamquam longinquo dissociata mari: 330  
 Haec multos lacera suscepit ab urbe fugatos,  
 Hic fessis posito certa timore salus.  
 Plurima terreno populauerat aequora bello  
 Contra naturam classe timendus eques:  
 Vnum mira fides uario discrimine portum 335  
 Tam prope Romanis, tam procul esse Getis.  
 Tangimus Vmbronem; non est ignobile flumen,  
 Quod tuto trepidas excipit ore rates:  
 Tam facilis pronis semper patet alueus undis,  
 In pontum quoties saeua procella ruit. 340  
 Hic ego tranquillae uolui succedere ripae;  
 Sed nautas auidos longius ire sequor.

313 discussis *Amelouenius* deteris *Heinsius* | pelago per-  
 mittitur **B**, *correci* (permittitur *uulgo male pro committitur*) |  
 314 uertice **b** | 317 *puto calles* | milibus arctat **c** | 319 fluctus  
*uic sanum; num ductus?* | 320 litore **b** | 322 terra *scripsi*:  
 cura **B** | 324 modo **c**: non **b**

Sic festinantes uentusque diesque reliquit:  
 Nec proferre pedem nec reuocare licet.  
 345 Littorea noctis requiem metamur arena:  
 Dat uespertinos myrtea silua focos:  
 Paruula subiectis facimus tentoria remis,  
 Transuersus subito culmine contus erat.  
 Lux aderat: tonsis progressi stare uidemur,  
 350 Sed cursum prorae terra relicta probat.  
 Occurrit chalybum memorabilis Iua metallis,  
 Qua nihil uberius Norica gleba tulit;  
 Non Biturix largo potior strictura camino,  
 Nec quae Sardonio cespite massa fluit.  
 355 Plus confert populis ferri fecunda creatrix  
 Quam Tartesiaci glarea fulua Tagi.  
 Materies utiis aurum ferale parandis:  
 Auri caecus amor ducit in omne nefas,  
 Aurea legitimas expugnant munera taedas,  
 360 Virgineosque sinus aureus imber emit,  
 Auro uicta fides munitas decipit urbes,  
 Auri flagitiis ambitus ipse furit.  
 At contra ferro squallentia rura coluntur,  
 Ferro uiuendi prima reperta uia est:  
 365 Saecula semideum, ferrati nescia Martis,  
 Ferro crudeles sustinere feras:  
 Humanis manibus non sufficit usus inermis,  
 Si non sint aliae ferrea tela manus.  
 His mecum pigri solabar taedia uenti,  
 370 Dum resonat uariis uile celeuma modis.  
 Lassantem cohibet uicina Faleria cursum,

343 festinantem **B**, *corr. Schraderus* (cf. u. 342) | reliquit,  
*sic B* | 345 Littorea **B** | 347 subiectis *Heinsius* | tentoria **b** |  
 348 culmina *Barthius* | 351 calybu **c** | 352 nihil, *sic B* |  
 354 Sardonio **b** | 356 Tartessiaci **b** | 357 ferale *scripsi*: lethale **c**  
 laetale **b** letale *uulgo fatale Burn.* | 360 humber **b** | 365 nescia **b**  
 (o *ngo*): inertia **c** | 369 sanabar **b** | 371 Lassatum **B**, *correci*:  
 laxatum *Castalio*



Quamquam uix medium Phoebus haberet iter.  
 Et tum forte hilares per compita rustica pagi  
 Mulcebant sacris pectora fessa iocis:  
 Illo quippe die tandem reuocatus Osiris 375  
 Excitat in fruges germina laeta nouas.  
 Egressi uillam petimus lucoque uagamur:  
 Stagna placent saepto deliciosa uado.  
 Ludere lasciuis intra uinaria pisces  
 Gurgitis inclusi laxior unda sinit. 380  
 Sed male pensauit requiem stationis amoenae  
 Hospite conductor durior Antiphate.  
 Namque loci querulus curam Iudaeus agebat,  
 Humanis animal dissociatae cibis:  
 Vexatos frutices, pulsatas imputat algas 385  
 Damnaque libatae grandia clamat aquae.  
 Reddimus obscaenae conuicia debita genti,  
 Quae genitale caput propudiosa metit  
 (Radix stultitiae), cui frigida sabbata cordi,  
 Sed cor frigidius religione sua: 390  
 Septima quaeque dies turpi damnata ueterno,  
 Tamquam lassati mollis imago dei.  
 Caetera mendacis deliramenta catastae  
 Nec pueros omnes credere posse reor.  
 Atque utinam numquam Iudaea subacta fuisset 395  
 Pompeii bellis imperioque Titi!  
 Latius excisae pestis contagia serpunt,  
 Victoresque suos natio uicta premit.  
 Aduersus surgit Boreas; sed nos quoque remis

373 ilares b | fagi B, corr. Castatio || 375 reuocatus e: re-  
 nouatus b | Osiris b || 377 petimusque luthoque b || 378 septo B  
 delitiosa b || 379 intra Schraderus: inter B || 381 puto turbauit  
 382 dirior Drakenborchius crudior Muellerus; malim toruor  
 387 obscaenae b || 388 propud. ex propud. corr. c || 390 sua  
 est b || 394 omnes corruptum; expecto paruos uel teneros (cf.  
 Cat. 17, 12; Iuuen. II 152) || 396 imperioque b: imperiisq; c  
 ex adsimilatione

400 Surgere certamus, dum tegit astra dies.  
 Proxima securum reserat Populonia litus,  
 Qua naturalem ducit in arua sinum.  
 Non illic positas extollit in aethera moles  
 Lumine nocturno conspicienda Pharos;  
 405 Sed speculam ualidae rupis sortita uetustas,  
 Qua fluctus domitos arduus urget apex,  
 Castellum geminos hominum fundauit in usus,  
 Praesidium terris indiciumque fretis.  
 Agnoscere nequeunt aeni monumenta prioris:  
 410 Grandia consumpsit moenia tempus edax.  
 Sola manent interceptis uestigia muris:  
 Ruderibus latis tecta sepulta iacent.  
 Non indignemur mortalia corpora solui:  
 Cernimus exemplis oppida posse mori.  
 415 Laetior hic nostras crebrescit fama per aures:  
 Consilium Romam paene redire fuit.  
 Hic praefecturam sacrae cognoscimus urbis  
 Delatam meritis, dulcis amice, tuis.  
 Optarem uerum complecti carmine nomen,  
 420 Sed quosdam refugit regula dura pedes.  
 Cognomen uersu capitur, carissime Rufi:  
 Illo te dudum pagina nostra canit.  
 Festa dies pridemque meos dignata penates  
 Poste coronato uota secunda colat:  
 425 Exornant uirides communia gaudia rami:  
 Prouecta est animae portio magna meae.  
 Sic mihi, sic potius placeat geminata potestas:  
 Per quem malueram, rursus honore fruor.

400 dum Heinsius: cum B || 401 littus b || 405 speculam  
 f: c mgo: speculum B || 407 fraudauit b || 409 monumenta b ||  
 412 late Barthius altis Kappius || 416 pene B || 417 cognouimus,  
 sed sci supra ui, c || 421 uersu ueneris carissime B, correcti;  
 ueneris inculcatum est, postquam capitur ante cariss. perit (seruet  
 Dammius ueniat Wernsdorffius dederis Muellerus coniunctio in-  
 tolerabili) || 425 Exornant (e supra h) c || 428 malueram et fruor b



Currere curamus uelis aquilone reuerso,  
 Cum primum roseo fulsit Eous equo. 430  
 Incipit obscuros ostendere Corsica montes,  
 Nubiferumque caput concolor umbra leuat.  
 Sic dubitanda solet gracili uanescere cornu  
 Defessisque oculis Luna reperta latet.  
 Haec ponti breuitas auxit mendacia famae: 435  
 Armentale ferunt quippe natasse pecus;  
 Tempore Cynaëas quo primum uenit in oras  
 Forte secuta uagum femina Corsa bouem.  
 Processu pelagi iam se Capraria tollit;  
 Squallet lucifugis insula plena uiris. 440  
 Ipsi se monachos Graio cognomine dicunt,  
 Quod soli nullo uiuere teste uolunt.  
 Munera fortunae metuunt, dum damna uerentur:  
 Quisquam sponte miser, ne miser esse queat?  
 Quaenam peruersi rabies tam stulta cerebri, 445  
 Dum mala formides, nec bona posse pati?  
 Siue suas repetunt factorum ergastula poenas,  
 Tristia seu nigro uiscera felle tument.  
 Sic nimiae bilis morbum assignauit Homerus  
 Bellerophonteis sollicitudinibus: 450  
 Nam iuueni offenso saeni post tela doloris  
 Dicitur humanum displicuisse genus.  
 In Volaterranum, uero Vada nomine, tractum  
 Ingressus dubii tramitis alta lego:  
 Despectat prorae custos clauumque sequentem 455  
 Derigit et puppim uoce monente regit.  
 Incertas gemina discriminat arbore fauces

429 certamus uel conamur Heinsius || 432 umbra] puto aura  
 uel potius unda || 433 Sic ex Hic corr. c || ante 435 nonnulla  
 uidentur perisse || 436 malim quem penetrasse (quem perarasse  
 inepte Muellerus, cum homo ariet pontum imagine a pecore  
 sumpta) || 437 Tempore uic sagum; puto Casu || 441 monacos B ||  
 447 factorū -f. c mgo: factorum c ex fato b || 450 Bellerophon-  
 tacis b || 456 Dirigit B || 457 Incertus B, corr. Castalio

Defixasque offert limus uterque sudes:  
 Illis proceras mos est adnectere lauros  
 460 Conspicuas ramis et fruticante coma,  
 Ut praebente uiam densi symplegade limi  
 Seruet inoffensas semita clara notas.  
 Illic me rabidus consistere Corus adegit,  
 Qualis siluarum frangere lustra solet.  
 465 Vix tuti domibus saeuos tolerauimus imbres:  
 Albini patuit proxima uilla mei.  
 Namque meus, quem Roma meo subiunxit honori,  
 Per quem iura meae continuata togae.  
 Nou expectatos pensauit laudibus annos;  
 470 Vitae flore puer, sed granitate senex.  
 Mutua germanos iunxit reuerentia amores,  
 Et fauor alternis creuit amicitiiis.  
 Praetulit ille meas, cum uincere posset, habenas;  
 At decessoris maior amore fuit.  
 475 Subiectas uillae uacat aspectare salinas;  
 Namque hoc censetur nomine salsa palus,  
 Qua mare terrenis decliue canalibus intrat  
 Multifidosque lacus paruula fossa rigat.  
 Ast ubi flagrantis admouit Sirius ignes,  
 480 Cum pallent herbae, cum sitit omnis ager,  
 Tum cataractarum claustris excluditur aequor,  
 Ut fixos latices torrida duret humus.  
 Concipiunt acrem natiua coagula Phoebum,  
 Et grauis aestiuo crusta calore coit;  
 485 Haud aliter quam cum glacie riget horridus Hister  
 Grandiaque adstricto flumine plaustra uehit.

458 limus scripsi: limes B (quo seruato utrimque Schra-  
 derus) || 461 uiam c: algam b | symplegmate Zumptius ||  
 463 rapidus B, corr. Muellerus | chorus c || 471 amores scripsi:  
 mores B || 474 At decess. Zumptius: Ad (nte supra d) decess. c  
 Praedeceas, b || 479 syrius c || 481 Tum Sinderus: Cum B ||  
 cathar. c || 482 torrida -f. c mgo: horrida B || 485 Ister b

Rimetur solitus naturam expendere causas  
 Inque pari dispar fomite quaerat opus:  
 Vinceta fluenta gelu concepto sole liquescunt,  
 Et rursus liquidae sole gelantur aquae. 490  
 O, quam saepe malis generatur origo bonorum:  
 Tempestas dulcem fecit amara moram!  
 Victorinus enim, nostrae laus maxima gentis,  
 Congressu expleuit mutua uota suo.  
 Errantem Tuscis considerare compulit agris 495  
 Et colere externos capta Tolosa lares.  
 Nec tantum duris nituit sapientia rebus:  
 Pectore non alio prosperiora tulit.  
 Consciis oceanus uirtutum, conscia Thule  
 Et quaecumque ferox arua Britannus arat, 500  
 Qua praefectorum uicibus frenata potestas  
 Perpetuum magni faenus amoris habet.  
 Extremum pars illa quidem discedit in orbem,  
 Sed tamquam media rector in urbe fuit.  
 Plus palmae est illos inter uoluisse placere, 505  
 Inter quos minor est displicuisse pudor.  
 Illustris nuper sacrae comes additus aulae  
 Contempsit summos ruris amore gradus.  
 Hunc ego complexus uentorum aduersa fefelli,  
 Dum uideo patriae iam mihi parte frui. 510  
 Lutea protulerat sudos aurora iugales:

487 solitas B, corr. Castalio | natura B, correxi (naturae Pithoeus et uulgo perperam; causas intellege rei illius miraculosae) || 489 Insecta B (I in c abscissa), corr. Castalio | concepto (cf. u. 483) scripsi: conspecto B || 493 laus (uel spes) scripsi: r pars B | mentis B, corr. Burmannus (potes amicum ocareu animi tui partem, etiam partem maiorem, sed inepte uocabo maximam partem animi, nedum mentis: traxit corruptela mentis prius uocabulum) || 495 Thuscis c || 496 Excolere B, corr. Castalio || 498 Pectora b || 499 Consulis b | Thule b: Tyle c || 500 quaecumq; c: quicumque b | Britanus b || 502 foenus B || 503 discessit B, correxi || 504 medio — orbe B, corr. Muellerus || 506 puto paucior || 511 Luthea c

Antennas tendi litoris aura iubet.  
 Inconcuessa uehit tranquillus aplustria flatus,  
 Mollia securo uela rudente tremunt.  
 515 Adsurgit ponti medio circumflua Gorgon  
 Inter Pisanum Cyrnaicumque latus.  
 Auersor scopulos, damni monumenta recentis:  
 Conditus hic uiuo funere ciuis erat.  
 Noster enim nuper iuuenis maioribus amplis,  
 520 Nec censu inferior coniugione minor,  
 Impulsus furiis homines terrasque reliquit  
 Et turpem latebram credulus exul adit.  
 Infelix putat illuue caelestia pasci  
 Seque premit laesis saeuior ipse deis.  
 525 Num, rogo, deterior Circaeis secta uenenis?  
 Tunc mutabantur corpora, nunc animi.  
 Inde Triturritam petimus: sic uilla uocatur,  
 Quae late expulsis insula paene fretis.  
 Namque manu iunctis procedit in aequora saxis,  
 530 Quique domum posuit, condidit ante solum.  
 Contiguum stupui portum, quem fama frequentat  
 Pisanum emporio diuitiisque maris.  
 Mira loci facies: pelago pulsantur aperto  
 Inque omnes uentos litora nuda patent;  
 535 Non ullus tegitur per brachia tuta recessus,  
 Aeolias possit qui prohibere minas;  
 Sed procera suo praetexitur alga profundo

512 Antennas t. litt. unda b || 515 Ass. b | circumflua b || 516 Cyrnaicumque, sic B || 517 Auersor uir doctus in obseru. miscell. III 368: Aduersus B (quo retento scopulus Pithoeus) | monim. b || 518 Conditus scripsi: Perditus B (perditus erat pro perierat non concoquo) || 521 terrasq; c: diuosque b || 522 adit Burm.: agit B amat Wernsdorffus || 525 Num B: Non Barthius (recte Zumptius deterior explicat minus ualida?) || 528 late Muellerus: latet B iacet Heinsius patet Burm. | poene c pene b || 532 malim deliciisque, scil. mox descriptis || 533 pulsatur B, corr. Barthius || 534 conicias Adque | littora b || 535 Non nullus c Nonnullus b || 536 Aeolias ex -lis corr. c

Molliter offensae non nocitura rati,  
 Et tamen insanas caedendo internicat undas  
 Nec sinit ex alto grande uolumen agi. 540  
 Tempora nauigii clarus reparauerat Eurus,  
 Sed mihi Protadium uisere cura fuit.  
 Quem qui forte uelit certis cognoscere signis,  
 Virtutis speciem corde uigente petat;  
 Nec magis efficiet similem pictura colore 545  
 Quam quae de meritis mixta figura uenit.  
 Aspicienda procul certo prudentia uultu,  
 Formaue iustitiae suspicienda micat.  
 Sit fortasse minus, si laudet Gallia ciuem:  
 Testis Roma sui praesulis esse potest. 550  
 Substituit patriis mediocres Umbria sedes:  
 Virtus fortunam fecit utramque parem.  
 Mens inuicta uiri pro magnis parua tuetur,  
 Pro paruis animo magna fuere suo.  
 Exiguus regum uictores cespes habebat, 555  
 Et Cincinnatos iugera pauca dabant.  
 Haec etiam nobis non inferiora feruntur  
 Vomere Serrani Fabriciique foco.  
 Puppibus ergo meis fida in statione locatis  
 Ipse uehor Pisas qua solet ire pedes. 560  
 Praebet equos, offert etiam carpenta tribunus,  
 Ex commilitio carus et ipse mihi,  
 Officiis regerem cum regia tecta magister  
 Armigerasque pii principis excubias.

539 caedendo c: cedendo b | internicat scripsi: interrigit B (interligat *Castalio perperam* intercept *Burm.*) || 544 Speciem B: Specimen *Castalio* | uigente petat scripsi: uidente petat B uidere putet *Heinsius*; summam illam uirtutis imaginem animo, siquidem hic ualet potestque ad eam aspirare, sibi fingat (cf. *Lucret.* V 1107) || 545 colorem B, corr. *Zumptius* || 546 mista b || 552 utramque uulgo: utraque B; num recte, ut ualeat 'utroque loco' ? || 555 uictores scripsi: rectores B (quo retento rerum *Sitzmannus male*) || 557 ferantur *Burmannus* || 563 regerem eo tegerem corr. c

565 Alpheae ueterem contemplor originis urbem,  
 Quam cingunt geminis Arnus et Ausur aquis;  
 Conum pyramidis coeuntia flumina ducunt:  
 Intratur modico frons patefacta solo;  
 Sed proprium retinet communi in gurgite nomen,  
 570 Et pontum solus scilicet Arnus adit.  
 Ante diu quam Troiugenas fortuna penates  
 Laurentinorum regibus insereret,  
 Elide deductas suscepit Etruria Pisas,  
 Nominis indicio testificata genus.  
 575 Hic oblata mihi sancti genitoris imago,  
 Pisani proprio quam posuere foro.  
 Laudibus amissi cogor lacrimare parentis:  
 Fluxerunt madidis gaudia maesta genis.  
 Namque pater quondam Tyrrhenis praefuit aruis,  
 580 Fascibus et senis credita iura dedit.  
 Narrabat, memini, multos emensus honores  
 Tuscorum regimen plus placuisse sibi;  
 Nam neque opum curam, quamuis sit magna, sacrarum  
 Nec ius quaesturae grata fuisse magis;  
 585 Ipsam, si fas est, postponere praefecturam  
 Pronior in Tuscos non dubitabat amor.  
 Nec fallebatur: tam carus et ipse probatis:  
 Aeternas grates mutua cura canit;  
 Constantemque sibi pariter mitemque fuisse,  
 590 Insinuant natis qui meminere senes.  
 Ipsum me gradibus non degenerasse parentis  
 Gaudent, et duplici sedulitate fouent.  
 Haec eadem, cum Flaminiae regionibus irem,  
 Splendoris patrii saepe reperta fides:  
 595 Famam Lachanii ueneratur numinis instar  
 Inter terrigenas Lydia tota suos.

565 Alpheae c || 575—578 om. b || 578 moesta c || 593 flaminiae b || 594 patris c || 595 nominis B, corr. *Simterus* || 596 terrigenas (cf. *Cic. de diu.* II 23, 50) c: turrigenas b; Tibrigenas *Muellerus*

Grata bonis priscos retinet prouincia mores  
 Dignaque rectores semper habere bonos,  
 Qualis nunc Decius, Lucilli nobile pignus,  
 Per Coryti populos arua beata regit. 600  
 Nec mirum, magni si redditus indole nati  
 Felix tam simili posteritate pater.  
 Huius uulnificis satira liuente Camenis  
 Nec Turnus potior nec Iuuenalis erit.  
 Restituit ueterem censoria lima pudorem; 605  
 Dumque malos carpit, praecipit esse bonos.  
 Non olim sacri iustissimus arbiter auri  
 Circumsistentes reppulit harpyias?  
 Harpyias, quarum discerpitur unguibus orbis,  
 Quae pede glutineo quod tetigere trahunt, 610  
 Quae luscum faciunt Argum, quae Lyncea caecum,  
 Inter custodes publica furta uorant.  
 Sed non Lucillum Briareia praeda fefellit,  
 Totque simul manibus restitit una manus.  
 Iamque Triturritam Pisaea ex urbe reuersus 615  
 Aptabam nitido pendula uela noto,  
 Cum subitis tectus nimbis insorduit aether;  
 Sparserunt radios nubila rupta uagos.  
 Substitutus, quis enim sub tempestate maligna 620  
 Insanituris audeat ire fretis?  
 Otia uicinis terimus naualia siluis,  
 Sectandisque iuuat membra mouere feris.  
 Instrumenta parat uenandi uillicus hospes  
 Atque olidum doctas nosse cubile canes.

600 corythi B || 603 satyra B | liuente {coll. Statii silu. I 3, 103} scripsi: ludente B parum apto epitheto | Camoenis B || 605 Instituit b || 608 Circumsist. b || 609 decerpitur b || 612 custodes B: custodum .f. c mgo; ipsos aerarii praefectos, qui tamquam Argus inuigilant thesauris, tam callide decipiunt ut coram illis rapinas suas consumant | uorant scripsi: uolant B || 613 praeda] turba Schraderus || 615 Triturritam b || 616 notho c || 621 Ocia c || 624 canis c

625 Funditur insidiis et rara fraude plagarum  
 Terribisque cadit fulmine dentis aper,  
 Quem Meleagrei uereantur adire lacerti,  
 Qui laxet nodos Amphitryoniadae.  
 Tum responsuros persultat bucina colles,  
 630 Fitque reportantum carmine praeda leuis.  
 Interea madidis non desinit Africus alis  
 Continuos picea nube negare diem.  
 Iam matutinis Hyades occasibus udae:  
 Iam latet hiberno conditus imbre Lepus,  
 635 Exiguam radiis, sed magnis fluctibus, astrum,  
 Quo madidam nullus nauita linquit humum.  
 Namque procelloso subiungitur Oarioni  
 Aestiferumque Canem roscida praeda fugit.  
 Vidimus excitis pontum flauescere arenis  
 640 Atque eructato uertice rura tegi;  
 Qualiter Oceanus mediis infunditur agris,  
 Destituenda uago cum premit arua salo,  
 Siue alto refluxus nostro conliditur orbe  
 Siue corusca suis sidera pascit aquis.

627 meleagraei B || 628 laxet b: laxet, ss supra x, c || 629 buccina c | colles, sic B || 630 reportantum Heinsius: reportando e reportanda b reportanti Castalio || 632 Continuos (nom. sing.) — diem scripsi: Continuos — dies B, quod pessime pro 'continuos per dies solem' dictum est || 634 hiberno — hymbre b || 635 magnum Castalio || 637 Orioni c || 638 Aestiferamq; c || 643 alto (= in mare) scripsi: alio B | coll. b | orbi Muellerus || finis itinerarii primi. Rutilii Claudii Numatiani de reditu suo itinerarii liber secundus b Rutilii claudii namatiani de reditu suo explicit liber I. Incipit II c ab alia manu

## LIBER SECYNDVS.

Nondum longus erat nec multa uolumina passus:

Iure suo poterat longior esse liber.  
 Taedia continuo timuit cessura labori,  
 Sumere ne lector iuge paueret opus:  
 Saepe cibus affert serus fastidia finis, 5  
 Grator est modicis haustibus unda siti,  
 Interualla uiae fessis praestare uidetur  
 Qui notat inscriptus milia crebra lapis:  
 Partimur trepidum per opuscula bina ruborem,  
 Quem satius fuerat sustinuisse semel. 10  
 Tandem nimbose maris obsidione solutis  
 Pisano portu contigit alta sequi.  
 Adridet placidum radiis crispantibus aequor,  
 Et sulcata leui murmurat unda sono.  
 Incipiunt Appennini deuexa uideri, 15  
 Qua fremit acrio monte repulsa Thetis.  
 Italiam rerum dominam qui cingere uisu  
 Et totam pariter cernere mente uelit,  
 Inueniet quernae similem procedere frondi,  
 Artatam laterum conueniente sinu. 20  
 Milia per longum decies centena teruntur  
 A Ligurum terris ad freta Sicaniae;  
 In latum uariis damnosa amfractibus intrat  
 Tyrrheni rabies Hadriacique sali.  
 Qua tamen est iuncti maris angustissima tellus, 25  
 Triginta et centum milia sola patet.  
 Diversas medius mons obliquatur in undas,

1 Non dum c || 3 timui *Wernsdorfius* | cessura *uic sanum*; *puto sessura, id est 'haesura'* (censura *Muelleri editio typographetarum uitio, ut uidetur, utique male*) || 6 haustibus u. sitis (*mgo siti -f.*) c || 8 millia c (*ut et infra*) || 12 Pisano e portu *Graeuus* || 13 Arr. c || 15 Appennini b || 16 *puto* a recto monte || 17 iungere *Heinsius* || 23 anfr. b || 24 Adriacique b | salis B

Qua fert atque refert Phoebus uterque diem:  
 Urget Dalmaticos Eoo uertice fluctus  
 30 Caerulaque occiduis frangit Etrusca iugis.  
 Si factum certa mundum ratione fatemur  
 Consiliumque dei machina tanta fuit,  
 Exenbiis Latiis praetexnit Appenninum  
 Claustraque montanis uix adeunda suis:  
 35 Inuidiam timuit natura parumque putauit  
 Arctois Alpes opposuisse minis,  
 Sicut uallauit multis uitalia membris  
 Nec semel inclusit quae pretiosa tulit:  
 Iam tum multiplici meruit munimine cingi  
 40 Sollicitosque habuit Roma futura deos.  
 Quo magis est facinus diri Stilichonis acerbum,  
 Proditor arcani qui fuit imperii.  
 Romano generi dum nititur esse superstes,  
 Crudelis summis miscuit ima furor;  
 45 Dumque timet, quicquid se fecerat ipse timeri,  
 Immisit Latiae barbara tela neci:  
 Visceribus nudis armatum condidit hostem,  
 Illato cladis liberiore dolo.  
 Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat  
 50 Et captiua prius quam caperetur erat.  
 Nec tantum Geticis grassatus proditor armis:  
 Ante Sibyllinae fata cremauit opis.  
 Odimus Althaeam consumpti funere torris,  
 Nisaeum erinem flere putatur auis;  
 55 At Stilicho aeterni fatalia pignora regni  
 Et plenas uoluit praecipitare colos.

30 ethrusca c || 33 Latii *Castalio* | Appenninum b || 34 suis *scripsi*: uis B feris *Schraderus*; montani sunt *Appennini incolae* || 41 Stilichonis b || 42 qui *uulgo*: quod B || 45 *puto* quoquo || 48 Illato *scripsi*: Illatae B In latam cladem *R. K. Boekmeyer* || 49 pellitis] e *et prior i lacuna haustae in c* || 51 crassatus B || 53 Altheam c || 54 Niseum c || putatur auis (*scil. Scylla*) *scripsi*: putantur aues B || 55 Stilicho b



Omnia Tartarei cessent tormenta Neronis,  
 Consumat Stygias tristior umbra faces;  
 Hic immortalem, mortalem perculit ille;  
 Hic mundi matrem perculit, ille suam. 60  
 Sed deuerticulo fuimus fortasse loquaces:  
 Carmine propositum iam repetamus iter.  
 Aduehimur celeri candentia moenia lapsu:  
 Nominis est auctor sole corusca soror.  
 Indigenis superat ridentia lilia saxis, 65  
 Et leui radiat picta nitore silex.  
 Diues marmoribus tellus, quae luce coloris  
 Pronocat intactas luxuriosa niues.

\* \* \*

61 diuerticulo B || 62 proposito b || 66 laeui b || finis secundi  
 b; in c a m. recenti subscribitur desunt in excuso quoque ab  
 onofrio pannino in sua Roma (m. al. Fassini est)

## XLV.

## AVIANI FABVLAE.

Quas fabulas saeculo V ineunte Avianus quidam  
 aliunde ignotus ad Theodosium Macrobius Saturna-  
 liorum scriptorem dedisse uidetur (certe huic tempori  
 adserunt tam linguae quam rei metricae proprietates,  
 nec probandi Cannegieterus Lachmannusque Antonino-  
 rum aeuo uindicantes), eae in exemplari admodum  
 corrupto ad medium peruenerunt aeuum; quo tempore  
 in scholis lectae nouam subierunt deprauationem. co-  
 dices a me adhibiti hiee:

V, Vossianus L. Q. 86 saec. IX [cf. uol. IV p. 11]  
 fol. 86—91. ipse contuli (est Lachmanni antiquissimus).

P, Parisinus Sangermanensis 1188 saec. IX fol.  
 78—84; cuius uarias lectiones ex Froehneri editione  
 sumpsi, nonnulli loci (ut et in ceteris Parisinis) quam-  
 quam dubitationibus sunt obnoxii.

W, Vossianus L. O. 15 saec. XI in tertii quater-  
 nionis p. 5—8 scriptura continua. ipse contuli.

Ad hos libros artius inter se cohaerentes acce-  
 dunt alii hiee:

A, Parisinus 8093 saec. IX fol. 52—58. contulit  
 Froehnerus.

T, Treuirensis 1464 saec. X fol. 232 sqq. ipse  
 raptim contuli.

C, Parisinus 5570 saec. XI fol. 53—63, a Froeh-  
 nero excussus.

L, Laurentianus plut. LXVIII 24 saec. XI post  
 Aratoris carmina. contuli.



R, Reginensis 1424 saec. XI fol. 35 sqq. contuli.  
G, Galeanus in collegio Trinitatis Cantabrigiensi  
(O. 3. 5) adseruatus saec. XI. contulit mihi H. A. I.  
Munro.

B, Ashburnhamensis Libri 1813 saec. XI—XII.  
ipse contuli.

K fragmentum Karoliruhense ab Froehnero ad-  
hibitum saec. IX.

Inde a saeculo XI cum in dies magis in deliciis  
essent hae fabulae (testis nouus Auianus et anonymi  
auctoris a Grossio editus et Alexandri Neckam, testes  
paraphrases prosariae et florilegia ex poetis latinis  
facta), par erat et interpolationem progressam esse  
ulterius; quin eis fabulis, quibus poeta nulla adiecerat  
epimythia, tum de suo addiderunt clausulas, quas col-  
legit Froehnerus [p. 50 sqq.]. non paruo horum codi-  
cum (s) numero usus est Iohannes quidam Cabelia-  
uius. extat in oppidi Frisii Leeuwarden bibliotheca  
prouinciali Auiani quaedam editio uetusta, cui prae-  
fixae sunt (nam ipse titulus auolsus) nonnullae cartu-  
lae, quarum primae est nescio cuius manu inscriptum:  
'Fabulae Aesopi XLII ab Auieno elego carmine con-  
scriptae. Iohannes Cabeliauius antecessor ex uariis  
manuscriptis et cuspis uetustissimis libris castigauit  
notasque adiecit', tum ab altera additum est 'Io. Al-  
berti Fabricii'. in ipso autem textu inque cartulis  
interpositis Cabeliauius plurimas lectiones adscripsit,  
sed ut unde eas petuisset nisi raro non indicaret nec  
de libris suis praemoneret.\*) adponuntur quidem hic

\*) adscribam exempli gratia ad fab. I 1—6 Cabeliauii  
adnotationes praemissa editionis scriptura. u. 1 *ploranti paruo  
iurauerat*] correctum in textu *deslenti paruo*, in carta iuxta  
posita *iurgauerat*; u. 2 *taceat, rabido*] in textu corr. *taceret  
rapido*; u. 3 *audii*] i. t. c. *audit*; u. 4 *Peruigil — fores irrita*]  
i. t. c. *foris irrita*, in carta c. *Muld. peruigil*; u. 5 *Nam*] i. t. c.  
*Nam; nimiae*] adnotatum *Ms. nimum* et in carta *nimum dat  
membra sopori*; u. 6 *fames*] i. t. c. *famis*.

illie notae, ueluti *V. C.* aut *V. C. Muld.* aut *ita Ms.  
τοῦ πᾶν Vossii* aut *C. Milouii*, sed horum nullius  
lectiones constanter adferuntur, nullus a ceteris certo  
modo distinguitur. quid quod semper fere epimythia  
recentium codicum inseruntur? in tam incerta autem  
infiduaque huius apparatus natura nolui eo uti (ut fe-  
cere priores), sed paucissima (s) ex eo adnotauit.

Ex editionibus maxime sunt commemorandae Can-  
negieteri [Amstelodami 1731], C. Lachmanni [Berolini  
1845], Guil. Froehneri [Lipsiae 1862]. ipse de multo-  
rum uersuum emendatione egi *Miscellaneorum Criti-  
corum* [Groningae 1878] p. 176—194.

#### AVIANVS THEODOSIO.

Dubitanti mihi, Theodosi optime, quonam litte-  
rarum titulo nostri nominis memoriam conderemus,  
fabularum textus occurrit, quod in his urbane con-  
cepta salsitas deceat et non incumbat necessitas seu-  
5 ritatis. nam quis tecum de oratione, quis de poemate

Incipiunt fabulae auiani poetae; epistola eiusdē ad theo-  
dosiū *litt. mai. G* Epistola auiani ad theodosium *rub. G* Incipit  
prologus in librum auiani ad teodosiū (imperatorem *add. m.  
rec.*) *L* Fabulae auiani ad imperatorem theodosium quarum  
prefatio primo habetur loco *R* Incipit p[ro]f[ati]o fabularū teodosii *W*;  
*titulo carent PTV*; *inde a l. 14 incipit A*; *toto prologo caret B*  
*1* Dubitandi *P* | *Dictat'* (*mgo* Dubitanti mihi *m. 2*) theodi (osi  
*m. 2* *suprascr.*) opme (ti *supra lin. m. 2*) *V* | optime theodosi  
*R* optime teodosi optime *W* | quomodo *P et* (nam *m. 2* *suprascr.*)  
*V*; *cuinam Cannegieterus* || *2* titulo literarum *L* titulorum (lite-  
*rar uidetur fuisse suprascriptum*) titulo *V* | nostri *m. 2* *supra  
lin. V* | nostra nomina memoriae *Lachmannus* | conderemus  
*scripsi*: mandaremus *codd.* (mandare *G* mandarem *V m. 1*) ||  
*3* occurrunt *P, V m. 1* (occurrerunt *m. 2*) | eo quod *G* || *4* sal-  
sitas *scripsi*: falsitas (facultas, *suprascr.* † falsitas, *R*) | con-  
deceat *T* doceat *G* | urbanae *V* | non inc. *post ueritatis L* | seu-  
eritatis *Lachmannus*: ueritatis *codd.* | *sequentia usque ad l. 7*  
*Romanos delet. Lachm.* || *5* quis alterum] uel *G*

contendet, cum in utroque litterarum genere et Atticos  
 graeca eruditione superes et latinitate Romanos. huius  
 ergo materiae ducem nobis Aesopum noueris, qui  
 responso delphici Apollinis monitus ridicula orsus est,  
 ut sequenda firmaret. uerum has pro exemplo fabulas  
 et Socrates diuinis operibus indidit et poemati suo  
 Flaccus aptauit, quod in se sub iocorum communium  
 specie uitae argumenta contineant. quas graecis iam-  
 bis Babrius repetens in duo uolumina coartauit. Phae-  
 drus etiam partem aliquam quinque in libellos resoluit.  
 de his ergo ad quadraginta et duas in unum redactas  
 fabulas dedi, quas rudi latinitate compositas elegis  
 sum explicare conatus. habes ergo opus, quo animum  
 oblectes, ingenium exerceas, sollicitudinem leues totum-  
 que uiuendi ordinem cautus agnoscas. loqui uero ar-  
 bores, feras cum hominibus gemere, uerbis certare  
 uolucres, animalia ridere fecimus, ut pro singulorum  
 necessitatibus uel ab ipsis inanimis sententia proferat-  
 ur. uale.

6 contendet *scripsi*: loqueretur *codd.* | genere aticos **G** |  
 7 eruditione superes **V** | latina arte *Barthius* || 8 materiae **P**  
 | esse ante nobis *add. m. 2* **V** || 9 delphici **LEV** | apollinis **W** |  
 apollinis munitus **P** || 10 sequenda *Lachmannus*: legenda. *codd.*  
 (an leg. formaret?) | firmaret *om.* **V** in fine lineae | as **P** | per  
 exemplum **V** || 11 operibus] oraculis *Lachm.* sermonibus *Froch-*  
*nerus* diuerbis *ego olim* || 12 flaccus **P** flaccos (v *supra* o) **V** |  
 apt. *ex opt.* **V** || communium **P** || 13 graecis (v *supra* i m. 2) **V** ||  
 14 brabrius **V** brahius (c *supra* ah) n **P** | quas et babrius auctor  
 iambis pedibus repetens **G** | phoedus **PV** fedrius **G** phedrus  
*plerique; ab hac uoce incipit A* || 15 parte **P** | aliquā earū in  
 quinq; libros **G** | libellis **W** || 16 ego **P** & iāg? (m. rec. usq;  
*supraser.*) **L** | XL et duas *plerique XL u P* || 17 fabulas — com-  
 positas *delet Lachm.* | edidi **V m. 2**, **L** | latinitate **P** | elegi **P**  
 elegio uersu **W** || 18 ergo *om.* **W** igitur **G** | quos **V** || 19 abla-  
 ctes **P** oblectas **V m. 1** | ac ante *soll.* **G** | sollicitudines **PV** |  
 totum qui et agnoscas **P** || 20 loquo **G** | loqui — proferatur  
*delet Lachm.* || 21 ferasque **C** || 22 facimus **V** | singularum **PV** ||  
 23 inanimis *Pithoeus*: animis *codd.* exanimis *Neueletus* animi

Rustica deflentem paruam pacauerat olim, 1  
 Ni taceat, rabido quod foret esca lupo.  
 Credulus hanc uocem lupo audiit et manet ipsa  
 Peruigil ante fores, irrita nota gerens.  
 5 Nam lassata puer nimie dans membra quieti  
 Spem quoque raptoris sustulit inde fami.  
 Hunc ubi siluarum repetentem lustra suarum  
 Ieiunum coniunx sensit adesse lupa,  
 'Cur' inquit 'nullam referens de more rapinam  
 10 Languida consumptis sic trahis ora genis?'  
 'Ne mireris' ait 'deceptum fraude maligna  
 Vix miserum uacua delituisse fuga:  
 Nam quae praeda, rogo, quae spes contingere posset,  
 Iurgia nutricis cum mihi uerba darent?'

*Cannegieterus* | proferratur **P** | uale *uulgo: om. codd.* || Exp̄c̄ p̄fa-  
 tio **A** Incip̄ lib. fab. teodosii **W** Explicit epistola. Incipit pro-  
 emium. Lector non fabulas spectes sed crede magis quid Rure  
 morans *ectr.* (sequitur c. 128 *Anthologiae*) **G**; *idem carmen etiam*  
*in R. praemisso uersu* Lector non fabulas sed tende magis quid  
*habetur ante fabulas*

1 De nutrice et infante **C** De muliere & lupo **L** De nutrice  
 et paruulo uagiente **R**; in **A** tituli spatium uacuum; *carent ce-*  
*teri titulis* || 1 ustica **T**, in quo omnium carminum litterae ini-  
 tiales desunt | defluentem **P** | puerū **L**, et supra paruam **A** |  
 deflentem paruo **BG**; deleri puerum *Lachm.* | pacauerat *scripsi*:  
 iurauerat *codd.* (iurgauerat c̄ *male*) || 2 rapido **A m. 1**, **GL** |  
 aesca **V** || 3 audit **V m. 1**, **BLT** || 4 Peruigil **V m. 1** | irrita **V m. 2**,  
**BGLT** | ferens **VW** || 5 lassata **P** | nimie **BW**; nimiae *ceteri* |  
 dans *scripsi*: dat *codd.* || 6 raptori *codd.*, *corr.* *Wopkensius* |  
 fami (*ex -mes corr.*) **T**: famis **PV m. 1** **W** famis **V m. 2** *cum*  
*ceteris* || 7 repentē **V m. 1** || 8 coniunx **PV** | sua **L** || 9 inquit  
**BPV** | nulla **P** | referens **GW**: referes **AV m. 1** referres **P** refe-  
 ris **CT** refers **BR** (**V m. 2**) defers **L** | demo **P** ex more **L** || 10  
 sic *scripsi*: sed *codd.* distrahis *Lachm.* || 11 malignā **A** maligni  
**R** (*mgo f na*) maligne **P** || 12 Vixit **P** | *puto* misera uacuum |  
 dilit. **A m. 1** | gula *Lachm.* || 13 Non **A m. 1** Namq; (; *ex corr.*  
*m. 2*) **V** Nam quia **P** | rogo *edd. ant.*: rogas *codd.* (Namque  
 rogas praedam c̄) | possit **R** | 14 Iurgia **P** || *uria* (*supraser.* t̄  
 iurgia) **R**

Haec sibi dicta putet seque hac sciat arte notari, 15  
Femineam quisquis credidit esse fidem.

2 Pinnatis auibus quondam testudo locuta est,  
Si quis eam uolucrum constituisset ibi,  
Protinus e rubris conchas profferret harenis,  
Quis pretium nitido cortice baca daret:  
Indignum, sibimet tardo quod sedula gressu 5  
Nil ageret toto proficeretque die.  
Ast ubi promissis aquilam fallacibus implet,  
Experta est similem perfidia lingua fidem;  
Et male mercatis dum quaerit sidera pinnis,  
Excidit infelix alitis ungue fero. 10  
Tum quoque sublimis, cum iam moreretur, in auras  
Ingemuit, uotis haec libuisse suis;  
Namque edi ex sese post haec documenta, quietis  
Non sine supremo magna labore peti.

15, 16 delet *Cannegieterus* || 15 putet dicta B

2 De testudine et aquila **ACLR** || 1 Pinnatis **P, V m. 1**:  
Pennatis *ceteri* | auibus *om.* **W** post test. addens sic ore || 2 uo-  
lucrum **P** (**A** corr.): uolucra (v supra e m. 2) **V** uolucrum **A**  
m. 1 cum *ceteris* | destituisset **BG** (des m. 2 supra con **V**, de  
supra **L**) | ibi scripsi: humi *codd.* (humo **B**) ait *Lachm.* est  
u. 1 delens || 3 conchas **BCPV** || harenas **L, V m. 1** arenis **BR** ||  
4 baca *codd. praeter CPV* (ba=ca **B**) || 5 sq. delet *Lachm.* ||  
5 Indignum (-no *suprascr.* v **R**) *plerique codd., post quod comma*  
*posui*: Indignans **A m. 2, GL, V m. 2** | sedulea **P** || 6 *om.* **P** |  
totū — diem **G** | perfic. **ABCTW** || 8 Expleta est sibimet (milē  
*suprascr.*) **R** || 9 quaerit dum **W** | quaerit **V** | sydera **TV** | pen-  
nis (*ex -nas corr.* **B**) *codd. praeter PV m. 1* || 10 Excidit scripsi:  
Occidit *codd.* Decidit **G** | unguifero (-ferro **P**) **ACPV m. 1 W**  
ungue feri **V m. 2** (ferae **G**) ungue ferro **B** || 11 Tunc **BTW** |  
sublimes **LPBT** (**C** *suprascr.*) sullimis **G** | moraretur **G** (a m.  
*rec. supra prior. e B*) | aura **V** auris **G** || 12 libuisse *Cannegie-*  
*terus*: licuisse *codd.* (uotis collicuisse **W** lucuisse **P**) || 13 Namq.  
edi scripsi: Nam dedit *codd.* Atque ait *Cannegieterus* | ex sese  
scripsi: exosae *codd. praeter W* ex semet *praebentem* | quietis  
(*erasa s*) **AT** || 14 supremo **GLR** | pati **W**

15 Sic quicumque noua sublatus laude tumescit,  
Dat merito poenas, dum meliora cupit.

Curna retro cedens dum fert uestigia cancer, 3  
Hispidax saxosis terga relisit aquis.  
Hunc genetrix facili cupiens procedere gressu  
Talibus adloquiis praemonuisse datur:  
5 'Ne tibi transuerso placeant haec deuia, nate,  
Rursus in obliquo neu uelis ire pedes,  
Sed nisu contenta ferens uestigia recto  
Innocuo prosos tramite siste gradus.'  
Cui natus 'faciam, si me praecesseris' inquit,  
10 'Rectaque monstrantem certior ipse sequar.'  
Nam stultum nimis est, cum tu prauissima temptes,  
Alterius censor ut uitiosa notes.

Inmitis Boreas placidusque ad ludicra Phoebus 4  
Iurgia cum magno conseruere Ioue,  
Quis prior inceptum peragat. medium ecce per orbem

15 sullatus **G** sublatis **P** | tumescit **P** || 16 Scit **W** || 15, 16  
delet *Cannegieterus* (*etiam* 13, 14 *Lachm.*)

3 De Cancro **AL** De ... lui ... ae (?) filio **C** || 1 cedem **L**  
caedens **W** | dum **G**: cum *codd.* || 2 terra (*g supra alt. r*) **T** |  
relaesit **P** || 3 genetrix **P, V m. 1**: genetrix **V m. 2** cum *ceteris* |  
cupiens facili **L** | praecedere **AGLRT** | gressu **A** gressum **P**  
cursu **LR** || 4 adloq. **P, V m. 1**: alloq. **V m. 2** cum *ceteris* || 5  
Nec t. transuersa **W** | hac **P** || 6 in obliquo scripsi: in obliquos  
*codd.* | ne **BCL** (ne iunet ire *Withofius*; at *cf. de uelis* 23, 10) ||  
6, 7 delet *Lachm.* || 7 contēpta (*tē supra lin.*) **L** | retro **W** ||  
8 Innocuo prosos scripsi: Innocuos prosos *codd.* [proso **APW**:  
prosomo (*m. 2* prono *suprascr.*) **V** prosos (*f prono* *suprascr.*) **R**  
pro se **C** prono **BT** presso **GL**] || 9 Cui *m. 2 ex Cū* **V** | sine **V**  
*m. 1* sine (*m supra n*) **B** || 11 est nimis **B** || 12 cens **P** censo **V**  
*m. 1* | notaes **T** || 11, 12 delet *Canneg.*

4 De uento et sole **A** De aquilone et phoebo **L** || 1 pla-  
dusq; **P, V m. 1** | ad ludicra scripsi: ad sidera (*syd.*) *codd.* ad  
*cetera Lachm.* || 2 cons. *ex corr.* **V** | iouem **B** (ioco *Lachm.*) ||  
3 *om.* **P** | inceptū peragat (*t m. 2 add.*) **V** | pergat **A m. 1** |

Carpebat solitum forte uiator iter.  
 Conuenit hanc citius liti praefigere causam, 5  
 Pallia nudato decutienda uiro.  
 Protinus impulsu uenti circum tonat aether  
 Et gelidus nimias depluit imber aquas:  
 Ille magis duplicem lateri circumdat amictum,  
 Turbida summos quod trahit aura sinus. 10  
 Sed tennes radios paulatim increscere Phoebus  
 Iusserat, ut nimio surgeret igne iubar,  
 Donec lassa uolens requiescere membra uiator  
 Deposita fessus ueste sederet humi.  
 Hinc uictor docuit praesentia numina Titan, 15  
 Nullum praemissis uincere posse minis.

5 Metiri se quemque decet propriisque iuari  
 Laudibus, alterius nec bona ferre sibi,  
 Ne detracta grauem faciant miracula risum,  
 Coeperit in solitis cum remanere modis.

medium ecce scripsi: mediumque codd. (que om. P) | orbem  
 codd. (ex aruum corr. G, ex aequor B); agrum Wopkensis  
 4 Carpebat G || 5 citius scripsi: potius codd. | lita m. 1, lita m. 2  
 supra lin. A | causam pr. liti B || 6 nudat P | decutienda PR,  
 et ita ex decutienda corr. m. 2 V || 7 impulsu uenti scripsi: in-  
 pulsus uenti V impulsus uentis A m. 1 P impulsus uentis A m. 2  
 cum ceteris (impulsam uentis — aethram Lachm.) | circumtonat  
 codd. praeter B | aether P || 8 nimios W | depulit GR | imber  
 W || 9 lateri duplicem CR | duplices — amictus B || 10 summo-  
 tis P | quod ACPRW: quo LT qua ex corr. (m. 1 dispici nequit)  
 V q (a m. rec. suprascr.) B qua G || 12 Iusserat, suprascr. ius-  
 serat, L | sorgeret (v supra o) V; spargeret Wopkensis et  
 nimio surgere in Cannegieterus | igne in fine lineae om. W  
 e iubar abscissum in B || 13 lassata T || 14 Se=posita (erasa d)  
 V Sposita P | S supra D T | sederet s ex corr. V resedit GL  
 || 15 Hinc (uel Sic) scripsi: Tunc codd. (Tu L) | numina tytan  
 m. 2 add. B tytan ET || 16 Nullam PV m. 1 | nimis PV m. 1  
 5 De asino AL De asino pelle leonis induto CR || 1—4  
 delet Cannegieterus || 2 fere P || 3 Nec C et (c expuncta) R |  
 miracula risum m. 2 add. B || 4 Deperit W Ceperit G | solitis  
 codd. ant.: solis codd. | modis scripsi: malis codd. (bonis G)

5 Exuias asinus defuncti forte leonis  
 Repperit et spoliis induit ora nouis.  
 Aptauitque suis incongrua tegmina membris  
 Et miserum tanto pressit honore caput.  
 Ast ubi terribilis mimo circumstetit horror  
 10 Pigrasque praesumptus uenit in ossa uigor,  
 Mitibus ille feris communia pabula calcans  
 Turbabat pauidas per sua rura boues.  
 Rusticus hunc magna postquam deprendit ab aure,  
 Correptum stimulis uerberibusque domat;  
 15 Et simul abstracto denudans corpora tergo  
 Increpat his miserum uocibus ille pecus:  
 'Forsitan ignotos imitato murmure fallas;  
 At mihi, qui quondam, semper asellus eris.'

Edita gurgitibus limoque immersa profundo 6  
 Et luteis tantum semper amica uadis  
 Ad superos colles herbosaque prata recurrens  
 Mulcebat miseras turgida rana feras,  
 5 Callida quod posset grauibus succurrere morbis  
 Et uitam ingenio continuare suo;

5 Exubias PV m. 1 et (v supra b) W | defuncti PV: getuli  
 ceteri codd. || 7 Aptauit suis PV m. 1 | ante membris ras. 3 litt.  
 in V || 8 tanto] o in ras. V | onere P honore (o alt. ex corr.) V  
 | capud V || 9—12, 15 et 16 delet Lachm. || 9 mimo Cannegi-  
 eterus: animo codd. (animu B) | circumstetit BGW || 10 Nigraque  
 W || 12 Turbebat A m. 1 || 13 deprehendit ABPV || 14 Correctum  
 B | stimulis scripsi: uinculis PV uinculis ceteri baculis Lachm.  
 (qui et dolat) || 15 abstracto C | corpore PV m. 1 corpore (a  
 supra e) L | tergo corpore B (in quo Et simul abscissum) ||  
 16 petus P || 17 ignoto V m. 1 ignotus P | mutato G | fallis G  
 (et ita ex fallas correxerunt BL) || 18 Et W Ast Rq

6 De rana A De rana & uulpe L De cane . VII de rana  
 E || 1 limoque W: olimque ceteri codd. omnes || 2 tantum lu-  
 teis L || 3 calles Cannegieterus | pra P || 4 turbida CR | rana ex  
 rona V || 5 quod GL: quo ceteri codd. | poss& ex posse V |  
 ||rb (mo m. rec. supra ras.) B || 6 sua B, corr. m. rec.



- Nec se Paeoni iactat cessisse magistro,  
 Quamuis perpetuos curet in orbe deos.  
 Tunc uulpis pecudum ridens astuta quietem,  
 Verborum uanam prodidit esse fidem: 10  
 'Haec dabit aegrotis' inquit 'medicamina membris,  
 Pallida caeruleus cui notat ora color?'
- 7 Haud facile est prauis innatum mentibus ut se  
 Verberibus dignas supplicioe putent.  
 Forte canis quondam nullis latratibus horrens  
 Nec patulis primum rictibus ora trahens,  
 Mollia sed pauidae submittens uerbera caudae, 5  
 Concitus audaci uulnera dente dabat.  
 Hunc dominus, ne quem probitas simulata lateret,  
 Iusserat in rabido gutture ferre nolam:  
 Faucibus innexis crepitantia subligat aera,  
 Quae facili motu signa cauenda darent. 10  
 Haec tamen ille sibi credebat praemia ferri,  
 Et similem turbam despiciebat ouans.  
 Tunc insultantem senior de plebe superbum

7 Nam CR | se Paeoni *Lachm.*: se p(a)eonio *codd.*, nisi quod s=sepe onio V se peon= T sepe homo L || 8 perpetuo *Cannegieterus* | curret P || 9 uulpis V m. 1 W uul P uulpes V m. 2 cum ceteris | arguta *Lachm.* || 10 uanam *Cannegieterus*: uacuam *codd.* ambiguam ego aliquando || 11 perdidit P || in T m. 2 in marg. addit: Ne sibi quisquam de rebus inaniter ullis Quod (*Quas edd.*) nequit imponat ista fabella monet

7 De cane A Fabula canis mordacis L || 1, 2 delet *Canneg.* || 1 Haut PT || 2 Verberibus *Withofius*: Muneribus *codd.* | digna V m. 1 | supplicioe PV m. 1 supplicio=ne B || 3 quidam uulgo quoidam *Lachm.* | horrens | nullis B || 4 De W | patulis (v supra i pr.) V | rectibus A ratibus CR | hora BV || 5 sūmitt. BCG RTW sumitens (ns supra *lin.*) A || 6 uulnera *codd.* praeter A m. 1 V || 7 Huic L | neq. (v m. rec. supra q.) B | probitas om. P || 8 rapido GPV | gutture P | nolam *codd.* praeter V m. 1 W molam et P mollam exhibentes; notam §; cf. *Hageni anecd. Heluet. p. 182* || 9 Faucibus G | hera G || 11 ferre GPTVW || 12 simili= R | despiciebat PV | ou P

- Adgreditur tali uoce seuera monens:  
 15 'Infelix, quae tanta rapit dementia sensum,  
 Munera pro meritis si cupis ista dari?  
 Non hoc uirtutis decus ostentatur in aere,  
 Nequitiae testem sed geris inde sonum.'
- Contentum propriis sapientem uiuere rebus 8  
 Nec cupere alterius, nostra fabella monet,  
 Indignata cito ne det Fortuna recursum  
 Atque eadem minuat quae dedit ante rota.  
 5 Corporis immensi fertur pecus isse per auras  
 Et magnum precibus sollicitasse Iouem:  
 Turpe nimis cunctis inridendumque uideri,  
 Insignes geminis cornibus ire boues  
 Et solum nulla munitum parte camelum  
 10 Obiectum cunctis expositumque feris.  
 Iuppiter at ridens postquam sperata negauit,  
 Insuper et magnae sustulit auris onus.  
 'Viue minor merito, cui sors non sufficit' inquit,  
 'Et tua perpetuom, liuide, damna geme.'

14 Aggred. AGL Agred. B | uoce seuera (*uel sinistra*) scripsi: singula uoce *codd.* sibila u. mouens *Lachm.* pauca u. *Froehnerus* | mouens L || 15 et 16 delet *Lachm.* || 17 ostendatur PV m. 1 osten=ur (ta m. rec. supra ras.) B | here G

8 De camelo AL || 1 contentum PV m. 1 || 2 Ne A | fabula nostra supra nostra fabella m. 2 C || 3 Indignata cito | Indignatio P Indignatatio V m. 1 | ne det scripsi: ne & V m. 1 est et P ne stet ceteri *codd.* (V m. 2) | recursu W: recursu ceteri *codd.* || 4 qua A q: V || 5 incensi (m supra c) V | auras L per Afros *Withofius* || 7 irrid. *codd.* praeter PV (gibbis se ridendumque *Cannegieterus*) || 8 Insignis W || 9 Se solum R | munitum supra *rasuram* m. 2 B || 10 Abiectum BW || 11 Iuppiter GV | at ridens *Cannegieterus*: aridens APVW aridens ceteri || 12 auresonus P honus B =onus W || 13 merito om. in ras. W meritis G | fors W | sufficiat P || 14 perpetuom PV m. 1: perpetuum ceteri cum V m. 2 (perpetua W perpetuo L perpetue R) | dampna V dam P | gere R, C m. 2

9 Montibus ignotis curuisque in uallibus artum  
 Cum socio quidam suscipiebat iter,  
 Securus, cum, quodque malum fortuna tulisset,  
 Robore conlato posset uterque pati.  
 Dumque per incertum uario sermone feruntur, 5  
 In mediam praeceps conuolat ursa uiam.  
 Tunc alter facili conprendens robora cursu  
 In uiridi trepidum fronde pependit onus;  
 Ille trahens nullo iacuit uestigia gressu, 10  
 Exanimem fingens, fronte refusus humi.  
 Continuo praedam captans fera saeua cucurrit  
 Et miserum curuis unguibus ante leuat;  
 Verum ubi concreto riguerunt membra cruore  
 (Nam solitus mentis liquerat ossa calor),  
 Tunc olidum credens, quamuis ieiuna, cadauer 15  
 Deserit et lustris conditur ursa suis.  
 Sic cum securi paulatim in uerba redissent,  
 Liberior iusto, qui fuit ante fugax:  
 'Dic, sodes, quidnam trepido tibi rettulit ursa?'

9 XIII De duobus uiatoribus A De duobus sociis (hominibus L) et ursa CL De ursa et duobus sociis R || 1 Motibus P || 2 socio P || 3 cum quodque *scripsi*: quodcumque *codd.* quod quodque (*uel* cuique) *Cannegieterus* quod cum qua *Lachm.* | tullisset P || 4 collato *codd.* praeter PV m. 1 W | possit PW et (-sit in ras.) V | pater G m. 1; puto tegi || 5 Dumq; G | incertum T: inceptum ceteri || 6 conuolat (*sive* conneat) *scripsi*: conuenit *codd.* en uenit *Cannegieterus* (media — uia *Lachm.*) | ursa] ur m. 2 supra lin. V || 7 Tunc (*uel* Hic) *scripsi*: Horum *codd.* (Qorum R) | alter] unus G | facile W | comprehendens B | robura PV m. 1 | nisu *Lachm.* || 8 honus BLR || 9 gresu P || 10 Exanimem A -me R | infingens P f—ingens R | fronte *scripsi*: sponte *codd.* | relisus *codd.*, corr. *Cannegieterus* || 11 captans *scripsi*: cupiens *codd.* | fora (e supra o) R | cucurrist P || 13 membra rigui P | eruore *scripsi*: timore *codd.* (*in* V ex timore corr.) || 15 holidum B colidum V m. 1 || 16 ursa] ur supra lin. V || 17 Sic *scripsi*: Sed *codd.* | securo PV m. 1 || 18—21 om. P || 18 Liberior] e et r alt. supra lin. V | fugit (g erasa) R | fagax (v supra a pr.) V || 19 rettulit *codd.* praeter T

20 Nam secreta diu multaue uerba dedit.  
 'Magna quidem monuit, tamen haec quasi maxima iussit,  
 Quae misero semper sint facienda mihi:  
 Ne facile alterius repetas consortia, dixit,  
 Rursus ab insana ne capiare fera.'

Caluus eques capiti solitus religasse capillos 10  
 Atque alias nudo uertice ferre comas,  
 Ad campum nitidis uenit conspectus in armis  
 Et facilem frenis flectere coepit equum.  
 5 Huius ab aduerso Boreae spiramina perflant  
 Ridiculum populo conspiciente caput;  
 Nam mox deiecto nituit frons nuda galero,  
 Discolor ab posita quae fuit ante coma.  
 Ille sagax, tantis quod risus milibus esset,  
 10 Dispulit admota calliditate iocum,  
 'Quid mirum' referens 'positos fugisse capillos,  
 Quem prius aequaenae deseruere comae?'

Eripiens geminas ripis cedentibus ollas 11  
 Insanis pariter flumen agebat aquis.

21 Magne V m. 1 (*an* Magna equidem?) | quasi *scripsi*: quoque *codd.* | maxime A m. 2 CLVW || 22 om. W (21 et 22 delet *Lachm.*) | Qui P | si—nt T: sunt ceteri *codd.* || 23 repetas bis W s ex t corr. V

10 De caluo (equite A milite R addunt) ACLR || 1 religasse BPVW: religare ceteri *codd.* | capillis (o supra alt. i) W || 2 alios (a supra o) B || 3 At W | conspectus uenit AL | speciosus (conspectus m. 2 *supra*scr.) B | —rmis (a supra ras.) W || 4 facile P | aequam P equ— B || 5 Huis P Cuius G Cuius R. spiramine V m. 1 | perfl—ant B: pr(a)estant ceteri *codd.* || 6 Ridiculū (lū supra lin.) V || 7 dilecto P deiecto (i ex corr.) V | patuit G | galerao T || 8 ab posita *scripsi*: apposita *codd.* (adpos. W) || 9 sax P | milibus bis V || 10 dispulit T: Distulit ceteri *codd.* | amota CR | calid. B || 11 positus (*sed* capillos) W; positos referens G, unde appos. ref. *Heinsius* || 12 om. P | aequae W

11 De geminis ollis LR De ollis C (*in* A titulus *euanius*)



Sed diuersa duas ars et natura creauit:  
 Aere prior fusa est, altera ficta luto.  
 Dispar erat fragili et solidae concordia motus, 5  
 Incertumque uagus amnis habebat iter.  
 Ne tamen allisam confringeret, aerea testa  
 Vrgebat coctam, comminus ire uiam.  
 Illa timens ne quid leuibus grauiora nocerent,  
 Et quia nulla breui est cum meliore fides, 10  
 'Quamuis securam uerbis me feceris' inquit,  
 'Non timor ex animo decutiendus erit;  
 Nam me siue tibi seu te mihi conferat unda,  
 Semper ero ambobus subruta sola modis.'

12 Rusticus inpresso molitus uomere terram  
 Thensaurum sulcis prosiluisse uidet.  
 Mox indigna animo properante reliquit aratra,  
 Gramina compellens ad meliora boues.  
 Continuo supplex Telluri construit aras, 5  
 Quae sibi depositas sponte dedisset opes.

1 Exripiens **A m. 1** | ripis **P** ripis (i alt. ex corr.) **V** | centib;  
**V m. 1** censtibus **P** | olla **PV m. 1** || 3 duas] tuos **P** rasura in  
**V** (duas add. m. 2) || 4 Here **G** | pior **P** | facta **R** || 5 solidae (-de)  
**ABGL** (**V m. 2**): solido *ceteri* *codd.* || motu **R** motu = (*erasa s*)  
**C** || 6 annis **R** || 7 allisam *Barthius*: elisam *codd.* | contingeret  
 herea **G** | aereat esta **V** aera testa **P**: aerea testam *ceteri* ||  
 8 Vrgebat *scripsi*: iurabat *codd.* (-bit **V m. 1**) | coctam *scripsi*:  
 solitam *codd.* sociam *Neueletus* | comminus *Cannegieterus*: lon-  
 gius *codd.* || 9 Ille t. leuibus ne quid **W** | tulissent **L** || 10 qua  
**V m. 1** | est *supra lin. m. 2* **B** || 11 inquit **BTV** || 12 decuendi **P**  
 detut. **W** discut. **B** || 13 conterat *Cabelianus* || 14 subdita (-dit  
**P**) sola malis *codd.*, corr. *Lachmannus*.

12 De inuento thesauro **A** De thesauro **C** De rustico et  
 tesauo **L** || 1 mollitus **T** (*alt. 1 supra ol B*) | suomereteram **P**  
 2 Thensaurum **A m. 1**: Thes. *ceteri* | in sulcis **G** || 3 amino **P**  
**m. 1** | relinquit **A** || 4 Semina (Femina **W**) *codd.*, corr. *Cannegieterus* | bo ties **P** || 5 telluris instruit **C m. 1** **PV m. 1** **W** (*an*  
 Telluri substruit ?) || 6 opeis **P**

Hunc Fortuna nouis gaudentem prouida rebus  
 Admonet, indignam se quoque ture dolens:  
 'Nunc inuenta meis non prosunt munera templis  
 10 Atque alios mauiis participare deos;  
 Sed cum subrepto fueris tristissimus auro,  
 Me primam lacrimis sollicitabis inops.'

Immensum taurus fugeret cum forte leonem 13  
 Tutaque desertis quaereret antra uiis,  
 Speluncam repetit, quam tunc hirsutus habebat  
 Cinyphii ductor qui gregis esse solet.  
 5 Ast ubi submissa meditantem intrumpere fronte  
 Obuius obliquo terruit ore caper,  
 Tristis abit longequae fugax e ualle locutus  
 (Nam timor expulsus iurgia ferre uetat):  
 'Non te demissis saetosum, putide, barbis,  
 10 Illum, qui super est consequiturque, tremo;  
 Nam si decedat, nosces, stultissime, quantum  
 Discrepet a tauri uiribus hircus olens.'

7 Nunc **B** || 8 Ammonet **BPV** (Admonuit, dignam — dolens  
*Lachm.*) || 9 prosunt *scripsi*: pro **V m. 1** prodi **P** prodis *ceteri*  
 (profers **V m. 2**); prodest urnula *Lachm.* || 11 surrepto **BGL** ||  
 12 Te **W** | sollicitabis **B**

13 De tauro et hircio **A** De hircio et tauro **C** De boue et  
 hircio **L** || 2 iugis **G** || 3 Speluncam **A** | reperit **ACT** | hirsutus **V** ||  
 4 Cinyphii *plerique* (Ciniphei **G** Cyniphi **T** Cyniphei **BCR** Cy-  
 nipse **A**) || 5 Ast **G**: Post *codd.*, nisi quod Hunc **G** (Huc *Lachm.*)  
 sumissa *codd.* praeter **CPV** | irrump. **BGLRT** || 6 Obuius **P**  
 Obui' (i' *ex corr.*) **V** | caput **P** cap (p *ex corr.*) **V** || 7 obit **P**  
 habit **V** habit **L** | longequae *Cannegieterus*: longaeque *codd.* |  
 e *scripsi*: de *codd.* (*om. P*) | uale **P**; calle *Lachm.*, qui et lon-  
 giqua | loquutus **P** loq<sup>ut</sup> **V** || 8 iugia **P** || 9 dimissis **BPTW m. 1**  
 dimissi **V** | demissum s(a)etosis **R, C** *ex corr.* | putride **B**,  
**T m. 1** || 10 insequiturque **G** || 11 discedat *codd.*, *correx* ||  
 12 Discrepat **B m. 1** **PT** | hircus **BLV** | holens **B**

- 14 Iuppiter in toto quondam quaesierat orbe,  
Munera natorum qui meliora daret.  
Certatim ad regem currit genus omne ferarum,  
Permixtureque cicur cogitur ire pecus;  
Sed nec squamigeri desunt ad iurgia pisces 5  
Vel quicquid nolucrum purior aura uehit.  
In tergo trepidae ducebant pignora matres,  
Iudicio tanti discutienda dei.  
Tunc brevis informem traheret cum simia natum,  
Ipsam etiam in risum compulsi ire Iouem. 10  
Haec tamen ante alios rumpit turpissima nocem,  
Dum generis crimen scite abolere cupit:  
Iuppiter hoc norit: maneat uictoria quemque,  
Iudicio superest omnibus iste meo.
- 15 Threiciam noluerem fertur Iunonius ales  
Communi sociam non tenuisse cibo  
(Nam propter uarias fuerat discordia formas,

14 De ioue et . . . notis animalibus A De simia C De symia L || 1 Iuppiter BGV | quondam V m. 1 || 2 Pignora Guictus | quis BGLV m. 2; quoi Lachm. | puto ferat || 4 cicur scripsi: homini codd. | nonne cernitur? | inde Lachm. (qui 5 sq. delet) || 5 iuria B m. 1 || 6 Vt G | prior PV m. 1 || 7 In tergo scripsi: Inter quos codd. | pignora B || 8 Iudicio P || 9 Tr et symmia G | simia supra ras. m. 2 V || 10 ire] illa edd. ant. inde Lachm. || 11 Hec B: Hanc ceteri (Hc W) | rupi (t add. m. 2) V rumpit T rumpit AGLB | uoce V m. 1 uocem om. B m. 1 || 12 genitrix PV m. 1 genitrix V m. 2 W | scite scripsi: sic codd. || 13 Iuppiter G | nescit P | quemque (uel quemquem) scripsi: si (se P) quem codd. || 14 Iudicio BP

15 De grue et pauone AC De contencione gruis et pauonis L || 1 Threic. A m. 1 W: Threiciam ceteri (Threiciam B Threiciam A m. 2) | uoluerit et iunonis B m. 1 || 2 Comuni P Communum (i supra ras.) V | non tenuisse scripsi: tenuisse P tenuisse ceteri plerique (continuasse C corr. GT m. 2 V m. 2 W); tenuisse Cannegieterus non tolerasse Withofius || 3 Nam propter scripsi: Namque inter (intum P) codd. | arias P uaria V m. 1 3 sq. delet Lachm.

- Magnaque de facili iurgia lite trahunt),  
5 Quod sibi multimodo fulgerent membra decore,  
Caeruleam facerent liuida terga gruem;  
Et simul erectae circumdans tegmina caudae  
Sparserat arcatum sursus in astra iubar.  
Illa licet nullo pinnarum certet honore,  
10 His tamen insultans uocibus usa datur:  
Quamuis innumerus plumas uariauerit ordo,  
Mersus humi semper florida terga geris:  
Ast ego deformi sublimis in aera pinna  
Proxima sideribus numinibusque feror?
- Montibus e summis radicitus eruta quercus 16  
Decidit insani turbine uicta noti,  
Quam tumidis subter decurrens alueus undis  
Suscepit et fluuio praecipitante rapit.  
5 Verum ubi diuersis impellitur ardua ripis,  
In fragiles calamos grande residit onus.  
Tunc sic exiguo conectens cespitem ramos  
Miratur liquidis quod stet harundo uadis:  
Se quoque tam uasto necdum consistere trunco,  
10 Ast illam tenui cortice ferre minas.

4 litte A || 5 multimoda V m. 1 multimoda P multitudo W fulgerant P fulgerent | decora P || 6 grauem PV m. 1 || 7 circumdans tegmina PV m. 1 || 8 arcatum Barthius: arc(h)anum codd. (canum P) | rursus codd., corr. Lachm. || 9-17, 5 om. W 9 penn. codd. praeter PV m. 1 | certe P | honore P onere V m. 1 10 Is GPV | insultans A | usu P || 11 Quam et uariauerit P 13 deformat V m. 1 | aere AGT aera (a prior add. m. 2) V penna (-nis A) codd. praeter P; et pina (e supra i m. 2) V 14 syd. TV | que om. B m. 1

16 De quercu et harundine A De robore et calamo C Contencio querci et harundinis L || 1 radicitus CR || 2 Dedit B m. 1 Dicit P | nothi codd. praeter V || 3 tumidis C m. 1 R || 4 Suscepit B m. 1 PV m. 1 | rapit] r ex corr. V || 5 ripis P || 6 residit codd. praeter PV | honus B || 7 Tum AC | exguo P | connectens BG | cespitem P | ram' V m. 1 || 8 arundo BP arunda L || 9 necdum] rectum CR non posse B; nec enim Lachm.

Stridula mox blando respondens canna susurro  
 Seque magis tutam debilitate docens  
 'Tu rabidos' inquit 'uentos saeuasque procellas  
 Despicias et totis uiribus alta subis,  
 Ast ego surgentes haudquaquam demoror austros 15  
 Et quamuis leuibus prouida cedo notis;  
 In tua praeruptus ostendit robora nimbus,  
 Motibus aura meis ludificata perit.'  
 Haec nos dicta monent magnis obsistere frustra,  
 Paulatimque truces exsuperare minas. 20

17 Venator iaculis haut irrita vulnera torquens  
 Turbabat rapidas per sua lustra feras.  
 Tum pauidis audax cupiens succurrere tigris  
 Verbere commotas iussit adesse minas.  
 Ille tamen solito contorquens tela lacerto 5  
 'Nunc tibi, qualis eam, nuntius iste refert.'

11 respondit BT respondet G || 12 Sequi P | docens V m. 2: docet *codd.* (doc= V m. 1) || 13 rabidos AC *corr.* LT: rapidos BC m. 1 RV (rapidus — uentus P) || 14 Despicias A m. 1 PV m. 1 tutis C | alta subis *scripsi*: acta ruis *codd.* || 15 surgente V m. 1 haudquaquam *scripsi*: paulatim (-tum P) *codd.* | demorror A austros V || 16 leuibus; V | caedo GP | nothis *codd.* praeter V || 17 praeruptus *codd.*: proruptus G | ostendit *scripsi*: offendit *codd.* (of=ndit B) se effundit *Lachm.* | robura PV | mundus V m. 1 || 18 aura meis] aures P aureis (ei in ras., me supra e m. 2) V || 19 dicta (o supra a) P | magis PV m. 1; num magno haut? || 20 Paulatumque P | exuperare CGLR || 19, 20 delet *Cannegieterus*

17 De uenatore et tigris (-ride C) AC Fabula uenatoris et tigris L || 1 haut T: aut PV m. 1 haud *ceteri* (V m. 2) | irrita *codd.* praeter PV m. 1 || 2 rapidas L: rabidas *ceteri* plerique pauidas BG trepidas *Lachm.* | sua] sa P | rura G et (u ex *corr.*) B | boues G || 3 Tunc BT; Hunc *Lachm.* | succurre V succurra agris P || 4 abesse A ex *corr.* BGL | Vertere e. i. ad arma m. *Lachm.* || 5 Illa W hic iterum incipiens | puto solido || 6 e= m (a supra ras.) T: eram *ceteri* (erim W) qua lateam *Lachm.* quam ualeam ego olim | is P isti V m. 1 | refert P refer V m. 1

Et simul emissum transegit uulnera ferrum,  
 Perstrinxitque citos hasta cruenta pedes.  
 Molliter at fixum traheret cum saucia telum,  
 10 A trepida fertur uulpe retenta diu,  
 Quis deus ille foret, qui talia uulnera ferret,  
 Aut ubinam iaculum delituisset agens.  
 Illa gemens fractoque loqui uix murmure coepit  
 (Nam solitas uoces ira dolorque rapit):  
 15 'Nulla quidem medio conuenit in aggere forma  
 Quaeque oculis olim sit repetenda meis,  
 Sed cruor et ualidis in nos directa lacertis  
 Ostendunt aliquem tela fuisse uirum.'  
 Quattuor immensis quondam per prata iuuenis 18  
 Fertur amicitiae tanta fuisse fides,  
 Ut simul emissos nullus diuelleret error,  
 Rursus et e pastu turba rediret ouans.  
 5 Hos quoque conlatis inter se cornibus ingens  
 Dicitur in siluis pertimuisse leo,  
 Dum metus oblatam prohibet temptare rapinam  
 Et coniuratos horret adire boues;  
 Et quamuis audax factisque inmanior esset,

7 emissio B | tranegit V m. 1 | uulnere ABC m. 1 R uiscera G || ferre PV m. 1 || 8 Perstrinxitque (-xisque V m. 1) BGLPV: Pr(a)e-strinxitque *ceteri codd.* | asta BCRV || 9 at fixum *Cannegieterus*: adfixum PVW affixum *ceteri* || 10 Et trep. W | diu retenta uulpe B || 11 Quis deus *scripsi*: Dum quis *codd.* Dum quisnam *Gruetius* Dumque quis *Cannegieterus* Cuias *Lachm.* Unde quis *Froehnerus* | foret] refert G || 12 At PV m. 1; puto Atq; | ubna V ubi iam PW | dilii. A m. 1 PV || 13 uix] ius W | c(o)epit *codd.*: coeptans *Lachm.*; expecto pollens || 14 iam W || 15 media G | agere P || 16 meis] tuis W || 17 directa *codd.* | lacertos W

18 De quattuor (IIIor C) iuuenis (tauris L) et leone CL || 1 perpetrata PV m. 1 || 2 amicitiae V m. 1 || 3 Et B | deuell. AW d=uell. V || 4 e] a G | pasto W | ouans W: amans *ceteri codd.* omnes || 5 collatis *codd.* praeter PVW || 6 Dicitur V m. 1 | pertinuisse PV m. 1 || 7-10, ut et 15-18, delet *Lachm.* || 9 Et uulgo: Sed *codd.* | factisque, ita *codd.*; num audax animisque? | inmanior (ni m. 2 supra i) B

- Tantum solus uiribus impar erat. 10  
 Protinus adgreditur prauis insistere uerbis,  
 Conlisum cupiens dissociare pecus.  
 Sic postquam dictis animos disiunxit acerbis,  
 Inuasit miserum diripuitque gregem.  
 Tunc quidam ex illis uitam seruare quietam 15  
 Qui cupit, e nostra discere morte potest;  
 Neue cito admotas uerbis fallacibus aures  
 Impleat aut ueterem deserat ante fidem.' 10
- 19 Horrentes dumos abies pulcherrima risit,  
 Cum facerent formae iurgia magna suae,  
 Indignum referens cum istis certamen haberi,  
 Quod meriti nullus consociaret honor:  
 'Nam mihi deductum surgens in nubila corpus 5  
 Verticis erectas tollit in astra comas,  
 Puppibus et patulis media cum sede locamur,  
 In me suspensos explicat aura sinus;  
 At tibi deformem quod dant spineta figuram,  
 Despectum cuncti praeteriere uiri.' 10  
 Ille refert: 'nunc laeta quidem bona sola fateris

10 inperaret P || 11 aggred. CGLR | prauis P || 12 dissociare petus P ore norare leo (suprascr. dissociare pec) W || 13 Sic codd.: S& V m. 2 Sed E | anim V m. 1 animus PW, et ita m. 2 ex animu corr. B | disiunxit P disiungit A | acerbis PV m. 1 amaris B m. 1 || 14 Inuadit codd., corr. edd. ant. || 15 Tum LTW Tum P | post ex rasura in G | quidem A quietiam P || 16 cupit e scripsi: cupiet codd. praeter B, qui cupit ex praebet || 17 admotos PV m. 1 W; an admotis? || 18 ut A ut T | arte G inde Froehnerus

19 De abiete et (ac A) dumis ALR || 1 dumas PW du has V m. 1 || 2 iuria P | magna om. G || 3-4 delet Lachm. || 3 post Indignum ras. 7 litt. in T | cum istis (uel stis) scripsi: cunctis codd. | certamen] abiectum et G | habere CB || 4 Quod codd. plerique: Quos GRT | meriti G; meritis codd. | consociaret P | honos P ho=nor V || 6 in ethra G || 8 suspensos] o ex corr. m. 2 V || 9 A PV m. 1 Ast A | deformem A | dent CB || 10 Disp. P Dosp. V m. 1 | amicti V m. 1 || 11 Illa E | refert] est P | letu P | fateri PV m. 1 W

- Et nostris frueris imperiosa malis;  
 Sed cum pulcra minax succidit membra securis,  
 Quam uelles spinas tunc habuisse meas!'
- Piscator solitus praedam suspendere saeta 20  
 Exigui piscis uile trahebat onus.  
 Sed postquam superas captum perduxit ad auras  
 Atque auido fixum uulnus ab ore tulit,  
 5 'Parce, precor' supplex lacrimis is dixit abortis;  
 'Nam quanta ex nostro corpore dona feres?  
 Vix me saxosis genetrix ecfeta sub antris  
 Fudit et in propriis ludere iussit aquis.  
 Tolle minas, tenerumque tuis sine crescere mensis:  
 10 Haec tibi me rursus litoris ora dabit:  
 Protinus, immensi depastus caerula ponti,  
 Pinguior ad calamum sponte recurro tuum.'  
 Ille nefas captum referens absoluere piscem,  
 Difficilis queritur cassibus esse uices:  
 15 'Nam stultum est' inquit 'praesentem amittere praedam,  
 Staltius et rursus uota futura sequi.'

12 Sed PVW | frueris om. V m. 1; frueris nostris Lachm. || 13 pulchra codd. praeter BCGR | succidet ABG succidat CR | sequiris (e supra qu) C securi B m. 1 || 14 uellis P

20 De piscatore et pisce ALR || 1 deprendere G | seta codd. plerique || 2 pis V m. 1 | honus BL || 3 Quem G | aureas P || 4 auido P | trahit L || 5 lacrimis supplex W | is scripsi: ita codd. | abortis AV m. 1 abhortis B || 6 dona Lachm.: damna codd. (dampna LV) lucra edd. ant. | feras PV m. 1 W || 7 Vix scripsi: Nunc codd. | genetrix codd. praeter CPV | ecfeta scripsi: fetida V m. 1 W foetida P fecunda ceteri cum V m. 2 (faecunda B post ras.) || 9 tius P | menses PV m. 1 || 10 mi rorsum (u supra o) P rursus B | litoras A litora (is supra a) W | hora G | quadrabis PV m. 1 W (unda dabit V m. 2) | dabit (i ex corr.) C || 11, 12 delet Lachm. || 11 depastum T | ponto PV m. 1 W || 12 sponto V m. 1 | redi= (ho m. 2 supra ras.) B || 13 captum - 15 miserum est delet Lachm. || 14 Difficiles codd. praeter PV m. 1 W | queritur om. W | cassibus G; casibus codd. | 15 stultum G; miserum codd. (miser R) | inquit BPV | ammitt. L admitt. R || 16 Staltus B m. 1 | rursus BLP m. 1



- 21 Paruola progeniem terrae mandauerat ales,  
 Qua stabat uiridi cespite flaua seges.  
 Rusticus hanc fragili cupiens decerpere culmo  
 Vicinam supplex forte petebat open.  
 Haec uox implumes turbauit credita nidos, 5  
 Suaserat et laribus continuare fugam.  
 Cantior hos remeans prohibet decedere mater:  
 'Nam quid ab externis proficietur?' ait.  
 Ille iterum caris operam mandauit amicis;  
 At genetrix rursum tutior inde manet. 10  
 Sed postquam curuas dominum comprehendere falces,  
 Frugibus et ueram sensit adesse manum,  
 'Nunc' ait, 'o miseri, dilecta relinquite rura,  
 Cum spem de propriis uiribus ille petit.'

- 22 Iuppiter ambiguas hominum praediscere mentes  
 Ad terras Phoebum misit ab arce poli.  
 Tunc duo diuersis poscebant numina uotis  
 (Namque alter cupidus, inuidus alter erat);

21 De alite et messione **A** De luscina **C** De luscina (*sequitur rasura*) **B** De agricola et aue **L** || 1 Paruola *codd. praeter PV* | ter se **P** (*in V re mand ex corr. m. 2*) | mundauerat **C** || 2 Qui **P** Quo **T** | uiridē **W** | flauca **P** || 3 num grauidō ? || 5 Haec *Cannegieterus*: Sed *codd.* (Sed *in Et corr. T*) | implumest **P** implūest (*s ex corr. m. 2, quae et in supra e et sub t punctum posuit*) **V** | credita *Withofius*: credula *codd.*, nisi quod crudula (*e supra pr. u*) **T** | nius **P** nidos, o *ex corr. m. 2, V* || 6 om. **V** || 7 reuocans *Lachm.*; malim remanens | discedere *codd.*, correxi || 8 om. **V** | iam **W** | extremis **AL** | perficietur **GPWT** || 9, 10 delet *Lachm.* (10 m. 2 in marg. add. **V**) || 9 Ille rerum **P** opē || **T** operum **W** opera **P** || 10 genitrix *codd. praeter P* || 11 curua **V m. 1** | comprehend. **APRTV** deprehendere **G** deprehendere **B** || 13 Tunc **B** | inquite **V** || 14 Quum **A** Dum **W**

22 De loue et cupido et inuido **A** De cupido et inuido (auaro **R**) **CLB** || 1 Iupiter **BGV** | praedicere **W** | montes **V m. 1** || 2 At **V m. 1** | misi **P** | arte **B m. 1** || 3 En duo *Canneg.* Cum duo *Lachm.* || 4 inuidus post alter **B**, om. **V** (alter auarus erat m. 2); inuidus *Withofius*

- 5 His sese medium Titan scrutatus utrumque  
 Optulit et 'precibus Iuppiter aecus' ait  
 'Praestandist facilis; nam quae sperauerit unus,  
 Protinus haec alter congeminata feret.  
 Sed quoi longa iecur nequii satiari cupido,  
 10 Distulit admotas in sua dona preces,  
 Spem sibi confidens alieno crescere uoto  
 Seque ratus solum munera ferre duo.  
 Ille ubi captantem socium sua praemia uidit,  
 Supplicium proprii corporis optat ouans;  
 15 Nam petit extincto iam lumine degat ut uno,  
 Alter ut hoc duplicans uiuat utroque carens.  
 Tum sortem sapiens humanam risit Apollo,  
 Inuidiaeque malum rettulit ipse Ioui,  
 Quae, dum prouentis aliorum gaudet iniquis,  
 20 Laetior infelix et sua damna cupit.  
 Venditor insignem referens de marmore Bacchum 23  
 Expositum pretio fecerat esse deum.

5 Is **G** | sese **BGW** (**V m. 2**): se **PV m. 1** quoque se *ceteri* | scrutat' ('a m. 2) **V** || 6 Optulit *codd. praeter CG m. 2 TW* | Iuppiter aecus *Lachm.*: ut peteretur *codd.* (pteretur **V**) | agit *Cannegieterus* || 7 Praestandist *scripsi*: Praestandi = **V** Praestandi *ceteri* (Praestabit **R**) | namq; sperauerit **VW** nam quaeque rogaerit **BCLRT** nam queq; poposcerit **G** || 8 congemina **AP** congeminate **V m. 1** || 9 puto Sic | cum **B** | iecur] g & **V m. 1** | nequii *Cannegieterus*: nequeat *codd.* (nequea **P** quea **V m. 1**) || 10 Dist. *ex Post. corr. T* | a = motas **T** amotas **GL**; admissas uel indultas *Lachm.* | sua *scripsi*: noua *codd.* | dona *ex dampna corr. T*: dam(p)na *codd.* || 12 munera **T** | ferre] facere **V m. 1** || 13 sotium **P** || 14 Supplitiū **P** || 15 extinctus ut (quo **T**) lumine *codd.*, correxi; extincto sub *Cannegiet.* extincto se ut *Lachm.* | degat ut *Cannegiet.*: degeret (deieret, g supra i, **V**) *codd.* denotet *Lachm.* || 16 uterque (ro supra er) **T** || 17 Tunc **BGTW** | inhumanam **PV m. 1** | ris **PV m. 1** || 18 Inuidiaeque **P** | rettulit *codd. praeter AT* (adtulit **B**) | inde **G** || 19 Quaedam **A** || 20 dampna **LPEV** | querit (*supraser. 1* cupit) **T**

23 De uenditore et mercatore **A** De bacho **CR** Fabula de uenditore bachi **L** || 1 arte ferens *Lachm. male* | bachumi **P** baumi **V m. 1** (eū *supraser. m. 2*) || 2 precium **P** pretium **LV**

Nobilis hunc quidam funesta in sede sepulcri  
 Mercari cupiens compositurus erat;  
 Alter adoratis ut ferret munera templis, 5  
 Redderet et sacro debita uota loco.  
 Tunc deus ambiguo faceret quem mercibus usum  
 (Nec spes in pretium mittere dispar) ait:  
 'Et me defunctis et me licet addere uiuis, 10  
 Siue decus busti seu uelis esse deum;  
 Subdita iamque tibi est magni reuerentia fani  
 Atque eadem retines funera nostra manu.'  
 Conuenit hoc illis, quibus est permissa potestas,  
 An praestare magis seu nocuisse uelint.

24 Certamen longa protractum lite gerebant  
 Venator quondam nobilis atque leo.  
 Hi cum perpetuum cuperent in iurgia finem,  
 Edita continuo forte sepulcra uident.  
 Illic docta manus flectentem colla leonem 5  
 Fecerat in gremio procubuisse uiri.  
 Hic ouat adfirmans pictura teste superbum

3 sepulchri *codd. praeter CG* || 4 expositurus *G* || 5 at ornatis *Lachm.* | munera *BG*: numina *ceteri* || 7 Nunc ait ambiguum facies de mercibus omen (omen *om. P*) *codd.*, quod correxi (ambiguo iam *Lachm.*) || 8, 9 *del. Guietus* || 8 Nec *scripsi*: Cum *codd.* | mittere *scripsi*: munera (-re *B*) *codd.* | dispar] a *ex corr. V* | ait *scripsi*: agit *codd.* || 9 Et *codd.*: Seu *g* | et me licet addere *scripsi*: seu malis (mauis *B*) tradere *codd.* | uiuis *scripsi*: diuis *codd.* || 10 seu uelis esse (uelisse *V m.1*) *codd.*: seu posuisse *Withofius* seu deus esse uelis *Lachm. un. 7-10 mercatori*, 11 et 12 *Baccho tribuens* || 11 iamque tibi *scripsi*: namque tibi *codd.* (neque tibi *A nequitiae PV, qui est om.*); nempe tibi *Lachm.* | nostri *A magna L* | fani *scripsi*: fati *codd.* (sati *P facti AG*) *Bacchi paraphrastes* || 13 promissa *V m.1* premissa *T comissa B* || 14 En *W* | uelint — magis *B*

24 De uenatore et leone *ALR* || 1 longū protracta *B* protectum *P* || 3 Hii *BLP* Hic *R* | perpetuū (ū *ex corr. m. 2*) *B* || 4 A *edita W* | contigue *malim* | sepulchra *codd. praeter GG* || 5 flectere *A* || 6 procubuisse *P* || 7 Hic ouat *scripsi*: Scilicet *codd.* Hic calet *Lachm.* | aff. *codd. praeter PVW* | sculptura *paraphrastes* | supernum *Lachm.*

Se fieri merito; nam domitam esse feram.  
 Ille graues oculos ad inania signa retorquens  
 10 Infremit et rabido pectore uerba dedit:  
 'Inrita te generis subiit fiducia uestri,  
 Artificis testem si cupis esse manum.  
 Quod si nostra nouum caperet sollertia sensum,  
 Sculperet ut docili pollice saxa leo,  
 15 Tunc hominem aspiceres oppresso murmure magno,  
 Conderet ut rabidis ultima fata genis.'

Flens puer extremam putei conspexit in undam, 25  
 Vana super uacuis rictibus ora trahens.  
 Callidus hunc lacrimis postquam fur uidit obortis,  
 Quaenam tristitiae sit modo causa, rogat.  
 5 Ille sibi abrupti fingens discrimina funis  
 Sic auri queritur desiluisse cadum.  
 Nec mora, sollicitam traxit mens improba mentem:  
 Exutus putei protinus ima petit.  
 Paruulus exiguo circumdans pallia collo

8 merito *scripsi*: extinctam *codd.* | domitam *scripsi*: docet *codd.* || 9 gaus *V m.1* | oculos] ulos *ex corr. m. 2 V otii P* || 10 Ingemit *G* | rapido *PV* || 11 Inritat generis *PV m.1* (*Irrita ceteri codd.*) | subiit *B* | nostri *B ex corr. R V m.2* || 13 O si *paraphrastes* | sollertia *A* || 14 Sculperet *PVW* | pollice *PV m.1* || saxe *V m.1* || 15 oppresso *scripsi*: oppressum *codd. expressum Lachm.* | murmure *PV*; marmore in isto *Cannegiet.* || 16 Condere sub *idem* | rapidis *PV*

25 De puero et fure *A* De fure et poru *G* De puero et latrone *L* De latrone et puero *R* || 1 extrema *BG* | conspexit *scripsi*: consedit *codd.* | in undam *PV m.1 W*: ad undam *ceteri cum V m.2* (in ora *BG* ad oram *g*) || 2 Vara *Guietus* | super patulis *Lachm.*; uersus foede corruptus; fortasse Vara super lacus r. o. tr. || 3 Hunc calidus *Lachm.*, quo accepto malim lucris — obortis | abartis *B* || 4 tristitiae *P* || 5 fingens] it *supra* ens *A* | finis *W* || 6 Sic *scripsi*: Ac *CR* Atque *ceteri codd.* Hac *Froehnerus* | quaer. *V* | dissiluisse *ACGLR (V m.2)* delituisse *g* || 7 sollicitum *Cannegieterus* sollicito *Lachm.* | traxit *B* | mens *Canneg.*: manus *codd.* | inpigra *Lachm.* | uestem *g*



- Sentibus immersus delituisse datur. 10  
 Fur post fallaci suscepta pericula uoto  
 Tristis ut amissa neste resedit humi,  
 Dicitur his sollers uocem rupisse querellis  
 Et gemitu summos sollicitasse deos:  
 'Perdita, quisquis erit, post aequae pallia frendat, 15  
 Qui putat in liquidis quod natet urna uadis.'
- 26 Viderat excelsa pascentem rupe capellam,  
 Cominus esuriens cum leo ferret iter,  
 Et prior 'heus' inquit 'praeruptis ardua saxis  
 Linque nec hirsutis pascua quaere iugis,  
 Sed cytisi croceum per prata uirentia florem 5  
 Et glaucas salices et thyma grata pete.'  
 Illa gemens 'desiste, precor, fallaciter' inquit  
 'Securam placidis instimulare dolis.  
 Vera licet moneas monitisque pericula tollas,  
 Tu tamen his dictis non facis esse fidem: 10  
 Nam quamuis rectis constet sententia uerbis,  
 Suspectam hanc prauus consiliator habet.'

10 Ventibus W | immensis A || 11 Fur *scripsi*: Sed *codd.* | fallacis V m. 2 | uotis PV (uoti V m. 2) uota W || 12 Tristis ut *Cannegieterus*: Tristior *codd.* || 13 sollers A | querelis *codd. praeter PV* || 14 gemitus P || 15 post aequae *scripsi*: post hac (hec AV m. 2 h=ē L) bene *codd.* post haec bona *Lachm.* | frendat (uel cernat) *scripsi*: credat (-d& V) *codd.* || 16 om. V || petat -- quae *Lachm.* | natat CRW

26 De capella et leone ALR De leone et capella C || 2 Cominus V || 3 Et purior PV m. 1 prius B | eus V heu B | inquit PV || 4 Inq: W | hirs. AV irs. B || 5 cythisi ABRPW citisi GL cithisii T citici (s *supra alt. c m. 2*) V | florent A || 6 salicesalices P | thyma W tyma P: t(h)yma *ceteri* (ti *ex corr. m. 2 V*) || 7 Ille B m. 1 PV m. 1 | deprecor siste B | inquit PV || 8 Meturā W | insimulare *codd.*, *corr. paraphrastes* || 9, 10 *delet Lachm.* || 9 licet *ex lieep V* | monitisque *scripsi*: maiora *codd.*, quo seruato celas *Froehnerus* || 10 in his P | nos W || 11 contet P constat C constant A | sentia P || 12 Suspecta haec *Lachm.* | prauus *scripsi*: grauidus *codd.* (rabidus B) | habes ε

- Ingentem sitiens cornix aspexerat urnam, 27  
 Quae minimam fundo continnisset aquam.  
 Hanc enisa diu planis effundere campis,  
 Scilicet ut nimiam pelleret inde sitim,  
 5 Postquam nulla uiam uirtus dedit, admouet omnes  
 Indignata noua calliditate dolos;  
 Nam breuis immersis aderescens sponte lapillis  
 Potandi facilem praebuit unda uiam.  
 Viribus haec docuit quam sit prudentia maior,  
 10 Qua coeptum uolucris explicuisset opus.
- Vincla recusanti dedignantique iuueno 28  
 Aspera mordaci subdere colla iugo  
 Rusticus obliqua succidens cornua falce  
 Credidit insanum defremuisse pecus,  
 5 Cautus et immenso ceruicem innectit aratro  
 (Namque erat hic cornu promptior atque pede),  
 Scilicet ut longus prohiberet uerbera temo  
 Neue ictus faciles unguis saeua daret.  
 Sed bos quom irato detrectans uincla collo  
 10 Inmeritam nocua calce fatigat humum,  
 Continuo euersam pedibus dispergit harenam,

27 De cornice (-nicula L) et urna AL De urna et cornice R | 1 sciens V m. 1 siens P | cornis V m. 1 | asperat P | unam W | 2 nimiam PV | conten. P || 3 Hinc PV m. 1 | enixa G || 5 amouet BL admonet PV m. 1 ammonet T || 6 calid. V | dolor PV m. 1 || 7 puto lam | accr. BGLET || 8 potandi PV m. 1 || 9, 10 *delet Cannegieterus* || 10 Quae BV | uolucris PP m. 1 | explicuisset A; haec uoc corrupta

28 De iuueno et aratore A De rustico et iuueno CR De iuueno calcitrante L || 1 resultanti G | que om. P (*supra lin. in G*) || 3 obloquia A || 4 infremuisse C m. 1 R || 5 immensae P immense V m. 1 || 6 Non erat ε | haud *pro hic Cannegiet.* | prumeior P || 7 uerberat (emo om.) P | themo T || 8 Sine W hietus V | s&qua V m. 1 | deret P || 9 bos quom *scripsi*: postquam *codd.* (post C post R) inuito *Lachm.* | detractans AB m. 2 CRTW || 10 nocua (uel patula) *scripsi*: uacua *codd.* (uacuo B m. 1 T) uana *Lachm.* || 11 arenam BLE

Quam ferus in domini ora sequentis agat.  
 Tunc hic informi squalentes puluere crines  
 Discutiens imo pectore uictus ait:  
 'Nimirum exemplum naturae derat iniquae,  
 Qua fieri posset quis ratione nocens.' 15

29 Horrida congestis cum staret bruma pruinis  
 Cunctaque durato stringeret arua gelu,  
 Haesit in aduersa nimborum mole uiator;  
 Perdita nam prohibet semita ferre gradum.  
 Hunc nemorum custos fertur miseratus in antro 5  
 Exceptum Satyrus continuisse suo.  
 Quem simul aspiciens ruris miratur alumnus  
 Vimque homini tantam protinus esse pauet;  
 Nam gelidos artus uitae ut reuocaret in usum,  
 Adflatas calido fouerat ore manus, 10  
 Donec depulso coepisset frigore laetus  
 Hospitis eximia sedulitate frui.  
 Namque hic agrestem cupiens ostendere uitam

\* 12 Quam in d. aura ferens o. s. a. *Lachm.*; *puto* Quam in d. Boreas o. | agit *GL*, *recte puto* || 13 Tunc hic *Lachm.*; Tum (Tunc *BGT*) sic *codd.* | qualentes *A* || 14 p. uerba dedit *B* || 15 Nimirum *V m. 1* | derat *A m. 1 P V m. 1*: claret *W* deerat *ceteri* || 16 Qua] a *supra ras.* *B* Qui *P* | possit *ACT* posses *ç* | quis *scripsi*: cum *codd.* | nocent *A*

29 De uiatore et satyro *A* De uiatore et fauno *CR* De homine et satiro *L* || 1 cum — pruinis *ex corr. m. 2 V* | pruinis *P* || 2 Vinctaque *ç* | arua *V* || 3 Nesit *P* | mole moluiator *G* ||

4 Credita *W* | gradum ferre *B* || 5 custos nemorum *G* custus *P*; cultor *Cannegiet.* | misertus *B* miserat' (*a m. 2*) *V* || 6 saturos (*i supra o m. 2*) *V* sayrus *B* | suos (*i supra o m. 2*) *V* || 7 om. *P* | aspexit *G*; adsidens *Lachm.*; *puto* accipiens | alumnus *CR* || 8 tanta *P V m. 1* | protinuisse (*-nus esse m. 2*) *V*; pectoris esse *Lachm.* || 9 gelidus *P V m. 1* | uitat *P V m. 1 W* || 10 Affl. *codd.* *praeter P V* | callido *P* | fouerat *Lachm.*; soluerat *B G P T V* solueret *ceteri* | or& *V* || 11 Donec *scripsi*: Sed cum *codd.* (*post Sed rasura in V*) | laetus *V m. 1* || 12 sed utilitate *P* || 13 Iamque *Lachm.* | hic *scripsi*: illi *codd.* (ille *A*) | cupiens agrestem *G*

Siluarum referens optima quaeque dabat,  
 15 Optulit et calido plenum cratera Lyaeo,  
 Laxet ut infusus frigida membra tepor.  
 Ille ubi feruentem labris contingere testam  
 Horruit, algorem rursus ab ore tulit.  
 Opstipuit duplici monstro perterritus hospes  
 20 Et pulsum siluis longius ire iubet:  
 'Nolo' ait 'ut nostris umquam successerit antris,  
 Tam diuersa duo qui simul ora ferat.'

Vastantem segetes et pingua culta ruentem 30  
 Liquerat abscisa rusticus aure suem,  
 Ut memor accepti referens monimenta doloris  
 Vltterius teneris parceret ille satis.  
 5 Rursus in excerpti deprensus crimine campi  
 Perdidit indultae perfidus auris onus.  
 Nec mora, praeuetitae segeti caput intulit horrens;  
 Sed uenia indignum fraus geminata facit.  
 Tunc domini captum mensis dedit ille superbis,  
 10 In uarias epulas plurima frustra secans.

14 queq; (*q; ex corr. m. 2*) *V* | daret *Lachm.* || 15 Obt. *codd.* *praeter CW* | crater *V m. 1* | lyeo uel lico *codd.* (alreo *P*) || 17 Illi *P* | testea *P* || 18 Orruit *P* | algorem *Cannegiet.*: argenti *codd.* argentem *Neueletus* alanti *Lachm.* | rursus *P* | tulit *B G*: fuit t suflat *W* suflat *CPRT* suflat *AV* gelat *Lachm.* || 19 Opstip. *W*: Obstip. *ceteri* (Ostip. *B* Obtip. *P* Ostup. *R* Obstup. *GL*) duplicit *V* | perterritus *P* -rit' (*m. 2*) *V* | hospes *V m. 1* || 20 silius *P* || 21 succederat *T* successerat *W m. 1* || 22 Tan *A* Nam *W* | ore gerit *ç* (gerat *Lachm.*)

30 De sue et illius domino *A* De apro et quoquo *CR* De homine et porco *L* || 1 segete *B* | pingua *P* || 3 aperti *P V* | monum. *P V W* || 4 Alterius *P V m. 1 W* | pasceret *C* || 5 excerpti *G* *Guictus*: excepti *codd.* (exculpti *G*) | depressus *P V m. 1* deprehensus *T* dephensus (*sic*) *B* | gramine *B* crimina *P* || 6 perfidus *V* || 7 praeuetitae *scripsi*: praedite *P V m. 1* praedict(a)e *ceteri* praedator *Lachm.* || 8 Sed uenia *scripsi*: Poena sed *codd.* | insignem *Lachm.* | fraus gem. *scripsi*: quod gem. *codd.* (*nisi quod congem. BGR*) || 9 Tum *P V* Hunc *R* | dedi *P* | super his *P* || 10 Inuentas *P V* | frustra *PR m. 1* fusta *L* | secant *P V*

Sed cum consumpti dominus cor quaereret apri,  
 Inpatiens fertur quod rapuisse cocus,  
 Rusticus hoc iustam uerbo conpescuit iram,  
 Adfirmans stultum non habuisse suem:  
 'Nam cur membrorum demens in damna redisset 15  
 Atque uno totiens posset ab hoste capi?'  
 Haec illos descripta monent, qui saepius ausi  
 Numquam peccatis abstinere manus.

31 Ingentem fertur mus quondam paruus oberrans  
 Ausus ab exiguo laedere dente bouem.  
 Verum ubi mordaci confecit uulnera rostro,  
 Tutus in anfractus conditur inde suos.  
 Ille licet uasta toruum ceruice minetur, 5  
 Non tamen iratus quem petat esse uidet.  
 Tunc indignantem mus hoc sermone fatigans  
 Dispulit hostiles calliditate minas:  
 'Non quia magna tibi tribuerunt membra parentes,  
 Viribus effectum constituere tuis. 10  
 Disce tamen breuibus quae sit fiducia monstris,  
 Vt faciat quicquid paruula turba cupit.'

11 cum *ex corr. m. 2* V | cor] e *ex corr.* V | queret V m. 1 ||  
 12 quod] cor V m. 2 | coquus G coqus (c supra q) C; corripuisse  
 coquam *Wopkensis* || 13 si rusticus diuersus est a coco, legas  
 Is catus (uel scito) | copesc. B cumpesc. A || 14 Aff. *codd. praeter*  
 PV m. 1 W || 15 dampna PV | sedisset C || 16 Ac C Ut R | ad A ||  
 17 illo B | monent om. P notant V || 18 a ante peccatis addit  
*Froehnerus* | abstinere P || 17 et 18 delet *Cannegieterus*

31 De mare et boue (tauro C) A C L E || 1 quandam V m. 1 |  
 paruus V || 2 exguo P || 4 Ductus W | amfr. B | inble A ipse L  
 is pavidus W (pro inde suos) 5 et 6 omittens || 5 uastum (om.  
 toruum) V torua uastum P toruū (uū *ex corr.*) B | minitur (a  
 supra i) V || 6 petit B | esse] ipse L (ille *uulgo*) | uidit P ||  
 7 mus hoc *Withofius*: iusto *codd.* || 8 Distulit *codd.*, *corr.*  
*Lachm.* | ostiles P, qui 9-11 omittit || 10 contribuere *Lachm.* ||  
 11 tamen] igitur G | monstris B; rostris *Froehnerus* || 12 Vt RW:  
 Et ceteri (Cū B) | facias *paraphrastes* | quicquid V || 11 et  
 12 delet *Cannegieterus*

Haerentem luteo sub gurgite rusticus axem 32  
 Liquerat et nexos ad iuga tarda boues,  
 Frustra dispositis confidens numina uotis  
 Ferre suis rebus, cum resideret, opem.  
 5 Cui rector summis Tirynthius infit ab astris  
 (Nam uocat hunc supplex in sua uota deum):  
 'Perge laborantes stimulis agitare iuuenos,  
 Et manibus pigras disce iuuare rotas.  
 Te quoque congressum maioraque uiribus ausum  
 10 Fas superos athlis conciliare tuis.  
 Disce tamen pigris non flecti numina uotis  
 Praesentesque adhibe, cum facis ipse, deos.'

Anser erat cuidam pretioso germine feta, 33  
 Oua ut quae nidis aurea saepe daret.  
 Fixerat hanc uolucris legem natura superbae,  
 Ne liceat pariter munera ferre duo.  
 5 Sed dominus, cupidum sperans uanescere uotum,  
 Non tulit exosas in sua luera moras,  
 Grande ratus pretium uolucris de morte referre,

32 De aratore et bobus A De pigro tyrintium frustra  
 orante C De homine et planstro L De rustico et boue R ||  
 1 Horrentē G | rusticus om. V m. 1 || 2 et nexos] adnexos V ||  
 3 Frustra GR: Frustraque ceteri (que delent G, V m. 2) | depo-  
 sitis AGLRT || 4 sideret B || 5 Cum W | tyrintius uel tirintius  
*similiterue codd.*, tiricintius (-cius) CR | fit P | abstris (om. ab)  
 B || 7 iuuenos P || 8 leuare L tituare rotos P || 9 Te quoque  
 (uel Tunc te) *editio Mediol. a. 1785*: Tunc quoque *codd.* ||  
 10 Das W Fac (s supra c) R | superus P | athlis *scripsi*: ani-  
 mis *codd.* | consiliare B || 11 pigris P | fleti P || 12 adhibet um  
 P; fortasse dum || 12 ipse] esse CR

33 De ansere A De ansere oua aurea pariente C De ansere  
 que mittebat aurea oua L De ansere et de suo dno R || 1 Anser  
 erat] Ansera PV m. 1 | gemine P | feta GT foeta LVW (*sic fere*  
*et u. 10*) fera B || 2 Oua ut quae *scripsi*: Ouaque cum P Oua  
 que cumq. V Oua queq; B Ouaque quae ceteri | nidis *ex nitidis*,  
*ut uid.*, G uidis P | dabat G || 3-6 delet *Lachm.* || 3 fortasse  
 fixit at || 4 Me W || 5 spirans A | cupidus — auescere *Wop-*  
*kensis* || 6 Contulit W || 7 morte] mor P | referret A

Quae tam continuo munere diues erat.  
 Postquam nuda minax egit per uiscera ferrum  
 Et uacuum solitis fetibus esse uidet, 10  
 Ingemuit tantae deceptus crimine fraudis;  
 Nam poenam meritis rettulit inde suis.  
 Sic qui cuncta deos uno male tempore poscunt,  
 Iustius his etiam uota diurna negant.

34 Quisquis torpentem passus transisse iuuentam  
 Nec timuit uitae prouidus ante mala,  
 Confectus senio, postquam grauis adfuit aetas,  
 Heu frustra alterius saepe rogabit opem.  
 Solibus exceptos saeuis formica labores 5  
 Distulit et breuibus condidit ante cauis.  
 Verum ubi candentes suscepit terra pruinas  
 Aruaque sub rigido delituere gelu,  
 Pigranimis tanto non aequans corpore nimbos  
 In propriis laribus humida grana legit. 10  
 Decolor hanc precibus supplex alimenta rogabat,

8 diues P || 10 uidit PV m. 1 || 11 munere (suprascr. crimine) W || 12 rettulit codd. praeter A (pertulit B) | malim ipse || 13 qui cuncta] quicumque LPV quicquq; B || 14 is V | uita PV m. 1 (dona m. 2) | diuturna B || 13 et 14 delet Cannegieterus

34 De cycada et formica C De formica et cicada LR || 1 Quisquis torpente PV m. 1 | transire L || 2 uita P || 3 Confectus BG: Collectus ceteri | gratius V m. 1 | aff. codd. praeter PVW (affugit B primitus fuit P) || 4 Ceu W | saepe] se P | rogabit RT: rogauit ceteri | etas (suprascr. opes) B || 1-4 delet Cannegieterus || 5 exceptos scripsi: ereptos codd. obreptos uulgo obreptos Guictus obreptans Cannegiet. erepens Lachm. | saeuis scripsi: hiemi codd., nisi quod hieme P geme (hyemi m. 2) V hyemes W; sed nec solibus nudum stare potest et hiemis hinc melius abesse mentionem docent sqq. || 6 Sustulit g Detulit Lachm. | arte Froehnerus || 8 hic incipit K | diluere PK detulit aere W diligit uere V m. 1 || 9 Pigranimis (ex Pigren. corr. T) KTV: Pigra nimis ceteri | tanto (= tam paruo) codd.: tantos C corr. G | aequas C m. 1 PRV m. 1 | nimbus P rub; V m. 1 || 8 et 9 delet Lachm. || 10 laribus propriis Lachm. || 11 Discolor A m. 2 BC

Quae quondam querulo ruperat arua sono:  
 Se quoque, maturas cum tunderet area messes,  
 Cantibus aestiuos explicuisse dies.  
 15 Paruula tunc ridens sic est adfata cicadam:  
 'Nunc uitam pariter continuare ualent?  
 Mi quoniam summo substantia parta labore est,  
 Frigoribus mediis otia longa traho;  
 At tibi saltandi nunc ultima tempora restant,  
 20 Cantibus est quoniam uita peracta prior.'

Fama est quod geminum profundens simia partum 35  
 Diuidat in uarias pignora nata uices;  
 Namque unum caro genetrix educit amore,  
 Alterius odiis exsaturata tumet.  
 5 Coeperit ut fetam grauior terrere tumultus,  
 Dissimili natos condicione rapit:  
 Dilectum manibus uel pectore gestat amico,  
 Contemptum dorso suscipiente leuat.  
 Sed cum lassatis nequeat consistere plantis,  
 10 Oppositum fugiens sponte remittit onus.  
 Alter at hirsuto circumdans brachia collo

12 Qui PV m. 1 W | condam AP m. 1 || 13 Sequeq; B | naturas V m. 1 maturos C m. 1 KE m. 1 | tunderet A dū cderet G | area A m. 1 aurea PV m. 1 || 14 Cantibus W || 15 aff. codd. praeter VW || 16 Nunc (uel iam) scripsi: Nam codd. Num Lachm. | ualent scripsi: solent codd. pudet Lachm. dolet Froehnerus || 17 Mis G | labore] A est om. B || 19 saltanti BPV m. 2 (sic) || 20 om. P | Pastibus W

35 De simiae gemellis C Fabula de geminis foetibus symie L De simia et natis R || 3 genetrix codd. praeter PV | deducit GL educat KB ducit P || 4 Alteriusque g | exsaturata PV m. 1 exaturata CGT || 5 Coeperat (a ex corr. m. 2) V | foetam (fetam) plerique codd. | tumultis CE || 6 condicione BGTW || 7 gestif PV m. 1 || 8 Concoceptum P Contemptum (t ex corr. m. 2) V || 9 nequii] editor Batauius | plantis om. P || 10 Appositum Heinsius | figiens P | remisit C m. 1 KPTV | honus BG || 11 Alter om. A | at uulgo: ad P ab ceteri omnes | hirs. VW yrs. L irs. B | brachia P



Haeret et inuita cum genetrice fugit.  
 Mox quoque dilecti succedit in oscula fratris,  
 Seruatus uetulis unicus heres auis. 15  
 Sic multos neglecta iuuant, atque ordine uerso  
 Spes humiles rursus in meliora refert.

36 Pulcher et intacta uitulus ceruice resultans  
 Scindentem adsidue uiderat arua bouem.  
 'Non pudet heus' inquit 'longaueo uincula collo  
 Ferre nec expositis otia nosse iugis?  
 Cum mihi subiectas pateat decursus in herbas 5  
 Et nemorum liceat rursus opaca sequi.'  
 At senior, nullam uerbis compulsus in iram,  
 Verteabat solitam uomere fessus humum,  
 Donec deposito per prata liceret aratro  
 Molliter herboso procubuisse toro. 10  
 Mox uitulum sertis innexum respicit aris  
 Admotum cultro comminus ire popae.  
 'Hanc tibi tristis' ait 'dedit indulgentia mortem,  
 Expertem nostri quae facit esse iugi.

12 inuenta P inui=ta R | genetrice P genit. ceteri praeter  
 V || 13 succedit A | nati G || 14 Seruatis B m. 1 PV m. 1 Seruitus  
 A m. 1 | totiens ante uetulis addit G | heres (haeret W) codd.:  
 heris Heinsius; cf. L. Muellerus d. r. m. 342 || 15 neglecta  
 (-te P) PV: neglecta ceteri | ordi P || 16 refert] uocat G || 15 et  
 16 spurios habet Cannegieterus

36 De uitulo et boue (domato add. R) CB De uitulo re-  
 sultante L || 1 seruice V m. 1 | refulgens Lachm. || 2 assidue codd.  
 praeter K | arbu P || 3 piget Cannegieter. | inquit BP || 4 nec  
 om. P ne V m. 1 | inpositis Lachm., malim exutis || nosse] ferre  
 CR || 5 Cu P | pateant PV m. 1 W | discursus codd., corr. Lachm. ||  
 6 sursus G || 7 uerbis cu pulsus B cu uerbis pulsus B || 8 Certa-  
 bat W | solidam AT solida K, euanuit in C | rursus Lachm. ||  
 9 seposito idem | per p&rata V || 10 toro] t ex corr. m. 2 V  
 thoro BGLT || 11 sertis Cannegieterus: sacris codd. | innexu ex-  
 xus corr. V || 12 cultrum R cultris B | comm. i.] puto tradere  
 colla (admoto e. c. i. popam Heinsius) | popae GKLT: prope  
 ceteri || 13 testis GKR | agit V | dedit om. V (nunc m. 2 add.) ||  
 14 nostriq: V

15 Proderit ergo graues quamuis perferre labores,  
 Otia quam tenerum mox peritura pati.  
 Est hominum sors ista, magis felicibus ut mors  
 Sit cita, cum miseros uita diurna regat.

Pinguior exhausto canis occurrisse leoni 37  
 Fertur et insertis uerba dedisse iocis.  
 'Nonne uides duplici tendantur ut ilia tergo  
 Luxurietque toris nobile pectus?' ait.  
 5 'Proximus humanis ducor post ostia mensis,  
 6 Communem capiens largius ore cibum.  
 9 At tu magna diu moribundus lustra pererras,  
 10 Donec se siluis obuia praeda ferat.  
 11 Perge igitur nostris tua subdere colla catenis,  
 12 Dum liceat faciles promeruisse dapes.'  
 7 'Sed quo crassa malum circumdat guttura ferrum?'  
 8 'Ne custodita fas sit abire domo.'  
 13 Protinus ille grauem gemuit collectus in iram  
 Atque ferox animi nobile murmur agit.

15 et 16 delet Lachm. || 16 tenera (a ex corr.) B | ox P |  
 pati om. P t ex corr. V || 17 et 18 delet Cannegieterus || 17 ita  
 ABV m. 1 | felicis KR felicior\* T | morsi P || 18 Fit P et (F ex  
 corr. m. 2) V Sic L (ut sit Mors cita G) | cum] quam GL | cu  
 ante uita V m. 1 iterauit || 18 pati ante regat erasum in R

37 De cane et leone ALR De leone et cane C || 1 et hausto  
 cani V m. 1 exausto K m. 1 || 2 insertus A m. 1 PV m. 1 | locis  
 VW iouis P || 3 tendatur L tenduntur CR | ut ex corr. V | dorso  
 L || 4 Luxor. AP || 5 ducor post otia (atia W) codd., corr. Wopken-  
 sius (duco piger o. Cannegieter. duco pasta o. Lachm.) || 6 Cumm-  
 nem A || sequentes in codd. uersus 7 et 8 post 10 Cannegieterus,  
 post 14 Barthius ponebant, ego post 12 traieci || 9-14 delet  
 Lachm. || 9 Sed tu B A te PV m. 1 | pererres PV || 10 se om.  
 in ras. B | fuit CKB || 11 Perget gitur P | nostris om. A | colla  
 tenis P || 12 promeruisse om. P || 7 quo (uel quid) Cannegieterus:  
 quod codd. | rasa Lachm. | circumdant G circūdans B | gutture  
 PV m. 1 || 8 Nec CKB Te quid custodia W | domo ex domus  
 V || 13 gemuit scripsi: gemitu codd. (-tū V m. 1) | collectus  
 codd. praeter P || 14 Pectoris immensi G | mobile V m. 1 | mur-  
 mor P -mor= (erasa a) V | ait R agens B



- 'Vade' ait 'et meritis nodum ceruicibus hic fer, 15  
 Compensentque actam uincula dura famem;  
 At mea non uacuis libertas uenditur antris:  
 Quamuis ieiunus quae libet arua peto.  
 Has illis epulas potius laudare memento,  
 Qui libertatem postposuere gulae.' 20
- 38 Dulcibus e stagnis fluuio torrente coactus  
 Aequoreas praiceps piscis obibat aquas.  
 Illie squamigerum despectans improbus agmen  
 Eximium sese nobilitate refert.  
 Non tulit expulsum patrio sub gurgite phycis 5  
 Verbaque cum salibus asperiora dedit:  
 'Vana laboratis aufer mendacia dictis,  
 Quaeque refutari te quoque teste queant.  
 Nam quis eat potior, populo spectante probabo,  
 Si pariter captos humida lina trahant. 10  
 Tunc me nobilior magno mercabitur emptor,  
 Te simul aere breui debile uulguis emet.'

15 meritis] t. ex corr. m. 2 V | modum V m. 1 | hic fer scripsi: infer codd. || 16 actam scripsi: tuam codd. (om. B meam L) | dira AC, et (v supra i) W | famem A || 17 et 18 delet Lachm. || 17 mihi G | non scripsi: cum codd. | uenditur scripsi: redditur codd. (reditur P retditur R) || 19 illas PV m. 1 | potius om. V, unde m. 2 post memento addit frequenter || 20 praeposuerunt GKR || in u. 20 desinit B (fab. 38 addidit m. rec.)

38 De pisce et phoca (focis C) AC De flumine et pisce R De pisce fume in mare L || 1 e om. P in V e st supra lin. W est agnis K | coactis CKR || 2 Praecepta aequoreas G Aequoreas V m. 1 | abibat P abit V (adibat m. 2) | aquis PV m. 1 || 3 disp. P despectus CKR | inpr.] fluminis G || 4 refer V m. 1 || 5 expulsum] malim exultans (explosam p. se Lachm.) | sub gite K | phycis Cannegieterus: phocis CK phoetis PW f&is V m. 1 (picis et focas m. 2) phocis AR phocas GLT || 6 Verba quae V Terque W | com A | sociis G; probris Withofus salsis Lachm. || 7 Una P | aufert W | mendacia PT | dicis V m. 1 || 8 refutari tu A || 9 eat scripsi: erit codd. sit Lachm. | populo potior L || 11 magna V m. 1 W || 12 Me W | mul V m. 1 | erae V here G emit APTV m. 1 W

- Venerat adtritibus quondam per proelia miles 39  
 Omnia subpositis ignibus arma dare,  
 Vel quae uictori moriens sibi turba dedisset  
 Vel quicquid profugo posset ab hoste rapi.  
 Interea uotis fors adfuit, et memor arma  
 Coeperat accenso singula ferre rogo.  
 Tunc lituus rauco deflectens murmure culpam  
 Inmeritum flammis se pretium esse docet.  
 'Nulla tuos' inquit 'petierunt tela lacertos,  
 10 Viribus adfirmes quae tamen acta meis;  
 Sed tantum suetis ex cantibus arma coegi,  
 Hoc quoque submisso (testor ut astra) sono.'  
 Ille reluctantem flammis crepitantibus addens  
 'Hoc te maior' ait 'poena dolorque rapit;  
 15 Nam licet ipse nihil possis temptare nec ausis,  
 Saenior hoc, alios quod facis esse malos.'

Distinctus maculis et pulchro corpore pardus 40  
 Inter consimiles ibat in arua feras,

39 De milite arma cremante A De milite ueterano C De milite et lituo (arma) LR || 1 Nouerat W | attr. codd. praeter PVW | praelia A || 2 supp. codd. praeter PV || 3 turba A || 4 oste P | rapi Cannegieterus: capi codd. || 5 fors Wopkensius: sors codd. | aff. codd. praeter PVW || 6 accenso codd. praeter PV | iugo CK rogo supra ras. m. rec. R || 8 se docet esse prius codd., correxi (Indignum f. s. d. e. piis Canneg. s. d. ipse peti Lachm.) || 9 Nulla inquit tuos K || 10 adfirmoes A affirmans (e supra an L) GL | mens P || 11 suetis ex scripsi: uentis et codd. (tant... entis et K) uanis ego Lachm. || 12 summisso GTW | ut ego: et codd. at Lachm. | arma CR || 13 reluctantem editio uetus: resultantem codd. | addens K || 14 Hoc Lachm.: Nunc codd. | tu V m. 1 | Nunc ait o maior G | manet Lachm. || 15 posse PV m. 1 om. W | ausis Wopkensius: ausus codd. (ausas, ut uid., W) || 16 facit C | malum PV m. 1

40 De pardo et uulpe (leone R) ALR || 1 corpore om. V (unde m. 2 post pardus addit amictu) pectore GRTW || 2 in arua A corr. V m. 2: in ara V m. 1 in ira A m. 1 CKW mira P inire GLRT abnuuit ire Lachm.

Sed quia nulla graues uariarent terga leones,  
 Protinus his miserum credidit esse genus.  
 Cetera sordenti damnans animalia uultu 5  
 Solus in exemplum nobilitatis erat.  
 Hunc arguta suo gaudentem uulpis amictu  
 Corripit et uanas adprobat esse notas:  
 'Vade' ait 'et pictae nimium confide figurae,  
 Dum mihi consilium pulchrius esse cluat, 10  
 Mirenturque magis quos munera mentis adornant,  
 Quam qui corporeis enituere bonis.'

41 Impulsus uentis et pressa nube coactus  
 Ruperat hibernis se grauis imber aquis;  
 Cumque in perfusas manaret turbine terras,  
 Expositum campis fictile pressit opus  
 (Mobile namque lutum tepidus prius instruit aer, 5  
 Discat ut admoto rectius igne coqui).  
 Tunc nimbus fragilis perquirat nomina testae.  
 Inmemor illa sui 'amphora dicor' ait;  
 'Nam me docta manus rapiente uolumina gyro  
 Molliter obliquum iussit habere latus.' 10

3 Et quia *uulgo* | leonis P || 4 is W | reddidit PV m. 1 |  
 in u. 4 *desinit* R || 5-12 om. P || 5 clamans A dampnans V;  
 temens — cultu *Lachm.* (uultus W) || 7 suo *Hauptius*: nouo  
*codd.* | uulpes GTV m. 2 || 9 appr. *codd.* praeter VW || 9 Unde  
 W | figurae *Cannegeterus*: inuentae *codd.* || 10 cluat *scripsi*:  
 queat (quaeat V) *codd.* || 11 Mirenturque *codd.*, *correxi* | mentis]  
 nostros G || 11 et 12 *delet Canneget.*

41 De imbrae et fictilibus uasis A De olla cruda a fluuio  
 rapta C De amfora L || 1-14 om. P || 1 Imp. GLW || 2 hibernis  
 — humber W || 3 Quoque A (*unde* Quomque *Froehmerus*) | in  
 perfusas *scripsi*: per effusas *codd.* (fussas A effusos V m. 1) per  
 offusas *Canneget.* per effossas *Lachm.* | manaret *scripsi*: stagna-  
 ret *codd.* regnaret *Canneget.* || 4 Positum A | puto prendit || 5  
 luctum V || 6 amoto G m. 1 | igni quoque L || 7 perquirens G  
 perquirat T | nomine V m. 1 || 8 sua V m. 1 || 9 Nam *edd.*: Nunc  
*codd.* | giro *ferre codd.* (coctū W)

'Haecenus hac' inquit 'liceat constare figura:  
 Nam te subiectam diluet imber aquis.  
 Et simul accepto violentius amne fatiscens  
 Pronior in tenues uicta cucurrit aquas  
 15 Infelix, quae magna sibi cognomina sumens  
 Ausa foret tantis nubibus ista loqui.  
 Haec poterunt miseros post haec exempla monere,  
 Subdita nobilibus ut sua fata gemant.

Forte lupum melior cursu deluserat aedus, 42  
 Proxima uicinis dum petit arua casis;  
 Inde fugam recto tendens in moenia cursu  
 Inter laurigeros adstitit ille greges.  
 5 Impiger hunc raptor medianque secutus in urbem  
 Temptat compositis sollicitare dolis:  
 'Nonne uides' inquit, 'comptis ut uictima templis  
 Immiti armentum morte cruentet humum?'

11 inquit ceat contare V m. 1 | hanc — figuram G || 12 lam  
 W | diluat V m. 1 deluet (i supra pr. e) C | imber A humber W |  
 aquis V: ait *ceteri* (agens G) || 13 fatiscens] i *ex corr.* V  
 14 teneras C niueas L | uita V uecta L | cucurrit A || 15 et 16  
*delet Lachm.* || 15 Infelixq: magno sibi (o s *ex corr.* m. 2) V ||  
 16 foret tantis g: pharetratis CGP faretratis *ceteri* foret atris  
*Wopkensis* || 17 posthac CGTW | manere V m. 2 || 18 nobilius  
 C | facta PVW

42 De lupo et hedo AL || 1 deluderat W | h(a)edus *codd.*  
*praeter PV* || 2 terit *Canneget.* | cauis C cassus V m. 1 || 3 ten-  
 dens] d supra lin. T || 4 lter P | laurigeros PV m. 1 W: lanige-  
 ros *ceteri cum V m. 2* | asst. T ast. ACL const. G | reges W ||  
 5 Impiger A | metamq: secutis V m. 1; median sectatus  
*Guictus* median usque *Froehmerus* || 6 Temptato compositos V  
 m. 1 compositas P | dolis] do m. 2 supra lin. V || 7 inquit P |  
 comptis *scripsi*: eunctis *codd.* sanctis *Canneget.* | ut om. P ||  
 8 Immiti G: Immitē (Imm.) *ceteri codd.* (-ttēre A) | armentum  
 (uel hoc genus) *scripsi*: regimen P et (s *erasa*) V regemens T  
 iregemens W redimens CL reuomat A tristis G pecus hoc  
*Canneget.* (interiens *Lachm.* aere ruens *Froehmerus*): non placet  
 aere gemens | cruentat PV cruenta W cruenta AC | thimum A  
 thimum W dumum C hymum P mum V m. 1

Quod nisi securo celeras te reddere campo,  
 Ei mihi, uittata tu quoque fronte cadis. 10  
 Ille refert: 'mihi qua metuis, precor, exue curam  
 Et tecum uiles, inprobe, tolle minas;  
 Nam satius, sacrum diuis fudisse cruorem  
 Quam rabido fauces exsaturare lupo.<sup>2</sup>  
 Sic quotiens duplici subeuntur tristia casu, 15  
 Expedit insignem promeruisse necem.

9 Quo G | celeras scripsi: ualeas *codd.* properes *Cammeget.* ||  
 10 Ei G: Hei *ceteri* (Heu GLT) | tibi G | uittata PV | cades AGV  
 m. 2 || 11 refer V m. 1 | mihi qua (*uel* qua mi) *scripsi*: modo  
 quam (qui W) *codd.* mihi quod *Lachm.* | metis PV m. 1 | exue G:  
 exime *codd.* | urā A || 12 impr. *codd.* praeter PV || 13 satius  
*Batauis*: sat erit *codd.* (poteris PV, unde potius *conicias glos-*  
*sam fuisse*) || 14 fauces rabido L | rapido PV | exsaciare P exa-  
 turare GGV || 15 subtrahitur (-hit V) tristitia (ci *del.* V m. 2) |  
 casu PV (V m. 2 *quid uoluerit non claret*) || Explicit liber Auiani  
 poetae G Explicit liber Auiani tractatu fabularum L Finit liber  
 Auiani G

## XLVI.

INCERTI CARMEN DE PONDERIBVS ET  
MENSVRIS.

Pondera Paeoniis ueterum memorata libellis  
 Nosse iuuat: pondus rebus natura locauit

XLVI *extat in duabus codicum familiis, quarum unam longe meliorem A conformat Vindobonensis 16 (olim Bobiensis) saec. VIII (fol. 48 et 49 uu. 1—155, fol. 70 a m. 3 uu. 156—208) cum titulo De ponderib; (post Endlicherum iterum mihi contulit I. Huemerus); alteram familiam peiorem usque ad u. 163 aquis pertinentem, quam B significauit, continent libri hae: Parisinus 7498 saec. IX fol. 109 a me conlatus cum titulo Remi Fauini epla de ponderibus ex sensu eiusdem clari oratoris [scil. praecedit Rufinus] ad symmachum metrico iure missa incipit (significauit m); porro Parisinus 7496 saec. IX fol. 246 et 249 sine titulo a Riesio conlatus (= p); tum Guelferbytanus Gud. 132 saec. X a me conlatus sine inscriptione (= b); deinde Guelferbytanus Gud. 64 saec. X a Hultschio conlatus cum titulo Remi fauini de ponderibus et mensuris (= c); denique Vossianus l. g. 33 saec. X fol. 115 a me conlatus cum titulo Itē prisciani lib de ponderibus et mensuris ex opere rufinī ut fauiani: I. de ponderibus et mensuris, quo in libro manus 2 cum A conspiciens summi est momenti (= u); praeterea ad hanc familiam plurimi alii libri redeunt supradictis simillimi et ex parte Prisciano carmen attribuentes; cf. Guil. Christius *mus. Rhén. XX p. 64 sqq.*, Frid. Hultschius, *metrol. script. rell. II p. IX et 26, L. Muellerus Fieckeis. ann. a. 1866 p. 563.**

1 peonis A (*sed corr. m. 2*), u (poeniis c poeniis c m. 2) ||  
 2 rerum (b: *suprascr. m. 2*) A rerum c | locabit A m. 1

Corporeis, elementa suum regit omnia pondus:  
 Pondere terra manet, uacuis quoque ponderis aether  
 Indefessa rapit uoluentis sidera mundi. 5  
 Ordinar a minimis, post haec maiora sequentur.  
 Nam maius nihil est aliud quam multa minora.  
 Semioboli duplum est obolus, quem pondere duplo  
 Gramma uocant, scriplum nostri dixere priores.  
 Semina sex alii siliquis latitantia curuis 10  
 Attribuunt scriplo, lentis uel grana bis octo,  
 Aut totidem speltas numerant tristesue lupinos  
 Bis duo; sed si par generatim his pondus inesset,  
 Seruarent eadem diuersae pondera gentes.  
 Nunc uariant; etenim cuncta haec non foedere certo 15  
 Naturae, sed lege ualent hominumque repertis.  
 Scripla tria dragmam uocitant, quo pondere doctis  
 Argenti facilis signatur nummus Athenis;  
 Olceque ab dragma non re sed nomine differt.  
 Dragmam si gemines, erit is quem dicier audis 20  
 Sicilicum: dragmae scriplum si adiecero, fiet  
 Sextula quae fertur; nam sex his uncia constat.  
 Sextula cum dupla est, ueteres dixere duellam.

3 Corporeis u || 4 uacuis A m. 1 || 7 nihil] hi supra lin. A  
 (sic) || minora A m. 1 (at minora u m. 2): minuta A m. 2 B ||  
 8 Semioboli (u supra lin.) u || 9 Gramma m. 3 ex dragma corr.  
 A | scriplum A m. 1: scriplum A m. 2 B (nisi quod pauci B  
 scrupulum) || 11 attribuunt ex attribuo corr. m. 2 A | scriplo A:  
 scripulo (scrup.) B | uel grana bis A: uergantur in B (in om. p  
 ueraciter u) || 13 Biduo bcp (corr. in b m. rec.) || 14 diuersa p ||  
 15 etenim B: et cum (n. = enim m. 2 supraser.) A | haec A  
 (h u supra lin.): om. B | non A n u: nunc B | cepto (r supra p)  
 u || 16 reptis u || 17 in ras. m. 2 u | Scripla Au: Scripula B  
 (In scripulis trinis m) | namque add. p | tria ex ria m. 3 corr.  
 A | uocitant A: om. B faciunt u m. 2 | quo A: quam B qua u  
 m. 2 || 18 facile A | ethaenis p || aenis (ae ex corr.) u aenis  
 bm | Olce quae A c Oleaequae bm | a (b erasa) A: a B (om. b  
 ad c) || 20 aderit bm | is A, u m. 2: om. B || 21 Sicilicum A Si-  
 cilicus (-lius u) B | scriplum A m. 2 B (scrup. b) | adiecero]  
 e prior supra lin. A || 22 constat p

Vncia fit dragmis bis quattuor; unde putandum  
 25 Grammata dicta, quod haec uiginti et quattuor in se  
 Vncia habet; tot enim formis nox nostra notatur,  
 Horis quot mundus peragit noctemque diemque;  
 Vnciaque in libra pars est quae mensis in anno.  
 Haec magno Latio libra est gentique togatae;  
 30 Attica nam minor est; ter quinque ec denique dragmis  
 Et ter uicenis tradunt explerier unam.  
 Accipe praeterea, priuo quam nomine Grai  
 Mnam uocitant nostrique minam dixere priores.  
 Centum hae sunt dragmae; quod si decerpseris illis  
 35 Quattuor, efficies hanc nostram denique libram;  
 Cecropium superest post haec uocitare talentum  
 Sexaginta minas, seu uis, sex milia dragmas,

24 III A quattuor u (semper) || 25 Grammata ex Dragmata  
 corr. A Gramma bc | et A (u m. 2): om. B | quattuor u (non A)  
 || 27, 26 ponit A, sed litteris b a appositis corr. || 26 tot enim  
 — 27 diemque m. 2 add. u | totidem f. c | nostra] una p naq:  
 m (greca A mg. m. 3) || 27 in se ante horis A, deleuit m. 2 |  
 quod A m. 1 c || peraget A m. 1 || 28 Uncia quae b om | e supra  
 lin. A est — anno a m. 2 add. u | anno A, u m. 2: annum B ||  
 29 magna m || 30 nam — dragmis a m. 2 u | quinque ec scripsi:  
 quinque haec (an m hanc b) B quinque ec quinque ad (t supra  
 d) corr. A, cuius mgo m. 3 quinque hae, quinque (om. haec) u  
 m. 2 || 31 uigenis mb | unum b || 32 priuo scripsi: paruo AB  
 patrio Vinetus || quam nom.] cognom. e | grai Abu: gradi mp  
 grandi c || 33 Mnam A m. 2 corr., bm: Nam A m. 1 cum cpu |  
 nostriq; minā d. priores A m. 2 supraser.: quā d. duellā A  
 nostri quam (om. b, erasit u) minam (mnam bc) d. priores B ||  
 34 haec c om. u | erunt cpu | quae si decerpseris (mgo m. 3  
 detraxeris) A | decerpseris c || 36 quae m. 2 u | unam Vinetus:  
 enam u in ras. m. 2 emnam AB ei mnam Schenkelius || 37 bis  
 a m. 2 et in textu et in marg. inferiore habet u (in textu sic:  
 Nam superē magnum p. h. doc. t.) | Cecropum (sic) b Cecropeū  
 p Cieropeū m | superē A | uocitare u mg. m. 2: uocare A (mgo  
 m. 3 dixisse) docuisse B || 38 Sexaginta A (u m. 2): Sex B |  
 mina (s supra ras.) u minis A m. 1 mnas Vinetus | nis m:  
 bis AB (se ubis u) | milia (sic) dragmis (a supra i) A



Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis;  
 Nam nihil his oboloue minus maiusue talento. 40  
 Nunc dicam, solidae quae sit diuisio librae  
 Siue assis (nam sic legum dixere periti),  
 Ex quo quod soli capimus perhibemur habere,  
 Dicimur aut partis domini pro partibus huius.  
 Vncia si librae desit, dixere deuncem; 45  
 Ac si sextantem retrahas, erit ille decuncis.  
 Sed nullum reliquo nomen semuncia certum  
 Dempsta dabit, nec quae est huius sescuncia triplex.  
 Dodrantem reliquum uocitant quadrante retracto;  
 Cumque triens desit, bessem dixere priores. 50  
 Idem septuncem dempto quineunce uocarunt.  
 Post haec semissis solidi pars maxima fertur;  
 Nam quae dimidium superat, pars esse negatur,  
 Vt docuit tenui scribens in puluere Musa.  
 Cetera dicta prius, quibus est semuncia maior. 55

39 summus *cmp*, in -mū *corr.* u | ethaenis p aeneis *bm*  
 ≡ aenis (a ex *corr.*) u || 40 oboloue *A*: obolone *B* (ne *om.* u  
 minus est in *ras. exhibens*) | talento *A*: talentum *B* || 42 Siue  
*uulgo*: Seu *AB* || 43 soli] *signo* / *supra* o *posito* *respondet* in  
*mg. m. 3* di *A* | cepimus *A m. 1* coepimus u | peribemur *A m. 1*  
 || 44 Dicimur *A m. 1* u: Dicimus *A m. 2* *B* | domini — huius  
*m. 2* u | usus *pro* huius *c* || 45 nam librae si m | desit *A*: deest  
*B* | deuncem (te *supraser.*) *A* || 46 Ac si (Assis *c*) *B*: Acxi (*ngo*  
*m. 3* at si) *A* | extantem *c* | retrahas *A m. 2*, *bm*: detrahas *A*  
*m. 1*, *epu* | deuncis *A m. 1* || 47 reliquo — nomen *m. 2* u |  
 relinquo *A* || 48 Dempsto *b* | nec quae est *Wernsdorffius*: neq. ē  
 (*mg. m. 3* nūq. ē) *Ap* neque enim est *cm* neque inest *b* nāq; ē  
 — triplex in *ras. m. 2* u quaeque est *Gronouius* | huius *B*:  
*om. A*, unde conicio neque semuncis sescuncia, ut uocis semun-  
 cis solitum compendium *pro* ē acceptum sit | sexuncia (sc *supra*  
*x*) *A*: sexcuncia (-ctia *b*) *B* || 50 desit *p* | bessem *c*: besen *ex*  
*uesen corr.* *A* besen *bp* besen *m* bissē u || 51 septunciem *A*:  
 septunce (-cem *c*) est *B*; est in u *erasum* | q̄cm̄q. (incunce *su-*  
*praser. m. 2*) *A*: cincūq; (quicūq; *m*) *B* | uocarint u, *corr. m. 2*  
 || 53 que dimedium *A m. 1* | q̄ *m. 2* *ex q;* *corr. u* || 54 tenuis  
*A m. 1* || 55 eşset̄ uncia (t *ex corr.*, *supraser. ē* sem) *A*

Haec de ponderibus; superest pars altera nobis  
 Vmida metiri, seu frugum semina malis.  
 Cuius principio nobis pandetur origo.  
 Pes longum in spatium latoque altoque notetur,  
 60 Angulus ut par sit quem claudit linea triplex,  
 Quattuor et medium quadris cingatur inane:  
 Amphora fit cybus hic, quam ne uiolare liceret,  
 Sacrauere Ioui Tarpeio in monte Quirites.  
 Huius dimidium fert urna, etiam ipsa medimni  
 65 Amphora, terque capit modium; sextarius istum  
 Sedecies haurit, quot soluitur in digitos pes.  
 At cotylas, quas si placeat dixisse licebit  
 Eminas, recipit geminas sextarius unus,  
 Quis quater adsumptis fit Graio nomine choenix.  
 70 Adde duos, chus fit, uulgo qui est congius idem,  
 E quo sextari nomen fecisse priores  
 Crediderim, quod eos recipit sex congius unus.  
 At cotyle cyathos bis ternos una receptat.

57 Vmida *Apu*: Humida *ceteri* | malis *A*: mauiis *B* || 58 pan-  
 datur u *m. 2* || 59 longū in spatiū *scripsi*: longo (o *ex corr.*)  
 in spatiū ≡ *A* longo spatio *B* (*habetne c* in ?) | altoque *A*: *om. B*  
 (*p* *ngo*) | notatur *A m. 2* | latoq; notetur in (*supra lin. m. 2*)  
 anglo (lo *ex corr.*) u || 60 Angulus *om.* u Angelus *A m. 1* | ut *A*  
 (u *m. 2*): et *B* | par ≡ u pars *bm* | linia *m* || 61 quadris medium  
*bm* || 62 Amphora *A* Anfora u, qui fit *m. 1 om.* | cybus *A*: cuius  
*B* (cibus, b *ex corr.*, u) cubus *uulgo* | hic *om. m* || 63 arpeio u ||  
 64 dimedium *Am* | fert urna etiam *scripsi*: fertur nam in fert  
 urna ut *m. 2 corr.* *A* fertur nam ut *B* (uelut *pro* nam ut *m*)  
 fert urna ut et *uulgo* | ipsā edemni (*m supra ed m. 2*) *A* || 65  
 modius *m* | sestarius u || 66 aurit *A m. 1*, u | quot *A m. 2*, *m*:  
 quod *A m. 1* *B* | indirit oopes *A*, *corr. m. 2* || 67 Ad *A* | cotilas  
*B*, et sic *m. 2* *ex* collitas *corr.* *A* | quasi *c* || 68 Emina *A m. 1* ||  
 69 Quis *Endlicherus*: Qui *AB* | adsumptis (u *supra i m. 2*) *A*:  
 assumptus *B* | graia — cenis (*x supra s*) *A* || 70 chus *ex* huius  
*m. 2* *A* chyus *b* (*sic*) || 71 Aequo (*A suppuncta*) *A* ≡ quo u |  
 sextarii *Acpu* || 72 recipit *A*: capiat (-ptet *p* -pit et *c*) *B* | unas  
*p* || 73 cotilein *A* cotila (-las *m*) *B* | cyatos (*h supra cy*) *A* cia-  
 tos *bm* (*supraser. p*) batos *cp* | uix *A*, *corr. m. 2*



Sed cyatho nobis pondus quoque saepe notatur.  
 Bis quinae hunc faciunt dragmae, si adpendere malis: 75  
 Oxybaphon fiet, si quinque addantur ad istas.  
 At mystrum cyathi quarta est; sed tertia mystri  
 Quam uocitant chemen, capit haec coelearia bina.  
 Quod si mensurae pondus componere fas est,  
 Sextari cyathus pars est quanta uncia librae; 80  
 Nec non oxybaphi similis sescuncia fiet,  
 Sicilicumque tibi mystro simulare licebit.  
 Coelear extremum est scripulique imitabitur instar.  
 Attica praeterea discenda est amphora nobis  
 Seu cadus: hanc facies, nostrae si adieceris urnam. 85  
 Est et bis decies quem conficit amphora nostra  
 Culleus: hac maior nulla est mensura liquoris.  
 Est etiam terris quas aduena Nilus inundat  
 Artaba, cui superest modii pars tertia post tres,

74 chyato A: deciato bm de bato epu (*hic mgo m. 2* ciato, *ut et p suprascr.*) | quoque A (u m. 2): om. B || 75 Bis in Vix m. 2 corr. A | nunc ep, om. m et, in ras., u | dracme c | appendere B | malis A: uelis (uelles m) B || 76 Oxybafon ex hoebafon corr. A Oxibafū m et (i ex corr.) u: Oxabafum bep | fiet A (u ex corr.): fient B (facient b) | si in ras. u, om. p, post quinque c || 77 om. A, add. mgo m. 3 | Ad bc | mistrum u | cyati mp: ciati Abcu | sed A: at mp ad eu a b | mustri c mistri u (*semper*) || 78 chemen (ch in ras.) A: cyamen bmp ciamen c gam u | coelearia A || 79 pondus A: om. B | comp. A: comp. uel cōp. B || 80 Sextari *Hultschius*: Sextario B, et sic ex si sextarios m. 2 corr. A | chyatus A ciatus uel cyatus B | quanta scripsi: quae AB quā *Parisinus* 12117 saec. XI quae est in ras. m. 2 u || 81 oxybaphi ex hoesebaphi corr. A oxibafi bm exobafi pu exobafit c | uncia in sexuncia (s supra x) corr. A sexuncia m sexuncitia b sexuncia ep exuncia (c prior m. 2 supra lin.) u || 82 Sicilicumque cm Sici=culūq; b | mistro A m. 1 | simulare b et (i alt. ex corr.) u || 83 cloelearē A | quae bep; scriplique uulgo || 84 Attico c | discenda] s a m. rec. punctata A | amphora A || 85 hunc u | facies in ras. m. 2 A | urnā in ras. u urnā est b una ep || 86 Est m. 2 add. u, om. b | quae confit c || 87 Culleu= p | hac A m. 2, b, u m. 2: hanc A ac B | maioris A, corr. m. 2 nulla est maior bm || 89 Artaba A, corr. m. 2 | superest A m. 1: superat A m. 2 B

90 Namque decem modiis explebitur artaba triplex.  
 Illud praeterea ueteres perhibere memento,  
 Finitum pondus uarios seruare liquores.  
 Nam librae, ut memorant, bessem sextarius addit,  
 Seu puros pendas latices seu dona Lyaei.  
 95 Addunt semissem librae labentis oliuae  
 Selibramque ferunt mellis superesse bilibri.  
 Haec tamen adsensu facili sunt credita nobis:  
 Namque nec errantes undis labentibus amnes  
 Nec mersi puteis latices aut fonte perenni  
 100 Manantes par pondus habent, non denique uina,  
 Quae campi et colles nuperue aut ante tulere.  
 Quod tibi mechanica promptum est deprendere Musa.  
 Ducitur argento tenuiue ex aere cylindrus,  
 Quantum inter nodos fragilis producit harundo,  
 105 Cui cono interius modico pars ima grauatur,  
 Ne totus sedeat totusue supernatet undis.  
 Lineaque a summo tenuis descendit ad imam  
 Ducta superficiem, totidemque in frusta secatur,

90 modios in ras. m. 2 A modii c | explebit A, corr. m. 2 | triplex ante ras. m. 2 u || 91 ante Illud ras. in u | ueteres mg. m. 2 u: ueteris A om. B | perhibere A (per ex corr. u): cohibere B (coniuere b) || 92 serua p || 93 bessem A bisse u || 94 plendas A p=endas u | liei (lyei) B || 95 semisse Tibrae p | oliuae A: oliui A m. 2 cum B (aliui p aliui= u) || 96 Selibr. Ab (u ex corr.): Sedlibr. cm Seulibr. p | melli p | libri bc (*hic ante superesse*) bibri u || 97 assensu B (asensu bm) | facilis (om. sunt) cmp, u m. 1 || 98 errantis A m. 1 || 99 putei B | forte A m. 1 | perhenni u || 100 Manentes A m. 1, c || 101 a m. 2 in mg. repetit u | et colles A (*sic*), u m. 2 mg.: aut colles B | nuper dant tanta u in textu | aut tante c || 102 mecanica A m. 1 | promptum u | deprehendere ep || 103 Ducitur A m. 2, bm: Dici- tur A m. 1 cum ceteris B | tenuesue A m. 1 tenue p tenuiu u m. 1 | ex atre p | cilindrus A semper || 104 arundo bpu || 105 cano p | s ima m. 2 in ras. u || 106 Ne bm, u ex corr.: Nec A Nec op | totusue= u | supernatet ep (-tēt u ex corr.) || 107 Li- nia p | quae mpu | descendit ep: descendat A (u m. 2) descend & (a supra &) b descend u m. 1 | imam A: ima B || 108 Ducta in b Dicta u m. 1 | superficie (facie u) B | tot idēq; (idē q; in

Quot scriplis grauis est argenti aerisue cylindrus.  
 Hoc cuiusque potes pondus spectare liquoris. 110  
 Nam si tenuis erit, maior pars mergitur unda;  
 Sin grauior, plures modulos superesse notabis.  
 Quod si tantundem laticis sumatur utrimque,  
 Pondere praestabit grauior; si pondera secum  
 Conuenient, tum maior erit quae tenuior unda est; 115  
 Ac si ter septem numeros texisse cylindri  
 Hos uideas latices, illos cepisse ter octo,  
 His dragma grauius fatearis pondus inesse.  
 Sed refert aequi tantum conferre liquoris,  
 Vt grauior superet dragma, quantum expulit undae 120  
 Illius aut huius teretis pars mersa cylindri.  
 Haec de mensuris. quarum si signa requires,  
 Ex ipsis ueterum poteris cognoscere chartis.  
 Nunc aliud partum ingenio trademus eodem.  
 Argentum fuluo si quis permisceat auro, 125  
 Quantum id sit quouae hoc possis deprendere pacto,  
 Prima Syracusi mens prodidit alta magistri.

ras., *suprascr. m. 2* q: aequa) A: totq; qua p totq; quã (~ m. 2)  
 u tot quaequa m totq; que b tot quo quum c tot quae aequa  
*Hultschius insuauissima synaloepe* | frustra emu | secetur b  
 sectatur u || 109 Quod A m. 1, p | scripulis B || 110 potes Ab:  
 potest B || 111 si om. A m. 1 | maiori p | pars A: om. B | per-  
 gitur A m. 1 immerg. m submerg. b || 112 Si grauior — modu-  
 latus suo peresse A, corr. m. 2 || 113 Quod A (u m. 2): Ac B |  
 tantundem A cum B *plerisque* | sumatur mp | utrūq; (iq; *suprascr.*)  
 p || 114 si ex s corr. p | pondera A (u m. 2): pondere B (*etiam* b)  
 115 Conueniunt tunc B || 116 Ac (t m. 2 *supra* c) si A (u m. 2):  
 Quod si B | ter septies A, corr. m. 2; septē r ter m | humeros  
 B (b *ante* septem) || 117 illas p | coepisse *uel* caepisse B || post  
 118 *Christius ponit* 113—115 || 120 grauior superet dragma B:  
 dragma superet sua (grauior *suprascr. m. 2*) A | undas A m. 2 ||  
 121 mersa A, u *ex corr.*: mensa B (c ?) || 122 Hae p | mensuris |  
 a *supra* is m. 2 A | si *supra lin.* u tu c | requiris bp, *et sic ex*  
*corr.* u || 123 cartis bm || 126 hic u | possis A (u *ex corr.*):  
 possit B | deprendere (*ex repr. corr.*) A, bm: deprehendere epu |  
 pacto *ex capto* m || 127 syracusi A m. 1, b: syracusii A m. 2 u  
 syracusii B *ceteri* | alta *ante* prodidit A | prodit mp prodit c

Regem namque ferunt Siculum quam uouerat olim  
 Caelicolum regi ex auro statuuisse coronam,  
 130 Conpertoque dehinc furto — nam parte retenta  
 Iam tantundem argenti opifex immiscuit auro —  
 Orasse ingenium ciuis, qui mente sagaci,  
 Quis modus argenti fuluo latitaret in auro,  
 Repperit inlaeso quod dis erat ante dicatum.  
 135 Quod te, quale siet, paucis (aduerte) docebo.  
 Lancibus aequatis quibus haec perpendere mos est  
 Argenti atque auri quod edax purgauerit ignis  
 Impones libras, neutra ut praeponderet, hasque  
 Summittes in aquam: quas pura ut ceperit unda,  
 140 Protinus inclinat pars haec, quae sustinet aurum;  
 Densius hoc namque est, simul aere crassior unda.  
 At tu siste iugum mediique a cardine centri  
 Interualla nota, quantum discesserit illine  
 Quotque notis distet suspenso pondere filum.  
 145 Fac dragmis distare tribus. cognoscimus ergo  
 Argenti atque auri discrimina; denique libram  
 Libra tribus dragmis superat, cum mergitur unda.  
 Sume dehinc aurum cui pars argentea mixtast

128 Rege c | siculo B *praeter* b (*corr. u m. 2*) | mouerat  
 (-rit u) B *praeter* b || 130 Conpertoq; (q; om. bcp) B | furto A  
 furti p, u m. 1 | retenta A recenti m recepta c (t *prior in u ex*  
*c corr.*) || 131 Iam *addidi*: om. AB (Argenti tantundem *uulgo*) |  
 imm. c (*non* A) || 133 minor (modus *suprascr. m. 2*) A || 134 Re-  
 perit inlaesco (*co in ras.*) A | diis B | dicato epu || 135 siet pe  
 fiet mu || 136 haec] et A m. 1, u m. 2 || 137 quod] que u | pur-  
 gauerat bp, *sed in utroque corr. m. 1* || 138 Imponas c | neutra  
 (i *erasa m. 2*) A, neutro B | ut om. m | praepondere mp, u m. 1  
 praeponere c || 139 Summittis emp | quas A (u m. 2): quam B |  
 coeperit B *praeter* b || 140 pars *supra lin. m. 2* A par ep ||  
 141 est m. 2 *in ras.* u | simul aere A (u m. 2 *in ras.*): simu-  
 lare (simulare b -lari c) B | grassior (c *supra* g) A grassior (a  
 et or *in ras. m. 2*) u: crassius B | medii quae m | a A: om. B  
 (in A m. 2 b) || 143 discerpserit B || 144 Quodq; A m. 1, u:  
 Quotue *Christius* | filo A m. 1 || 145 cognouimus B || 146 libra  
 mpu libras c || 148 dehinc A: hinc B | mixta est B

Argentique meri par pondus, itemque sub unda  
 Lancibus impositum specta: propensior auri 150  
 Materies sub aquis fiet furtumque docebit.  
 Nam si ter senis superabitur altera dragmis,  
 Sex solas auri libras dicemus inesse,  
 Argenti reliquum, quia nil in pondere differt  
 Argentum argento, liquidis cum mergitur undis. 155  
 Haec eadem puro deprendere possumus auro,  
 Si par corrupti pondus pars altera gestet.  
 Nam quotiens ternis pars inlibata grauarit  
 Corruptam dragmis sub aqua, tot inesse notabis  
 Argenti libras, quas fraus permiscuit auro. 160  
 Pars etiam quaeuis librae, si forte supersit,  
 Haec quoque dragmarum simili tibi parte notetur.  
 Nec non et sine aquis eadem deprendere furtum  
 Ars docuit, quod tu mecum experiare licebit.  
 Ex auro fingas librili pondere formam, 165  
 Parque ex argento moles siet; ergo duobus  
 Dispar erit pondus paribus, quod densius aurum est.  
 Post haec ad lancem rediges pondusque requires  
 Argenti, nam iam notum est quod diximus auri,  
 Idque fac argento grauius sextante repertum. 170

149 *a m. 2 mg. infer. u | que | atque p | metri c | pars A*  
*pars u | idemq. A, corr. m. 2 || 150 imposuit A, corr. m. 2*  
*ispetua A, corr. m. 3 mgo: expecta (-tare c exp. u m. 2) B*  
 151 docebis A || 152 terrenis c | superabit ut A, corr. m. 2  
 153 auri libras (*sic*) A: libras auri B || 154 quā c nihil epu  
 impondere A in pondera c || 155 in liquidis c. uergitur c || 156  
 deprehendere epu || 157 Si pars c | p~~er~~rupti p; corrupto  
*vulgo | pars om. A, add. mg. || 158 Nam quo euanida p | ter-*  
*senis b | pars A: om. B (etiam b) | inlibato A (ill. bp) || 159*  
*aquam B | tot inesse A: totiens (totidem m mox b) esse B*  
 160 promiscuit B (ep?) | in auro desinit c || 162 parte om. u  
 163 in uoce aquis desinit familia B || 164 q tum A teste Hue-  
 mero (quam tu teste Endlichero); unde quod (q) tu scripsi  
 auctore Denisio || 165 fingis A, corr. Denisius || 167 quod com-  
 pendiose A: quia vulgo | densior auro A, corr. Christius || 169  
 auro A || 170 Idq; fac scripsi: Facq; id A Fac et id Denisius

Tunc auro, cuius uitium furtumque requiris,  
 Finge parem argenti formam pondusque notato:  
 Altera quo praestat leuiorque est altera moles  
 Sit semissis onus: potes ex hoc dicere, quantum  
 175 Argenti fuluo mixtum celetur in auro.  
 Nam quia semissem triplum sextantis habemus,  
 Tres inerunt auri librae, quodque amplius hoc est,  
 Quantumcumque siet, fraus id permiscuit auro.  
 Causa, hoc cur ita sit, prompta est, si discere uerum  
 180 Non pigeat ueterumque animos intendere chartis.  
 Nam si disparibus numeris accesserit idem,  
 Seruat inaequales itidem, tantumque manebit  
 Discrimen quantum fuerat prius, idque notabis,  
 Siue in temporibus quaeras, seu pondera rerum  
 185 Seu moles spectare uelis spatiumque locorum.  
 Quare diuersis argenti aurique metallis,  
 Quis forma ac moles eadem est, par addito pondus:  
 Argento solum id crescit, nihil additur auro.  
 Sextantes igitur quot tum superesse uidebis,  
 190 In totidem dices aurum consistere libris,  
 Parsque itidem librae sextantis parte notetur  
 Quod si forte parem corrupto fingere formam  
 Argento nequeas, at mollem sumito ceram.  
 Atque breuis facilisque tibi formetur imago  
 195 Siue cybi seu semiglobi teretisque cylindri,  
 Parque ex argento simuletur forma nitenti,  
 Quarum pondus item nosces. fac denique dragmas  
 Bis sex argenti, cerae tres esse repertas:  
 Ergo in ponderibus cerae argentique liquebit,  
 200 Si par forma siet, quadrupli discrimen inesse.

171 requiris ex -res A || 174 honus (h punctata) A | nonne  
 discere ? || 177 quoque A || 179 h (= hoc) addidi: om. A que  
 Hultschius et Schenkelius || 189 quos A, corr. Denisius | tu A,  
 corr. Buchelerus || 194 Aequae A, corr. Endlicherus || 195 cubi  
 idem

Tum par effigies cera simuletur eadem  
 Corruptae, cuius fraudem cognoscere curas.  
 Sic iustum pondus, quod lance inueneris aequa,  
 In quadruplum duces; quadrupli nam ponderis esset,  
 Si foret argenti moles quae cerea nunc sit. 205  
 Cetera iam puto nota tibi — nam diximus ante —  
 Quo pacto furtum sine aquis deprendere possis.  
 Haec eadem in reliquis poteris spectare metallis.

## XLVII.

Vade, liber, nostri fato meliore: memento,  
 Cum leget haec dominus, te sciat esse meum.  
 Nec metuas fuluo strictos diademate crines:  
 Ridentes blandum fert pietate oculos,  
 5 Communis cunctis, hominem si regna tenere  
 Se meminit: uincit hinc magis ille homines.  
 Ornentur steriles (fragilis tectura!) libelli:  
 Theodosio et doctis carmina nuda placent.  
 Si rogat auctorem, paulatim detege nostrum  
 10 Tunc domino nomen: me sciat esse Probum.  
 Corpore in hoc manus est genitoris auique meique:  
 Felices, dominum quae emeruere, manus!

XLVII et XLVIII ad Theodosium II Calligraphum data (cf. O. Iahnus de subscript. p. 342 sqq.) hic sociantur.

XLVII (om. B. M.) in Cornelii Nepotis codicibus post uitam Hannibalis extat, qua de re recte iudicauit Lachmannus Klein. philol. Schr. p. 188; aduuli lectiones librorum Paicensis saec. XV (P) et Guelferbytani saec. XII (A) deteriorumque (s): cf. Cornelii Nepotis edd. a Rothio (p. 146) et Halmio (p. 101) curatas || sine titulo APS plerique || 1 nostri P: noster AS || 3 Nec AP: Ne s || 4 fert scripsi: uel codd. || 5 si (= siquidem) scripsi: se P sed AS || 7 fragilis scripsi: fragili codd. || 8 Theodosio codd. || et doctis] puto docta haec || 11 meique s: meaque A om. P || 12 quae meruere codd., corr. Nipperdeus

## XLVIII.

Hoc opus egregium, quo mundi summa tenetur,  
 Aequora quo montes fluuii portus freta et urbes  
 Signantur, cunctis ut sit cognoscere promptum,  
 Quicquid ubique latet, clemens genus inclita proles  
 Ac per saecula pius, totus quem uix capit orbis, 5  
 Theodosius princeps uenerando iussit ab ore  
 Confici, ter quinis aperit cum fascibus annum.  
 Supplices hoc famuli, dum scribit pingit et alter,  
 Mensibus exiguis ueterum monumenta secuti  
 In melius reparamus opus culpamque priorum 10  
 Tollimus ac totum breuiter comprehendimus orbem:  
 Sed tamen hoc tua nos docuit sapientia, princeps.

XLVIII (B. V 115, M. 274) *extat in Parisino 4806 saec. X fol. 28 post Dicuili librum de mensura orbis terrae sic inscriptum: Mensuratio orbis terrae finit. duodecim uersus praedictorū missorū de imperante Theodosio hoc opus fieri incipiunt* || 2 freta portus *Prithoeus* || 7 Conficiet quinis *idem* | fastibus *Meermannus* || 10 reparamus *codex* | priorem *codex, corr. Meyerus* || 11 Tullimus — comprehendimus *codex, qui post u. 12 sic pergit: Non debet mirari quod in primo loco septimi et octaui uersus istorum amphimachus scriptus est, quoniam ut reor non imperitia sed auctoritate aliorum poetarum, et maxime Virgiliū, quem in talibus causis noster simulauit Sedulius, qui in heroicis carminibus raro pedes alienos ab illis posuerunt.*

## XLVIII.

## PHOCAE VITA VERGILII.

## Praefatio

O uetustatis ueneranda custos,  
 Regios actus simul et fugaces  
 Temporum cursus docilis referre,  
 Aurea Clio,  
 Tu nihil magnum simis interire,  
 Nil mori clarum pateris, reseruans  
 Posteris prisci monumenta saeculi  
 Condita libris.  
 Sola fucatis uariare dictis  
 10 Paginas nescis, set aperta quicquid  
 Veritas prodit, recinis per aeuum  
 Simplicem lingua.  
 Tu senescentes titulos auorum  
 Flore durantis reparas iuuentae;  
 15 Militat uirtus tibi: te notante  
 Crimina pallent.

XLVIII (B. II 186, M. 288) *extat in codice Parisino 8093 saec. IX a me conlato fol. 37 cum hoc titulo Vita Vergilii incepta a Foca grammatico urbis Romae uersibus edita Praefatio litt. maiusc.* || 1 memoranda *P, corr. L. Muellerus* || 3 docilis *P* || 5 nihil (*h supra c expunctam m. 2*) *P* || 7 saeculi *P* || 10 set in *sed m. 2 corr. P* | quicquid *P, corr. m. 2* || 11 poscit *Klotzius* | 13 auorum *scripsi: laborum P honorum Klotzius* || 14 reparas *inbentē P*



Tu fori turbas strepitusque litis  
 Effugis dulci moderata cantu,  
 Nec retardari pateris loquellas  
 Conpede metri. 20  
 His faue dictis: retegenda uita est  
 Vatis Etrusci, modo qui perenne  
 Romulae uoci decus adrogauit  
 Carmine sacro.

## Vita

Maeonii speciem uatis ueneranda Maronem 25  
 Mantua Romuleae generauit lumina linguae.  
 Quis, facunda, tuos toleraret, Graecia, fastus,  
 Quis tantum eloquii potuisset ferre tumorem,  
 Aemula Vergilium tellus nisi Tusca dedisset?  
 Huic genitor figulus Maro nomine, cultor agelli, 30  
 Vt referunt alii, tenui mercede locatus,  
 Sed plures figulum. quis non miracula rerum  
 Haec stupeat? diues partus de paupere uena  
 Enituit, figuli suboles noua carmina finxit!  
 Mater Polla fuit, Magii non infuma proles, 35  
 Quem socerum probitas fecit laudata Maroni.  
 Haec cum maturo premeretur pondere uentris  
 (Vt solet in somnis animus, uentura repingens  
 Anxius, ec uigili praesumere gaudia cura)  
 Phoebai nemoris ramum fudisse putauit. 40  
 O sopor indicium ueri! nil certius umquam  
 Cornea porta tulit. facta est interprete lauro

18 modulata *Tollius* || 21 Hic fabe *P*, corr. *Tollius* || 23 ad-  
 rogabit *P* || ante 25 Vita *Virgillii maiusc. P* || 26 generabit *P*,  
 corr. *m. 2* | lumina *scripsi*: flumina *P* fulmina *L. Muellerus* ||  
 31 locati *Heinsius* || 33 stup& (a *supra* & *m. 2*) dibes (corr. *m. 2*)  
 parcus *P* || 34 Emicuit *Scaliger* | noba *P*, corr. *m. 2* || 35 infi-  
 (erata u) *P*, unde infuma *restitui* || 36 laudata *scripsi*: iam data *P*  
 iam clara *Scal.* tam cara *Heinsius* || 38 refingens *Burm.* || 39  
 Anxius | u *supra lin.*, s *in ras. P* | e *Burm.* (ec ego): et *P* |  
 uigilis *Reifferscheidius* || 40 putabit *P*, corr. *m. 2* || 42 est] es *P*

Certa parens onerisque sui cognouerat artem.  
 Consule Pompeio uitalibus editus auris  
 45 Et Crasso tetigit terras, quo tempore Chelas  
 Iam mitis Phaethon post Virginis ora receptat.  
 Infantem uagisse negant; nam fronte serena  
 Conspexit mundum, cui commoda tanta ferebat.  
 Ipse puerperis adrisit laetior orbis:  
 50 Terra ministrauit flores et munere uerno  
 Herbida supposuit puero fulmenta uirescens.  
 Praeterea si uera fides (et uera probatur),  
 Lata cohors apium subito per rura iacentis  
 Labra fauis tinxit dulces fusura loquellas.  
 55 Hoc quondam in sacro tantum mirata Platone  
 Indicium linguae memorat famosa uetustas;  
 Set Natura parens properans extollere Romam  
 Et Latio dedit hoc, ne quid concederet uni.  
 Insuper his genitor, nati dum fata requirit,  
 60 Populeam sterili uirgam mandauit harenae;  
 Tempore quae nutrita breui, dum crescit in omen,  
 Altior emicuit cunctis, quas auxerat aetas.  
 Haec propter placuit puerum committere Musis  
 Et monstrare uiam uicturae in saecula famae.  
 65 Tum Ballista rudem lingua titubante receptum  
 Instituit primus, quem nox armabat in umbris  
 Grassari solitum: crimen doctrina tegebat;  
 Mox patefacta uiri pressa est audacia saxis.  
 Incidit titulum iuuenis, quo pignera uatis  
 70 Edidit (auspiciis suffecit poena magistri):  
 Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus;

43 cognouerat *P* || 44 bitalibus *P* || 45 Chelis *Heynius*  
 46 receptat (at *comp.*), sic *P* || 50 ministrabit *P* || 51 Heruida *P*  
 52 et *scripsi*: s& *P* || 54 tinxit *scripsi*: textit *P* || 55 condam *P*  
 60 mandabit *P* || 61 omen *Tollius*: omnē *P* || 62 num duxerat  
 (i. *produxerat*) ? || 65 uallista *P*, corr. *m. 2* || 69 Incidi — iube-  
 nis — batis *P* || 70 auspicio *Heinsius* || 71—83 *delet Reiffers-*  
*scheidius*, recte quod ad *uu.* 75—83 || 71 sq. cf. *uol.* IV p. 157

Nocte die tutum carpe uiator iter.  
 Nos tamen hoc breuius, si fas mutare Maronem:  
 'Ballistam sua poena tegit; uia tuta per arua.'  
 ['Hic Ballista iacet: certo pede perge uiator.' 75  
 'Carcere montoso clausus Ballista tenetur:  
 Securi fraudis pergite nocte, uiri.'  
 'Quid trepidas tantum gressu pauitante, uiator?  
 Nocturnum furem saxeus imber habet.'  
 'Ballistae uitam rapuit lapis, ipse sepulcrum 80  
 Intulit; umbra nocens pendula saxa tremit.'  
 'Crimina latronis dignissima poena coercet:  
 Duritiam mentis damnat ubique lapis.']  
 Hinc Culicis tenui praelusit funera uersu:  
 'Parue culex, pecudum custos tibi tale merenti 85  
 Funeris officium uitae pro munere reddit.'  
 Tum tibi Sironem, Maro, contulit ipsa magistrum  
 Roma potens proceresque suos tibi iunxit amicos:  
 Pollio Maecenas Varus Cornelius ardent;  
 Te sibi quisque rapit, per te uicturus in aeuum. 90  
 Musa refer, quae causa fuit componere libros.  
 Sumpserat Augustus rerum moderamina princeps:  
 Iam necis ultor erat patriae, iam caede priorum  
 Perfusos acies legitur uisura Philippos.  
 Cassius hic Magni uindex et Brutus in armis 95  
 Intereunt. uictor nondum contentus, opimis  
 Emeritas belli spoliis ditasse cohortes,  
 Proscripsit miserae florentia rura Cremonae,  
 Totaque militibus pretium concessa laborum  
 Praeda fuit. uiolenta manus bacchata per agros: 100

73 mutare scripsi: simulare P || 74 arua scripsi: auras P  
 oras Scal. umbras Heinsius || 78 tantum Oudendorpius: tandem  
 P || 82 quoceret (u supra lin.) P || 84 prolusit Heinsius; at cf.  
 uol. II p. 37 || 85 sq. delet Reifferscheidius || 85 pecodum custos  
 P || 89 uarius P, corr. Weichertus || 90 Te Klotzius: Et P ||  
 91 fuit] uiro Heinsius | comp. P m. 2 || 94 filippos P || 96 con-  
 tentus P || 97 choortes P, corr. m. 2 || 99 precium P || 100 uac-  
 cata (u in b corr. m. 2) P

Non flatus, non tela Iouis, non spumeus amnis,  
 Non imbres rabidi, quantum manus impia, uastant.  
 Mantua tum coniuncta loco sociata periculis;  
 Non tamen ob meritum: miseram uicinia fecit.  
 105 Iam Maro pulsus erat, set furibus obuius ibat  
 Fretus amicorum clipeo, cum paene nefando  
 Ense perit. quid dextra furis? quid uiscera Romae  
 Sacrilego mucrone petis? tua bella tacebit  
 Posteritas ipsumque ducem, nisi Mantua dicat!  
 110 Non tulit hanc rabiem doctissima turba potentum,  
 Itur ad auctorem rerum: quid Martius horror  
 Egerit ostendunt, qui tam miseranda tulisset.  
 Caesaris hic placido nutu reparantur agelli.  
 His actus meritis cum digna rependere uellet,  
 115 Inuenit carmen, quo munera uincere posset.  
 Praedia dat Caesar, quorum breuis usus habendi:  
 Obtulit hic laudes, quas saecula nulla silebunt.  
 Pastores cecinit primos. hoc carmine consul  
 Pollio laudatur ter se reuocantibus annis  
 120 Composito. post haec ruris praecepta colendi  
 Quattuor exposuit libris et commoda terrae  
 Edocuit geminis anno minus omnia lustris.  
 Inde cothurnato Teucrorum praelia uersu  
 Et Rutulum tonuit. bis sena uolumina sacro  
 125 Formauit donanda duci trieteride quarta.

101 iobis P || 102 rapidi P, corr. L. Muellerus | bastat (b  
 in u corr. m. 2) P, corr. Heinsius || 103 tum scripsi: tu P (quo  
 seruato periclo es Buechelerus et u. 104 misera es Ricsius) ||  
 104 miseram uulgo: misera P || 105 set in sed corr. m. 2 P  
 furibus scripsi: uiribus P || 107 uiscera num sanum? || 111 legum  
 Burm. senior | marcius orror P || 112 hostendunt (h deleta) quid  
 tam P, corr. Tollius || 113 hic (= tum) P: huic Tollius | repa-  
 rantur (uel redduntur) scripsi: repetuntur P || 114 actus (uel  
 ductus) scripsi: auctus P || 116 brébis — abendi P, corr. m. 2  
 117 silescent P, corr. Francius || 119 ter se, ita P || 121 Qua-  
 tuor P || 123 coturnato P || 124 sacrum P || 125 Formabit P, corr.  
 m. 2 | donata P, corr. Francius

Sed loca, quae uulgi memorauit tradita fama,  
 Aequoris et terrae statuit percurrere uates,  
 Certius ut libris oculo dictante notaret.  
 Pergitur. ut Calabros tetigit, liuore nocenti  
 Parcarum uehemens laxauit corpora morbus. 130  
 Hic ubi languores et fata minacia sensit,

\* \* \*

126 bulgi memorabit P, corr. m. 2 || 127 bates P, corr. m. 2 ||  
 128 Cercius P || 129 Pergit et ut *Burm.* | libore P, corr. m. 2 ||  
 130 iactauit *scripsi*: laxauit (u ex b) P luxauit *Scal.* uexauit  
*Heinsius* lassauit *Muellerus* || 131 langores P | in u. 131 desinit  
 fol. 37

L.

### INCERTI SULPICIA ALIAQVE.

Leguntur in Raphaelis Volaterrani commentariis urbanis [fol. LVI primae editionis, Romae a. 1506] haec: *hic* (scil. Bobii) anno 1493 huiuscemodi libri reperti sunt. *Rutilius Naumatianus. Heroicum Sulpici carmen. LXX. epigrammata Terentianus Maurus* eqs. quibus in uerbis ut *Naumatianus*, ita *Sulpici* typhotetae errore corruptum est; pertinetque numerus additus ad septuaginta scilicet Sulpiciae uersus, non ad epigrammata subiecta. repertorem autem fuisse Georgium Merulam Alexandrinum, discimus ex praefatione Terentiani Mauri editioni principi praemissa [cf. dissert. meae p. 4]. reseruauerat autem Georgius Merula ut alia opuscula a se inuenta ita Sulpician et epigrammata, quae ipse ederet; quod quominus perficeret morte est prohibitus. sed ex bibliotheca eius, dum in uiuis fuit, illa Mediolani descripserat Franciscus Nursius (siue Nurcisius), unde per Bartholomaeum Merulam accepit Hieronymus Auancius, qui in Ausonii editione Veneta a. 1496 octodecim epigrammata (apud nos 2—19) in calce adiecit sic inscripta *Ausonii poetae epigrammata nuper inuenta et ab eruditissimo uiro Bartholomaeo Merula publicata*. huius editionis Venetae (V) exemplar Bonnense huc transmissum ipse contuli. iam Sulpician quoque Nurcius ille descripsisse uidetur. quam utpote ab Ausonio alienam cum spre-

nisset Auancius, mox Bernhardinus Venetus inter poetarum aliquot Itatorum opuscula publici iuris fecit anno 1498. in qua editione Veneta [itidem V significavi] post Pontani epigrammata fol. 43<sup>b</sup> Sulpicia extat sic inscripta: *Sulpitiae carmina quae fuit Domitiani temporibus: nuper a Georgio Merula Alexandrino cum aliis opusculis reperta. Queritur de statu reipublicae et Temporibus Domitiani*; cf. et eiusdem editionis index, ubi legitur: *Sulpitiae carmina .LXX. quae fuit Domitiani temporibus. Nuper per Georgii Merulae opera in lucem edita.* anno autem insequenti 1499 emissa est Ausonii editio Parmensis auctore Thadaeo Vgoletto, qui in fine post urbium nobilium catalogum Ausonium adiecit Sulpiciam (sic inscriptam: *Sulpitia incipit. Queritur — Domitiani*) porroque 24 epigrammata praemisso titulo *epigrammata ex Georgii Alexandrini quae feruntur emanasse bibliotheca*; quae secundum nostros numeros sic se excipiunt: 20, 2, 17, 12, 5, 3, 14, 21, 22, 23, 6, 7, 8, 15, 16, 24, 4, 25, 18, 26, 10, 11, 13, 19. sed idem Vgoletus etiam inter ipsa Ausonii epigrammata et epitaphia addidit noua nonnulla carmina, quae cum in nullo codice Ausoniano unquam sint reperta, ex codice isto Bobiensi Sulpiciam cum epigrammatis continente fluxisse uidentur, scilicet nostrae collectionis cc. 27—35. hanc editionem Parmensem (P) in Sulpicia ego, in epigrammatis Guil. Meyerus Monacensis contulimus.

De ipso autem libro Bobiensi (litteris ut puto langobardicis exarato) cum nulla dubitatio possit esse, coniectura tantum nititur illa opinio, qua in eodem codice nonnulla genuina Ausonii opuscula praecessisse statuo [cf. dissert. meae p. 8 sq.]. sed siue hanc ob causam siue ob externam quandam similitudinem saeculi XV docti Ausonio epigrammata uindicabant: et haec et Sulpiciam unius esse auctoris sat probabile est, quem ab Ausonio diuersum haud pauca ostendunt.

et Sulpiciam quidem cum Italis nimis creduli usque ad nostrum aeuum sumpsissent esse Domitianeam illam a Martiali commemoratam, ego in dissertatione 'de Sulpiciae quae uocatur satira' inscripta [Ienae 1873] patefeci, hoc carmen scolastici cuiusdam poetae sub Sulpiciae uetustae persona scribentis uiuentisque post Ausonium esse fetum, eidemque poetae tribuo epigrammata (nam quod haec nuper Peiperus subditicia esse clamauit, facile eius argumenta omnia refutare licet), in quibus deprehendimus uatis Burdigalensis sectatorem quendam aetate minorem, qui et ipse in uertendis maxime carminibus graecis operam posuerit. eodem autem modo, quo Claudiani operibus [cf. uol. III p. 293], etiam Ausonianis iam ultimo antiquitatis tempore haec sectatoris poemata subiuncta fuisse uidentur [cf. dissert. meae p. 41].

### I. Sulpicia.

[Queritur de statu reip. et temporibus Domitiani.]

Musa, quibus numeris heroas et arma frequentas,  
 Fabellam per mitte mihi detexere paucis.  
 Nam tibi secessi, tecum penetrare retractans  
 Consilium; quare nec carmine curro Phalaeci  
 5 Nec trimetro iambo nec, qui pede fractus, eodem,  
 Fortiter irasci didicit duce Clazomenio;  
 Caetera quin etiam quotquot metra mollia lusi  
 Primaque Romanas docui contendere Graiis

1, 2 detexere pacis *Heinsius* || 3 secessit **V** || 4 neque **V** |  
 Phalaeci *Schlaegerus*: phaleco **V** phaleuco **P** || 5 Nec trim. nec  
 qui fractus pede iambo eodem *Lachmannus* Nec trim. Paro  
 nec, q. p. fr., iambo *olim scripsi* || 6 didicit *Vinetus*: discit **PV** ||  
 7 quotquot metra mollia *scripsi*: quod denique milia **PV** quon-  
 dam quae milia *Heinsius* quot denique mollia *Burmans* ||  
 8 Romanas *Vinetus*: Romanos **PV** | graiis **PV**

Et salibus uariare nouis, constanter omitto  
 Teque, quibus princeps o facundissima calles, 10  
 Aggredior: precibus descende clientis et audi.  
 Dic mihi, Calliope: quidnam pater ille deorum  
 Cogitat? an terras ad patria saecula mutat  
 Quasque dedit quondam, morientibus eripit artes?  
 Nosque iubet tacitos et iam rationis egentes, 15  
 Non aliter primo quam cum surreximus arno,  
 Glandibus et purae rursus procumbere lymphae?  
 An reliquas terras conseruat amicus et urbes,  
 Sed genus Ausonium Romlique extirpat alumnos?  
 Quid? reputemus enim: duo sunt, quibus extulit ingens 20  
 Roma caput: uirtus belli et sapientia pacis.  
 Sed uirtus, agitata domi, socialibus armis  
 In freta Sicaniae et Carthaginis exilit arces  
 Caeteraque imperia et totum simul abstulit orbem;  
 Deinde uelut stadio uicit qui solus Achaeo 25  
 Languet et immota sensim uirtute fatiscit,  
 Sic itidem Romana manus: contendere postquam  
 Destitit et pacem longis frenauit habenis,

10 o *Iahnus*: et PV | es facundissima collis *Scioppius* fac.  
 polles *Burmannus* || 12 nam V: non V; cf. *Statius Theb.* III  
 556 || 13 ad *scripsi*: et PV in *Heinsius*; cf. *Claud. de VI cons.*  
*Hon.* 151 | pristina saec. *Hocuenus* || 14 morientibus PV: maio-  
 ribus *Pontanus* maerentibus *Buherius* iam gentibus *Heinsius*  
 morientis *Iahnus* mortalibus *Hocuenus* torpentibus ego olim  
 marcentibus *Teuffelius*; *consert Piccolomini u.* 36 cum eripit  
*coniungens* || 15 etiam PV | tacitas P | egenos P || 16 aeuo  
*Auancius* || 17 procumbere *Pithoeus*: procurrare PV || 18 ami-  
 cas V || 19 Romlique *Scioppius*: Romulique PV Remulique *Scaliger*  
 Romique *Pithoeus* Romaeque *Boetius* Remoraeque *Iahnus* |  
 extirpat *scripsi*: exturbat PV || 22 domi et socialibus PV; et  
 e u. priore praeuere repetitum nunc deleui (olim it *scripsi*) || *uu.* 20.  
 21. 22 in PV post 15 extant, transpos. *Vinctus* || 23 exilit] exiit  
*Pithoeus* exiit *Lachmannus* exiit ego olim | artes V || 23 uelit  
 P | stadio *Tornaesiana*: studio PV | uicit *scripsi*: uictor PV |  
 aecho P || 26 sensim *scripsi*: secum PV senio *Heinsius* segniss  
*Heynius ad Tib.* I 4, 32 | fatiscit *Scaliger*: faecessit PV

Ipsa domi leges et Graia inuenta retractans  
 30 Omnia bellorum terra quaesita marique  
 Praemia consilio et molli ratione regebat.  
 Stabat in his (neque enim his poterat constare sine ipsis):  
 Haut frustra Veneri mendaxque Diespiter olim  
 'Imperium sine fine dedi' dixisse probatur.  
 35 Nunc igitur, qui rex Romanos imperat inter,  
 Non trabe sed tergo prolapsus et ingluuie albus,  
 Et studia et sapiens hominum nomenque genusque  
 Omnia abire foras atque urbe excedere inssit?  
 Quod facinus! Graios Ionumque petiuimus urbes,  
 40 Vt Romana foret magis his instructa magistris:  
 Nunc, Capitolino ueluti turbante Camillo  
 Censibus et trutina Galli fugere relicta,  
 Sic nostri palare senes adiguntur et ipsi  
 Vt ferale suos onus exportare libellos.  
 45 Ergo Numantinus Libycusque errauit in isto  
 Scipio quod Rhodio creuit formante magistro?

32 Stabat et his *Caruttius* | enim his *scripsi*: enim PV ||  
 33 Haut *Cannegieterus*: Aut PV at *Buherius* | mendaxue *Teuffe-*  
*lius* | Veneri *Burmannus*: uxori PV || 35 Nunc aliter *Cannegie-*  
*terus* | rex Romanos *Dousa*: res Romanas PV | imperat *Scaliger*:  
 inferat PV temperat impar *Buherius* || 36 Non trabe sed tergo]  
 In rabiem tetre *Buherius* Non trabe sed tigris *Cannegieterus*  
 Non trabs sed trico ego olim; cf. *Ausonius epigr.* 131 *Bip.* et  
 tergo femina, pube uir es' | ingluuie alui *Seruius* || 39 Quod  
 facinus *scripsi*: Quid facinus PV | Graios Ionumque petiuimus  
*scripsi*: Graios hominumque relinquimus PV Graiorum homi-  
 numne reliquimus *Cannegieterus* Graios olim requisimus urbi  
*Iahnus*; positum est bisyllabe Ionum, ut supra u. 5 iambo et  
 apud *Ausonium* iota: cf. *L. Muellerus d. r. m. p.* 261 || 40 foret  
 manus *Burmannus* || 41 Nunc *Scaliger*: Non PV | Capitolinis  
*Buherius*, improuiso *Withofius* || 42 Censibus *Withofius*: Ensibus  
 PV lancibus *nescioquis*, mercibus *Buherius* | fugiere V || 43 Si  
 n. p. Senis V | adiguntur *scripsi*: dicuntur PV || 44 suos onus  
*Scaliger*: suo sonus PV | exportare *Burmannus*: extirpare PV ||  
 45 Numantinus Libycusque *Tornaesiana*: numantinas libycas-  
 que PV || 46 quod *Cannegieterus*: qui PV



Caeteraque illa manus bello facunda secundo?  
 Quos inter prisca sententia dia Catonis  
 Scire adeo magni fecisset, utrumne secundis  
 An magis aduersis staret Romana propago. 50  
 Scilicet aduersis! nam, cum defendier armis  
 Suadet amor patriae et paritura penatibus uxor,  
 Conuenit (ut, uespis cum apium domus arce Matini  
*Turbatur, concurrat atrox glomerataque regem* 53<sup>b</sup>  
 Turba tegens strictis per lutea corpora telis);  
 Ast ubi res secura redit, oblita laborum 55  
 Plebs patresque una somno moriuntur obeso:  
 Romulidarum igitur longa et grauis exitium pax.  
 Hoc fabella modo pausam facit. optima, posthaec,  
 Musa, uelim moneas, sine qua mihi nulla uoluptas  
 Viuere: uti quondam dum Lydis Smyrna peribat, 60  
 Nunc itidem migrare libet? uel denique quiduis  
 Tu dea quaere aliud: tantum Romana Caleno  
 Moenia iucundos pariterque auerte Sabinos.  
 Haec ego, tum paucis dea me dignatur et infit:  
 'Pone metus saeuos, cultrix mea: summa tyranno 65

47 Caeteraque PV: Cetera et *edd.* | foecunda Auancius  
 49 adeo Pithoeus: deos PV deis Iahnus | fecit, sed Vonckius  
 51 defendier P || 52 paritura scripsi: captiua PV || 53 cum  
 apium scripsi: quarum PV apium Caruttius | Matini (uel -na)  
 scripsi: monetae P mouente V || uersum 53<sup>b</sup> exempli gratia ad-  
 didi: om. PV || 55 res L. Muellerus: apes PV spes uel pax  
 uulgo | laborum Heinsius: suorum V fauorum P || 56 patresque  
 Dousa: fraterque PV materque Pithoeus || 57 puto longa extitit  
 exitium, ut et grauis sit interpolatum, ubi extitit ante exitium  
 perierit: longa est genti exitium Piccolomini (longa est grauis  
 exitio Carnegieferus) || 58 Hoc Pithoeus: Hac PV Haec Scaliger  
 60 Vita est, ut Schlaegerus | dum Lydis Smyrna scripsi: smyr-  
 nalibusque PV Lydis Heinsius Lyde Schlaegerus) dum  
 Smyrna Pithoeus || 61 Mene itidem Withofius Nosne it. Buhe-  
 rius | libet scripsi: uelit PV nelis Burmannus uelint Tornae-  
 siana || 62 Tu Heinsius: Vt PV || 63 facundos V | aduerte Sca-  
 liger pariter ne obuerte Buherius || 64 dignatur et infit Pithoeus:  
 dignarier infit PV dignarier istis Withofius || 65 saeuos scripsi:  
 (a)equos PV caecos mauolt M. Hertzius

Ecce instant odia et nostro periturus honore est.  
 Nam laureta Numae fontisque habitamus eosdem  
 Et comite Egeria ridemus inania coepta.  
 Viue, uale! manet hunc pulchrum sua fama dolorem:  
 70 Musarum spondet chorus et Romanus Apollo.

## II. Ex sepulchro latinae uiae.

Non nomen, non quo genitus, non unde, quid egi:  
 Mutus in aeternum sum cinis, ossa, nihil.  
 Nec sum nec fueram, genitus tamen e nihilo sum;  
 Mitte nec exprobres singula: talis eris.

## III. In Didonis imaginem ex graeco.

Illa ego sum Dido uultu quo conspicias, hospes,  
 Assimulata modis pulchraque mirificis.  
 Talis eram; sed non Maro quam mihi finxit erat mens,  
 Vita nec incestis iacta cupidinibus.  
 5 Namque nec Aeneas uidit me Troius umquam  
 Nec Libyam aduenit classibus Iliacis,  
 Sed furias fugiens atque arma procacis Iarbae  
 Seruani, fateor, morte pudicitiam  
 Pectore transfixo casto, quod perpulit in se  
 10 Non furor aut laeso crudus amore dolor.

66 Ecce (uel Hinc) Heinsius: Haec PV | honore est] in ore  
 est Buherius perituru sonore est M. Hertzius in *Fleck. ann.*  
 a. 1874 p. 575 || 67 fonteisque V || 68 aegeria P | c(a)epa PV ||  
 69 sua Pithoeus: tua PV || finiunt Sulpitiae dicta subscribunt PV  
 II (= *Aus. epit.* 38) || 1 aegi V || 3 Nec PV: Non uulgo |  
 fueram genitus: tamen PV

III (= *Aus. epigr.* 118; cf. *Anth. gr.* XVI 151) post ex  
 graeco P addit: Quattuor ultima carmina huius Epigrammatis  
 non habentur in graeco codice || 1 Illo Barthius | quo scripsi:  
 qui PV quem uulgo || 2 Assimulata V || 4 iacta scripsi: laeta  
 PV || 5 unquam PV || 6 libyam V || 7 hiarbae V || 9 casto  
 scripsi: castos PV castus Graeuus | perpulit in se scripsi: per-  
 tulit enses PV percultit ensis Graeuus || 10 laeso Accursius:

Sic cecidisse iuvat: uixi sine uulnere famae  
 Vlta uirum, positis moenibus appetii.  
 Inuida cur in me stimulasti, Musa, Maronem,  
 Fingeret ut nostrae damna pudicitiae?  
 Vos magis historicis, lectores, credite de me 15  
 Quam qui furta deum concubitusque canunt.  
 Falsidiei uates, temerant qui carmine uerum  
 Humanisque deos assimilant uitiiis!

#### IV. De matrimonio grammatici infausto.

'Arma uirumque' docens atque 'arma uirumque' peritus  
 Non duxi uxorem, sed magis arma domum.  
 Namque dies totos totasque ex ordine noctes  
 Litibus oppugnans meque meumque larem  
 Atque ut perpetuis dotata a Marte duellis 5  
 Arma in me tollit, nec datur ulla quies.  
 Iamque oppugnanti dedam me denique uictus:  
 Iurgia ob hoc sumat, iurgia quod fugiam!

#### V. De homine pigro.

Sanus piger febriente multo est nequior:  
 Potat duplum dapesque duplices deorat.

#### VI. In caecum et claudum ex graeco.

Insidens caeco graditur pede claudus utroque:  
 Quo caret alteruter, sumit ab alterutro.

lesos P laesus V || 17 *puto* purum || 18 assimilant V

IV (= *Aus. epigr.* 137; cf. *Anth. gr.* IX 168) sic inscribit  
 V: Dein Fausto m. gr. P || 4 oppugnans *scripsi*: oppugnant V  
 oppugnat P || 5 dotata matre PV || 7 oppugnanti *scripsi*: repu-  
 gnanti PV | me ut denique PV, *deleui* ut | uictus V: uictum P ||  
 8 Iurgia ob hoc solum PV, *correxi* (*uulgo* Iurget o. h. solum,  
*quo deletur oppositio*)

V = *Aus. epigr.* 117

VI et VII (= *Aus. epigr.* 132 et 133) || VI *tit. ex graeco*  
*habet P, om. V*

Caecus namque pedes claudo gressumque ministrat,  
 At claudus caeco lumina pro pedibus.

#### VII. Aliter in caecum et claudum.

Ambulat insidens caeco pede captus utroque,  
 Atque alterna subit munia debilitas.  
 Nam caecus claudo se commodat, ille uicissim  
 Mutua dat caeco lumina pro pedibus.

#### VIII. In Venerem armatam.

Armatam Pallas Venerem Lacedaemone uisens  
 'Vis nunc iudicium sic ineamus' ait.  
 Cui Venus arridens 'quid me, galeata, lacessis?  
 Vincere quae possum nuda, quid arma gerens?'

#### IX. In imaginem Veneris.

Emersam pelagi nuper genitalibus undis  
 Cyprin Apellei cerne laboris opus:  
 Vt complexa manu madidos salis aequore crines  
 Humidulis spumas stringit utraque comis!  
 5 Iam 'tibi nos ipsae' Iuno inquit et innuba Pallas  
 'Cedimus et formae praemia deferimus.'

#### X. Aliud de uxore.

Deformis uxor cui sit, ancilla elegans,  
 Vxorem abigere, subigere ancillam uelit.

VII sic inscribit V: Idem P || 2 *puto* munera || 3 se *scripsi*:  
 pes V pede P

VIII (= *Aus. epigr.* 43; cf. *Anth. gr.* XVI 174 || 1 lacede-  
 mone P || 2 Vis nē *scripsi*: Vis ne PV Visne ut *uulgo*)

IX (= *Aus. epigr.* 106; cf. *Anth. gr.* XVI 178) sic inscribit  
 V: In Venerem Anadyomenem P || 5 ipsae *scripsi*: i prae PV  
 Cypri *Aldina* | inquit *om. P* || 6 Caedimus P | deperimus V  
*disperimus P*

X (= *Aus. epigr.* 142) sic inscribit V: De uxore P || 2 abigere  
*scripsi*: habere PV

## XI. De uarietate fortunae.

Fortuna numquam sistit in eodem statu:  
Semper mouetur, uariat ac mutat uices  
Et summa in inum uertit ac uersa erigit.

## XII. De eodem exemplum.

Thesauro inuento qui limina mortis inibat  
Liquit ouans laqueum, quo periturus erat.  
At qui quod terrae abdiderat non repperit aurum  
Quem laqueum inuenit nexuit ac periit.

## XIII. In puerum Stellam.

Stella, prius uiuis fulgebas Lucifer, at nunc  
Extinctus cassis lumine Vesper eris.

## XIII. De amissa puella.

Tres fuerant Charites, sed, dum mea Lesbia uixit,  
Quattuor; ut periit, tres numerantur item.

## XV. De diuite et paupere.

Non est diues opum diuus nec pauper inopsque  
Infelix, illo nec magis alter eget.  
Diues eget gemmis, cereali munere pauper:  
Sic cum egeant ambo, pauper egens minus est.

XI (= *Aus. epigr.* 143) sic *inscr.* V: De fort. uar. P || 1 nunquam PV || 2 ac V: et P

XII (= *Aus. epigr.* 22; cf. *Anth. gr.* IX 45) sic *inscr.* V: De uarietate fortunae P || 4 ac V: et P

XIII (= *Aus. epigr.* 144; cf. *Anth. gr.* VII 670) *tit.* In puerum stellam V: In stellam P || 1 uiuis *scripsi*: uisis V superis P

XIII (= *Aus. epigr.* 121; cf. *Anth. gr.* IX 515 et 516) || 1 carites V || 2 ut] at P ac V

XV (= *Aus. epigr.* 134) || 1 diuus *scripsi*: diues P felix *Peiperus* || 2 Infoelix V | illo *scripsi*: alio PV || 4 Sic qum (*sic*) V: Sed cum P

## XVI. In grammaticum.

Felix grammaticus non est, si nec fuit unquam  
Nec quisquam est felix nomine grammaticus;  
Vel si quis felix praeter fatum extitit et fas,  
Sic demum excessit grammaticos canonas.

## XVII. Epicuri opinio.

Quod est beatum, morte et aeternum carens,  
Nec sibi parit negotium nec alteri.

## XVIII. De ingratis ex Menandro.

Ingrato terra peius homine nil creat.  
Vicinus, hospes notus ignotus, cliens  
Et si qua genera sunt egentum ciuium:  
Si quid petenti promptus opis impertias,  
Cum misereare, gratia in totum perit.

## XVIII. Ex eodem.

Re frueri ut natus mortalis, dilige set rem  
Tamquam immortalis: norma est in utroque sequenda.

XVI (= *Aus. epigr.* 136; cf. *Anth. gr.* XI 279) || 1 Foelix *semper* V | non P | si (= *siquidem*) *scripsi*: sed PV | unquam PV || 2 *puto* numine || 3 Vel *scripsi*: Sed PV At *uulgo* | et fas V: unquam P || 4 Sic *scripsi*: Hic PV Is *uulgo*

XVII (= *Aus. epigr.* 116) || 1 Quid P || 2 negotium PV

XVIII (= *Aus. epigr.* 140; cf. *Stob. flor.* p. 31, 11) || 1 homine *ante* terra PV, *post* peius *traieci* (N. h. t. p. i. c. *uulgo*) | nihil PV || 3 egentum *scripsi*: et genus PV (genera ciuium sunt id genus *Gronouius*) || 5 Cū *scripsi*: Aut V Vt P | miserear P | in totum *scripsi*: aut totum PV *actutum uulgo*

XVIII (= *Aus. epigr.* 145; cf. *Anth. gr.* X 26) sic *inscribit* V: Ex Menandro P || 1 natus *uulgo*: mens PV | diligis et rem PV || 2 immortalis P | norma *scripsi*: fama V mors P sors *uulgo* | sequenda *scripsi*: querenda V quaerenda P uerenda *uulgo* | quae iam *secuntur in solo P existant*

## XX. In Furippum.

Pars te Furippum uocitat, pars uero Furippum,  
 Altera producens, altera corripiens.  
 Elige utrum malis: aut tende aut corripe: nomen  
 Conueniet quauis, fur furiose, tibi.

## XXI. In Faustulum staturae breuis Anici Proбини.

Faustulus insidens formicae ut magno elephanto  
 Decidit et terrae terga supina dedit,  
 Moxque idem ad mortem est mulcatus calcibus eius,  
 Perditus ut posset uix retinere animam;  
 Vix tamen est fatus: 'quid rides, improbe Liuor, 5  
 Quod cecidi? cecidit non aliter Phaethon.'

## XXII. In Medeae imaginem.

Medeam uellet cum pingere Timomachi mens  
 Voluentem in natos crudum animo facinus,  
 Immanem exhaustit rerum in diuersa laborem,  
 Fingeret adfectum matris ut ambiguum 5  
 (Ira subest lacrimis, miseratio non caret ira:  
 Alternum uideas ut sit in alterutro),  
 Cum tandem: 'satis est. en digna est sanguine mater  
 Natorum, tua non dextera, Timomache!'

XX (= *Aus. epigr.* 115) || 1 uera P || 4 quauis P: quoduis  
*wulgo*

XXI (= *Aus. epigr.* 122; cf. *Anth. gr.* XI 104) *tit.* Anici,  
*sic* P || 5 Vix e priore uersu ortum; nam Ae? | liuor *Accursius*:  
 liber P || 6 alter P

XXII (= *Aus. epigr.* 129; cf. *Anth. gr.* XVI 136) || 4 ad  
 factum P || 5 lachrymis P || 6 Alternum P: Alterutrum *wulgo* ||  
 7 Cum tandem *scripsi*: Cunctantem P | en digna *scripsi*: in-  
 digna P condigna uel nam digna *Accursius*

## XXIII. Aliud in eandem.

Quis te pictorum simulauit, pessima Colchis,  
 In natos crudum uoluere mente nefas?  
 Vsque adeone sitis puerorum haurire eruorem,  
 Ut ne picta quidem parcere caede uelis?  
 5 Num iam te zelus stimulat? nunc alter Iason,  
 Altera uel Glauce sunt tibi causa necis?  
 Quin ne picta quidem sis barbara! namque tui uim  
 Cera tenax zeli concipit immodicam.  
 Laudo Timomachum, matrem quod pinxit in ense  
 10 Cunctantem, prolis sanguine ne maculet.

## XXIII. De Penelope.

Intemerata procis sum tot seruata per annos:  
 Oscula uix ipsi cognita Telemacho.  
 Ut mea uirginitas facibus tibi fluxit adultis,  
 Arsit et in uidua principe uerus amor.  
 5 Saepe ego mentitis tremui noua femina somnis  
 6 Lapsaque non merito sunt mihi uerba sono;  
 9 Nam tibi anhelanti consuetaque bella mouenti  
 10 Paruit indulgens et sine uoce calor:  
 Dente nihil uiolare fero, nihil unguibus ausae  
 12 Foedera cum tacita pace peregit amor.

XXIII (= *Aus. epigr.* 130; cf. *Anth. gr.* XVI 137) || 3 adeo  
 meritis P || 4 picta] puta P || 5 Num iam *scripsi*: Num nam P  
 Numnam *wulgo* | zelus *scripsi*: pellex P | nunc *scripsi*: nun P  
 numme *wulgo* || 7 picta] puta P | tui uim *wulgo*: tui mens P  
 tumentis *Accursius* || 8 Cera — zeli *Accursius*: Creta — geli P  
 9 ensem P, *corr. Gronouius* || 10 ne] si *Gronouius*

XXIII (= *Aus. epigr.* 135) || 1 sum (uel eo) *scripsi*: et P  
 3 Ut *scripsi*: Hinc P | fluxit *scripsi*: lusit P luxit *G. Canterus*  
 4 in uidua *Heinsius*: inuidia P || *uu.* 7 et 8 post 12 *traieci*  
 9 consuetaque *scripsi*: supremaque P | 10 calor *scripsi*: dolor P  
 11 ause P || 12 cum (uel iam) *scripsi*: nam P

Et tamen ignotos sensi experrecta dolores 7  
 Strataque tentavi sicca pauente manu; 8  
 Denique non auiam tremulo clamore uocauit, 13  
 Nec prior obsequio serua cucurrit anus:  
 Ipsa uerecundo tetigi pallore tapeta 15  
 Impositum teneri fassa pudoris opus.

**XXV. De fratribus Thebanis.**

Nec Stygiis lucis ineunt sua foedera fratres  
 Oedipodionidae, de misero a! miseri.  
 Nam geminae ex uno surgentes aggere flammae, 9  
 In diuersa simul dissiliunt cineres.  
 Infandos iuuenes! quos nec discordia cassos 5  
 Luce nec in semet linquit atrox animus.  
 Atque utinam et Thebas scissent partirier ipsas  
 Regnorum ex metis, ut cinerum nebulas!

**XXVI. De discendo.**

Discere si cupias, doctus, quam multa licebit,  
 Quae nosti meditando uelis inolescere menti;  
 Quae didicisti haut dum, discendo adsumere tendas.

7 experrecta P || 15 tapeta (-tum) scripsi: puellas P || finem huius epistulae deesse puto (fragmentum esse hoc carmen iam intellexit Sealiger)

XXV (= *Aus. epigr.* 139; cf. *Anth. gr.* VII 396) || 2 ah P || 3 Nam geminae scripsi: Namque etiam P || 4 simul scripsi: sui P | cineres P: cineris uulgo || 7 scissent scripsi: quissent P (at si uoluissent, potuere) || 8 ec metis scripsi: et metus P et metas uulgo

XXVI (= *Aus. epigr.* 141) tit. De discendo scripsi: De Demosthene P errore ridiculo || 1 si cupis a doctis *Graevius* || 3 aut dum P | discendo P: dicendo uulgo | absumere P, corr. *Tollius* || sequentia carmina inter *Ausonii epigrammata et epigraphia* exhibet P

**XXVII. De bucula Myronis.**

Errasti attentans haec ilia nostra, iuence:  
 Non manus artificis lac dedit uberibus.

**XXVIII. De eadem.**

Pasce greges procul hinc: ne, quaeso, bubulce, Myronis  
 Aes, ueluti spirans, bobus in exagites.

**XXVIII. De eadem.**

Me uitulus cernens immugiet, irruet in me  
 Taurus amans, pastor cum grege mittet agens.

**XXX. In saltatorem ineptum.**

Idem, qui Nioben saltauit saxeus, ut tum  
 Spectator ueram crediderit Nioben,  
 In Canace uisus multo felicior ipsa,  
 Quod non hic gladio uiscera dissecuit.

**XXXI. De eodem.**

Daphnen et Nioben saltauit simius idem,  
 Ligneus ut Daphne, saxeus ut Niobe.

XXVII—XXVIII (= *Aus. epigr.* 61—63; cf. *Anth. gr.* IX 721, 715, 730) || XXVII De eadem inscribit P (scil. post *Aus. epigr.* 60) || 1 attentans scripsi: attendens P || XXVIII 2 bobus in scripsi: cum bobus P || XXVIII 2 agens uulgo: amans P

XXX (= *Aus. epigr.* 84, 3—6; cf. *Anth. gr.* XI 254) praemittit P *Ausonii uersus geminos epigr.* 84, 1—2 || 2 Spectatur — Niobem P

XXXI (= *Aus. epigr.* 85; cf. *Anth. gr.* XI 255)



## XXXII. Ad Deliam lasciuientem cultu.

Delia, nos miramur. et est mirabile, quod tam  
 Dissimiles estis tuque sororque tua:  
 Haec habitu casto, cum non sit, casta uidetur;  
 Tu praeter cultum nil meretricis habes.  
 Cum casti mores tibi sint, huic cultus honestus, 5  
 Te tamen et cultus damnat et actus eam.

## XXXIII. Ad Gallam.

Vado, sed sine me, quia te sine; nec nisi tecum  
 Totus ero, pars cum sim altera, Galla, tui.  
 Vado tamen, sed dimidius; vado minor ipso  
 Dimidio, nec me iam locus unus habet.  
 Nam tecum indiuisus ero: quocumque recedam, 5  
 Pars ueniet mecum quantulacumque mei.  
 Separor unus ego, sed partem sumo minorem  
 Ipse mei: tecum pars mea maior abest.  
 Si redeam tibi, totus ero: pars nulla uacabit,  
 Quae mox non redeat in tua iura. uale! 10

## XXXIII. De Niobes sepulcro.

Habet sepulcrum non id intus mortuum,  
 Habet nec ipse mortuus bustum super,  
 Sibi sed ipse est et sepulcrum hic mortuus.

XXXII (= *Aus. epigr.* 104) De Deliam lasciuientem cultu  
 inscribit P, correxi (De Delia lasciuiente e. *uulgo*) || 3 abitu P

XXXIII (= *Aus. epigr.* 105) || 5 indiuisus scripsi: fere  
 totus P, quod et metrum et sententia interpolatum indicat ||  
 6 quantulacumque P || 7 summo P || 8 abest scripsi: abit P

XXXIII (= *Aus. epit.* 29; cf. *Anth. gr.* VII 311) De Eodem  
 Trimeterum iambicum inscribit P post *Ausonii epit.* 28 ponens ||  
 1 id] an hoc? || 3 Sibi sed est hic ipse sepulcrum et mortuus  
 P, correxi

## XXXV. Epitaphium Callicrateae.

Viginti atque nouem geniti mihi Callicrateae:  
 Nullius sexus mors mihi uisa fuit;  
 Sed centum et quinque expleui bene messibus annos,  
 In tremulam baculo non subeunte manum.

XXXV (= *Aus. epit.* 34; cf. *Anth. gr.* VII 224) || 1 geniti  
 mihi scripsi: genitrici P || 2 puto rariorem genitrici formam  
 fraudi fuisse librariis scribendumque Nulli ulli sexus m. m.  
 maesta f. (an Nulli utriusque secus?) || 3 mēsisibus P, corr.  
 Aldina || 4 In tremula P, corr. Aldina

## LI.

## INCERTI PASIPHAES FABVLA.

Filia Solis  
 Aestuatur igne nouo  
 Et per prata iuuenam  
 Mentem perdita quaeritat.  
 Non illam thalami pudor arcet,  
 Non regalis honor, non magni cura mariti. 5  
 Optat in formam bouis  
 Conuertitur uultus suos  
 Et Proetidas dicit beatas  
 Ioque laudat, non quod Isis alta est,  
 Sed quod iuuenae cornua in fronte eleuat. 10  
 Si quando miserae copia suppetit,

(B. III 232, M. 997, Wernsd. III p. 393) extat in V(ossiano L. Q. 33: cf. uol. III p. 105) fol. 133 post Rufinum de metris et dnumerationem metrorum Horatianorum sic inscriptum Idem (.i. isdem Horatianis) metris pasiphens incipit fabulam, ita ut pedes semper distinguantur; praeterea in libro quodam Reginensi inuenit Heinsius; tertio codice usus est Binetus. Rufino grammatico post Dousam multi uindicauere || 2 nouo ex nouos V || 3 pratra V || 5 thalamsi V (scil. s ex distinctione ortum) || 6 honos V, sed corr. m. 1; honos Regin. || 8 uoltus Binetus || 9 protidas V praetidas Regin., Binetus || 10 Loque V | Isis alta est om. Binetus; alma Heinsius || 11 iuuenca Dousa | cornua in Binetus: cornu Regin. cornil V (unde cor nihil Cruquius) | fronte Patissonus: fortē V Regin. frontem Binetus | eleuat Regin.: leuat V || 12 misereres V

Brachiis ambit fera colla tauri  
 Floresque uernos cornibus illigat  
 15 Oraque iungere quaerit ori.  
 Audaces animos efficiunt tela Cupidinis  
 Inlicitisque gaudet:  
 Corpus includit tabulis efficiens iuuenam,  
 Et amoris pudibundi malesuadis  
 20 Obsequitur uotis et procreat (heu nefas) bimembrem,  
 Cecropides iuuenis quem perculit fractam manu,  
 Filo resoluens Gnosiae tristia tecta domus.

13 feras copia tauri (sic) V || 14 quae V || 16 efficiunt V || 17 Illiceisque Wernsdorfus | gaudent Bentleius || 18 includi Dousa | stabulis Binetus | se faciens Dousa effigies (iuuenae) Bin. effigians Oudend. || 20 uetis est V | et est (om. procreat) Binetus | bimembre V Bin. || 21 Caecropidae — manus Bin. | fractum V || 22 Filio — gnosie V (Gnosiae Bin.)

Nam laudis fructum talia damna ferunt.  
 Sic tot consumptas seruant spectacula gazas,  
 Festorumque trium permanet una dies,  
 15 Asteriumque suum uiuax transmittit in aeuum,  
 Qui partas trabeis tam bene donat opes.

12 ferunt *Meyerus*: serunt **M** || 16 partas *Heinsius*: par-  
 cas **M**

LII.

## ASTERII.

Distinexi emendans, gratum mihi munus amici  
 Suscipiens, operi sedulus incubui.  
 Quisque legis, parcasque benignus,  
 Siqua minus uacuis praeteriit animus  
 Tempore, quo penaces circo subiunximus atque 5  
 Seenam euripo extulimus subitam,  
 Vt ludos currusque simul uariumque ferarum  
 Certamen iunctim Roma teneret ouans,  
 Ternum quippe 'sofos' merui, terna agmina uulgi  
 Per caueas plausus concinuere meos. 10  
 In pretium famae census iactura cucurrit,

(B. II 187, M. 281) *ecstat in celeberrimo Vergilii codice M (ediceo) a manu saec. VI uel VII; cf. Ribbeckii prolegg. p. 222 sq., qui et Vergilii sui uol. IV in fine uersuum, quales nunc in M leguntur, imaginem exhibuit, quam uide; melius ductus nunc euandidos olim distinguere potuere: cf. Foggini, 'Vergilii codex antiquissimus' p. 13. inscribit M ita: Turcius Rufius Apronianus Asterius uē et inl. ex com. domest. protect. ex com. priū. largit. ex praef. urbi patricius et consul ordin [anno 494] legi et distinexi codicem fratris Macharii uē non mei fiducia sed eius cuius [sic Heinsius: cui si M] et ad omnia sum deuotus arbitrio XI Kal. Mai. Romae || 3 benigne (us supra alt. e) M || 3 et 4 post 16 in M, sed signo adiecto iam non conspicuo uerus ordo restitutus || 5 penaces pro pinaces; cf. O. Iahnus de subscript. p. 348 || 6 puto de euripo || In quāestum M, margo prētium*

## AEGRITUDO PERDICAE.

Die mihi, parue puer: numquam tua tela quiescant?  
 Non sat erant frondes, non undae nec fera nec fons?  
 Non Satyrus, non taurus amans, non ales et imber?  
 Non tristes epulae, post quas petit aera Tereus?  
 Hoc tibi restabat postremum, saeue Cupido, 5  
 Quod dirum in matris iuuenem compellis amorem!  
 Muta, precor, flammam alioque intende sagittas:  
 Quid possit nosti pietas et, perfide, mater,  
 Est Paphiae quam triste decus arcere furorem.

*Aegritudo Perdicae, ignoti quidem sed procul dubio Africani poetae Dracontii fere aequalis fetus, a me primo edita est in libello inscripto 'Unedirte lateinische Gedichte' (Lipsiae 1877) ex codice Harleiano 3685 saec. XV, quem cum E. M. Thompson mihi descripsisset postea iterum ipse contuli (unde in hac editione locis nonnullis apparatus correxi). post me ad textus foede corrupti nec ab uno homine perpoliendi emendationem symbolas contulerunt E. Rohdus (libelli mei append. p. 46 sqq.), Conr. Rossbergius in F'leckeis. ann. 1878 p. 428 sqq. et 1881 p. 357 sqq., R. Ellisius in Anglorum diariis philol. VIII p. 226 sqq. || Incipit egritudo perdicae H || 1 quiescent ne conicias uetat constans Africanorum usus coniunctiuum pro futuro ponentium || 2 saterant H || 3 satirus — alis H || 4 post scripsi: per H; cf. Nemes. Cyn. 33 sq. | aera ethereus H; an aethera Tereus? || 5 Hoc ubi testabat H, correxi || 6 Quod ego: At H Ah Rohdus Ad dirum matris Rossbergius || 7 aliasque H, correxi || 8 perfida H, corr. Rohdus || 9 Sit idem; sed cf. Dracont. V 86; X 536 | decus H; conieci deae marcere furore*

10 Claudite nunc animos miserandaque pectora, matres,  
 Nec scelus hoc uestras iteratum polluat aures,  
 Ne nos sollicitas temptet dolor iste nefandus

\* \* \*

Viderit ac simili poena commissa recuset.  
 Namque omnes superos et cetera templa deorum  
 15 Ture pio sacroque mero uotisque colebat,  
 Oblitus Veneris puerique oblitus Amoris.  
 Hinc offensa dea est, haec diri causa furoris;  
 Hinc quoque partus amor redeunti ad tecta parentum,  
 Infelix Perdica, tibi (nam nuper Athenas  
 20 Venerat et studiis animos praebat et aures);  
 Hinc quoque regreditur matris periturus amore.  
 Infelix qui Cecropias nunc deserit arces,  
 Iam praeda est Veneris, iam flammis atque sagittis  
 Armatus tenuit seruans iter omne Cupido.  
 25 Lucus erat uariis in frondibus undique septus,  
 Quem Phoebi Daphne foliis diffusa tenebat  
 Et myrtus Paphies, speciosi testis Adonis,  
 Egrediturque solo fundens sua brachia pinus  
 (Hac Phrygius pastor spernens in amore Cybeben  
 30 Desertusque uiro per tympana plangitur Attis).  
 Fonsque regit medio mota per gramina lapsum:

10 matres ego: matrum (rum compend.) H || 11 iterato pollulat H, correxi || 12 Ne nos ego: Neue H || nulla lacuna in H || 13 recussit H, correxi || 14 cetera ego: terrat H || 15 Tu te pro sacroq; H, correxi || 16 amore H, correxi || 17 diri ego: diri H || 18 redeunte H; fortasse ad delendum || 19 Infoelix perdica perdica tibi — athenas H || 20 malim animum || 21 Hinc quoque e n. 18 repetitum putat Rohdus; ego totum u. 21 abiecerim || 22 ceuropeas H || 24 Armatus scripsi: Arma tn (= tamen) H || 25 in] num en? ibi Rossbergius (sed ubi?) || 26 Quae phebi solus dafnae diffusa H, correxi etiam alia (ut Phoebi luctus) coniciens || 27 mirtus H | tectis H, correxi || 28 puto Erigiturque || 29 Hanc frigidus — ebebe H, correxi || 30 an Desectusque uirum? | ptim pana H || 31 Fons que H | riget ego olim rigat Ellisius mota — lapsum (uel motum — lapsus) Rohdus: nota — lapsa H tota — lapsus ego olim rorans — lapsa Ellisius

Illis dispersi flores mixtique colores  
 Ostendunt, Veneris quid amor; nam candidus illic  
 Flos Narcissus amat ueteris uestigia fontis  
 Et rosa purpureum spargens per prata ruborem, 35  
 Seu Veneris eruor est seu flamma Cupidinis ista  
 (Nescio, sed gratus memini quia seruit amori);  
 Hunc lucum Filomela tenet: circumuolat alis  
 Et dulcis queritur fetus suspensaue ramo

\* \* \*

Lucus Amoris: erat delapsus ab aethere pinnis; 40  
 Namque illi conquesta Venus mandauerat ignis.  
 Paruit imperio matris pharetramque sagittis  
 Plenam fundit humi tollitque e pluribus unam  
 'Hoc telum est' dicens 'olim quo Iuppiter auro  
 Decidit et Danaen fuluo compressit amore. 45  
 Est' (aliud tollit) 'Ledam hoc quo cygnus amauit,  
 Antiopam Satyrus tenuit. iam fessa sagittast.  
 Quo, Perdica, tibi calamo firmemus amorem?  
 Vulnere iam nostrae ueteres fecere sagittae;  
 Nunc noua uisenda est'. dixit riuumque secutus 50  
 Quaerit arundineas scrutatus limite siluas.  
 Nec mora nata deo est: namque obuia uenit arundo,  
 Quam puer excissam totis radicibus aufert.  
 Et primo mollis eradit pumice libros,  
 Post nolucri cupiens uibramine abire sagittam 55

32 Illis scripsi: Illic H e u. seq. | dolores colores H ||  
 33 quis ego olim || 34 ueteris ego: ueneris H || 35 an spargit ?  
 roborem H || 37 gratum H, correxi || 38 locum filo mella H, cor-  
 rexi || 39 quaeritur H || sine lacunae indicio H; totidem quot post  
 12 us. periere || 40 ab om. H, addidi || 41 illi ego: illa H ||  
 42 pharetaq; H || 44 telo — solim H, correxi || 45 danae H ||  
 46 Est Rossbergius: Ast H | leda hoc quod cignus amabit H,  
 correxi || 47 Antiopasatorus — sagittas H, correxi || 48 Quo  
 ego: O H || 49 ueteres ego: uetera H || 50 riuumq; H || 52 nata  
 Ellisius: nota H longa uel multa ego mora; nota deo namque  
 Rossbergius || 53 Quem puer excussam tutis H, correxi || 55 ui-  
 bramine abire scripsi: uibrā librare H fibra librare Rossbergius

Pinnam de propriis ardentibus abscidit alis  
 Et religat cera, possit quo certa tenere  
 Quod temptabat opus; et Amoris pluma tenebat.  
 Iam sol emenso radios librauerat ortu  
 60 Atque diem sexta magnum discreuerat hora:  
 Omnia per terras animalia fessa calore  
 Sideris aestiferi frondis sub tecta subibant.  
 Ad lucum Perdica uenit fessusque labore  
 Inriguas respexit aquas lymphasque recentes  
 65 Vmbriferumque nemus, mixtos per gramina flores.  
 Ingressus postquam est lucos Perdica rigentes,  
 Talibus est uerbis socios aut uoce secutus:  
 'O socii, uestro iustum si corde uidetur,  
 Defessos artus ac membra calore grauata  
 70 Hic poterit releuare locus: nam frigida fontis  
 Vena fluit, flores sunt hic, hic dulcia prata'.  
 Heu, Perdica, grauis aestus radiosque micantes  
 Solis te fugisse putas lucosque petisse

. . . . .

Ignoras: intus grauior tibi flamma paratur!  
 75 Sic postquam fatus, fusi per gramina terrae  
 Accipiunt epulas et dulcia dona Lyaei,  
 Post somno reparant uires. tunc aliger ille  
 Paruit officio mutatusque ore Cupido

57 relegata cera possit quoq; cera H, correxi || 58 Quo H,  
 correxi | tenebat (olim calebat) ego: celebrat H; sedebat Ross-  
 bergius || 59 sole menso radiis l. orbē H, correxi (orbe mirifice  
 Ellisius) || 60 sextam agnū d. ortā H, correxi || 62 frondi (sic)  
 H, correxi || 63 locum H || 64 Inriguas ego: Infimas H Inlimes  
 Rossbergius | nimfasq; regentes H, correxi || 67 sotios H || 68  
 sotii H || 69 ac ego: haec (sic) H || 70 fontes H || 71 hic semel H,  
 duplicauit || 73 Sol iste f. putos H, correxi || sine lacunae signis  
 H; illud lucosque cum requirat attributum (ueluti Igne uacuos),  
 olim u. 74 Ignanos scripsi pro Ignoras (Ignorans ad priora  
 trahens non melius Rohdius) || 74 tibi grauior H, traieci || 75 fa-  
 tus ego: factus H || 76 aepulas H | Lyaei ego: lexi H (an et  
 lacehi d. d. ?) || 77 somnos — uirescunt; tunc H || 78 mutaturq;  
 H, correxi (etiam mutatoq; coniciens)



Castaliam reddit Perdicae nomine matrem  
 Complexusque dedit per somnia tristis imago 80  
 Et saeuo iuuenem confodit pectora telo.  
 Qui postquam somno miser est deceptus acerbo,  
 Ardet in incestum pueri stimulante figura 83  
 (Matris enim in uiso carae dinoscere uultus 85  
 Non poterat, quam paruus adhuc dimiserat olim,  
 Cum peteret diuae doctissima templa Mineruae); 87  
 Ingrediturque suae regalia limina matris. 84  
 Continuo natum famulae uenisse parenti 88  
 Castaliae dixere suum: pietatis honore  
 Illa memor tanti uenienti est obuia facti 90  
 Osculaque aequa dedit materni plena doloris. 91  
 Quam miser ut uidit, suscepit uulnere curas; 94  
 Et quotiens iuuenis iterata est mente figura 92  
 Vel quotiens pulsante deo noua forma secuta est, 93  
 Haesit et insano obstipuit deceptus amore. 95  
 'Heu, ego quam uidi per somnia tristia demens,  
 Mater eras? aut ista tibi par fertur imago?

79 Perdicae reddit castaliam H, traieci (R. C. P. maluit Rossb.) || hic secuntur in H uu. 240—260, sed expuncti || 81 saeuo Rossbergius: suo H (Atque suo ego olim) | iuuenem confodit H, correxi || 82 aceruo H || 83 incestu puero simulante figura H, correxi (praeterea puero simulante figuram coniciens) || 84 post 87 traieci || 85 enim in uiso carae scripsi: et in misere care H enim miserae caros ego olim et inuisae caros Rossbergius || 87 an tecta? || 84 regali alimina H || 89 Castaliae dixisse H, correxi | amore Rossbergius || 90 memoranti H, correxi; an memor nati — facta? || 91 Osculaq. aequa (i. e. beniuola) scripsi: Oscula quaeque H (olim quoque dedi coll. Dracont. VIII 637, X 439) | maternae H, correxi | decoris Rohdus || 92 et 93 post 94 traieci (post 81 posuit Rossbergius) || 94 uulnere curas scripsi: uulneris ora H uulnera cordis olim temptaui uulnera dira Rossb. || 92 Et ego: Sed H Heu Rossbergius | iterata est m. f. ego: mutata m. f. est H mutata est m. f. Rohdus mutata in m. f. est Rossb. || 95 Haesit et scripsi: Hesitat H | num sti- puit? cf. Orest. trag. 699 || 96 Heu ego: Sed H | per ego: quae H || 97 eras Rossbergius: erat H | par fertur scripsi: paretur H par extat Rossb.

Est sed caeca . . . . .  
 Nam fari scelus est, est admissi quoque crimen?  
 100 Talia constanter secum Perdica locutus.  
 Sed nox umbriferis per caelum roscida pinnis  
 Presserat aerios fugientis solis honores  
 Cunctaque per terras animalia pressa sopore:  
 Solus ibi dulci numquam Perdica quieti  
 105 Tradidit assiduis ardentia lumina flammis.  
 Nox ipsi maesta est: uigilat metuitque tepetque,  
 Suspirat numquam requiem daturus amori.  
 Omnia fessa domat caelestia sidera somnus,  
 Flumina quoque tenet nec non maris imperat undis,  
 110 Corpora uel modicam compellit adire quietem:  
 Pro dolor! hoc scelus est soli uigilantis amori:  
 Tunc quoque Perdicae premit *urguens* igne Cupido,  
 Ut possit sic ferre uicem. nam fulmine tactus  
 Ardebat miser; et ducens suspiria cordis,  
 115 Quae puer edocuit mortales cire Cupido,  
 Tales tristificas reddit de pectore uoces:  
 'Nox sceleris secreta mei, nox conscia cladis,

98 lacuna relicta in H; etiam post 98 plura periisse uidentur || 99 est semel H, duplicaui || 101 Sed] num iam? || 102 Praesserat H | puto aetherios || 104 Solus ibi Rossbergius: Soli tibi H Solum te ego olim ad noctem referens (unde 104, 105 post 110 et 106, 107 post 111 traiecit Rohdus, 108—110 post 102 Rossb.) || 105 assiduis — flammis Rossbergius: ardentis — flammis H (flammans ego olim noctem intellegens); an horrendis praestat? || 106 est addidi | mediumq; tenetq; H, correxi || 107 daturus] cf. L. Muellerus d. r. m. p. 349 (laturus male Ellisius et Rossbergius; melius capturus) || 109 quaeque Rossb. aquasque Ellisius || 110 modica compellata dire H, correxi (compellat errore proecdosis) || 112 perdicā (sic) premit igne H, suppleui (olim diro premit temptaui; Tum saeuus quoque Rossb.) || 113 sic ferre (uel refferre) uicem ego: nec ferre uocem H n. f. facem Rohdus n. f. iacens Rossb. || 114 et om. H, add. Rossbergius || 115 immortale scire H, corr. Rohdus || 116 Tristificas scripsi (Tristiferas non ausus): Triste feras H Triste fremens Rossb. || 117 secretam ei H

Soli me commendo tibi nostrumque furorem.  
 Tu nosti quid possit Amor: sine te nihil ille,  
 Seu Veneris pars es tu seu Venus aut Venus in te est: 120  
 Des requiem miserando, precor, et posse fateri.  
 Set matri narrabo? nefas! tamen ibo coactus: 122  
 Credamus! quid? hoc poteris componere uerbis, 124  
 Aut uox qualis erit? adgressus namque parentem 125  
 Mater, aue' dicturus ero. quid deinde? — tacebo! 123  
 Oedipodem thalamos matris uult fama subisse 126  
 Incestosque toros: satis est quod nescius ista  
 Commisit culpamque tulit licet ille nefandam  
 Exegit, sese priuat dum lumine, poenam.  
 Talis Perdicaem per noctem cura premebat, 130  
 Et proprium miserando nefas fit causa laboris.  
 Iamque dies ortus clarior: nudauerat orbem  
 Et radiis Titan noctis disperserat umbras:  
 Deficiunt iuueni paulatim fortia membra,  
 Decoquiturque amor, cunctos qui continet artus; 135  
 Namque undas Cereremque negat uictumque ciborum.  
 Tunc quoque sollicitam monuit maestamque parentem  
 Maternae pietatis honos, famulosque uocauit  
 Ad sese iussitque artis circum medicinae  
 Primores qui forte forent adducere secum. 140

119 post ille H addit Cupido; quam glossam eiecti || 120 es tu seu ego: est seu H (est seu tu Venus *Ellisius*) || 121 Des ego: Dis H | praecor — fatiri H || 122 Set (olim En) scripsi in interpunctione *Rohdium* secutus: Et H At *Ellisius* || 123 post 125 traiecit *Rohdium*, qui Cedamus uoluit || 124 puto poterit (uox) || 125 nox H, *correxi* | an congr. nempe? || 126 Et ipodent calamus H, *correxi* | uult] an fert? || 127 Incestusq; torus H, *correxi* || 128 illi H | priuat dum lumine ego: priuato lumine H (olim de se priuatus scripsi) || 130 noctu — praemebat H || 131 miseranda H, *correxi* | fit causa ego: incesta H || 132 possis clarum || 133 radus — undas H, *correxi* | Titan *Rossbergius*: cita H tacitas ego olim || 134 fortia ego: forsita H || 135 qui ego: q; H || 137 sollescit amonuit H, *correxi* || 138 famulatusq; uocabit H, *correxi* || 139 artis medicinae requiri H, *correxi*

Iussa citi peragunt: uitae uenere magistri  
 Ingressique fores adque abdita tecta iacentis  
 Inueniunt iuuenem postrema clade grauatum.  
 Et primum quaerunt, quae causa laboris inesset;  
 145 Post uena est temptata; sed haec pulsusque quietus:  
 Esse negant causas uitati corporis illic,  
 Sed iecur et splenis temptata cubilia et atri  
 Fellis. quae metuenda domu? sunt omnia sane  
 Per proprium digesta larem, sunt cuncta quieta  
 150 Et uitae deuota suae, sed dira procella  
 Mente latens caecos urgebat pectore coeptus.  
 Hippocrates illic fuerat qui forte uetustus  
 Ac uitae spatio longum qui ceperat usum,  
 Restitit ac secum docto sermone locutus:  
 155 Quid, medicina, taces? rationem redde petenti.  
 Non isti calor est pulsus nec uena minatur.  
 Nam sacrae partes, quibus omnis uita tenetur,  
 Discordare parant, tum mox elementa resoluunt,  
 Quae faciunt hominem, dum quattuor ista ligantur.  
 160 Stridenti gremio uiuaces inpedit auras.  
 Non omenta suas per mollia uiscera sedes  
 Conseruant, non corda uagi pulmonis anhelant

142 iacentis (uel cubantis) ego: caciantis H facentes uel silentes *Rossb.* cacantes *Ellisius* || 144 inessit H || 145 est om. H, add. *Rohdium* | sed haec *Rossbergius*: sedes H sedet *Rohdium* | pulosq; H, *correxi* || 146 uiciati H || 147 iecur H | temptanda cubilia patri H, *correxi* || 148 Quae fellis m. domus s. o. sana H, *correxi* (*Rossbergius* seruatis temptanda et sana maluit parte Qua fellis m. domus *improbabiliter*) || 150 sed dira ego: sidera H || 151 coeptus ego: coetus H (quod olim pro coitus accepi, unde coitus — caecos *Rossb.*) || 152 Yppocratis H | suberat *Rossbergius* || 153 spatiorum l. q. coeperat H, *correxi*; num praeterea longo? (uetustas Ac u. spatium l. cui fecerat u. *Rohdium*) || 154 ac (uel et) ego: adque H || 155 racione H || 156 nun post 160 traiciendus? | pulso H, *correxi* || 158 parent cu m. e. resoluunt H, *correxi* || 159 ligantur ego: legantur H (faciunt habet) || 161 Non omenta *Ellisius*: Momenta H | sua sp m. u. sedis H, *correxi* || 162 Conseruant addidi (olim Non fibrae): om. H Ex-

Intersepta sero, non ilia concita coxis  
 Incutiunt saeuos iaculataque saepe dolores:  
 Displicet os, colum, quod sunt suspiria longa. 165  
 Sic fatus fessae scrutatur conscia uenae.  
 Ingreditur mater. tum, quae fuit ante tenenti  
 Mitis et in lentos motus aequaliter acta,  
 Improbiter digitos quatiens pulsatibus arguet,  
 Sic mentis confessa nefas. magnusque uirorum 170  
 Inuenit Hippocrates, quae pectore clausa fuere,  
 Et tali sequitur miserandam uoce parentem:  
 'Causas mater habes: medicinae munera cessant.  
 Hic animi labor est: hebeo. iam cetera di dant!'  
 Talia fatus abit. matrem noua cura premebat 175  
 Per uarios diuisa modos; natumque cubantem  
 Adgreditur redditque pio de pectore uoces:  
 'Nate, precor, miserere mei, miserere tuorum:  
 Lumina tu partus, tu me facis esse parentem.  
 Inclita si uirgo est, Hymenaeos iungere possum, 180  
 Sine suo matrona mouet uiduata marito;  
 Ne dubites. haec cura mea est, hoc maesta uerebar,  
 Illicitos ne forte toros temptare mariti  
 Cogeret acer amor matrisque grauaret honorem.'

cedunt *Ellisius* || 163 Intersepta sero *Ellisius*: Intercepta se *H*  
 (suis cum coxis coniungens ego olim) | non nilia c. costis *H*, *correxi* || 164 Incutiunt saeuos iaculata saepe doloris *H*, *correxi*  
 (iaculantia *Ellisius*) || 165 Displicet osculum *H*, *correxi* || 166 factus  
 fessa scrutatus *H*, *correxi* | conscia suspectum; compita *Ellisius* ||  
 167 tum — ante ego: dū — ille *H* (ile *Ellisius*) || 168 et qualiter  
 apta *H*, *correxi* || 169 pulsantibus arguit *H*, *correxi* || 170 magnus-  
 que, sic *H*; num gnarusque malorum ? || 171 yppogras quae pectori  
*H*, *correxi* || 172 miseranda *H*, *correxi* || 173 m. h. ego: h. m. *H* |  
 cessant *H*, *correxi* || 174 cetera di dant (uel dent) ego: ceteri  
 dicant *H* || 175 abit ego: habet *H* | sed matrem nati noua c.  
 pr. *H*, eicci interpolationes || 176 modos] num metus ? || 179 Li-  
 mina *Rohdus* | patris pro partus ego olim || post 179 nonnulla  
 intercidisse putat *Rohdus* || 180 Indica s. u. es himineos uin-  
 cere p. *H*, *correxi* || 181 Sine suo ego: Si uero *H* | mouet ego:  
 foret *H* caret *Rosb.* || 182 haec om. *H*, addidi || 183 thoros *H*

185 Ille silet solumque trahit suspiria longa  
 Auertens faciem, nec matrem cernere rectis  
 Luminibus poterat sacro prohibente pudore.  
 'Mater' ait, 'discede, precor: plus uris amantem.'  
 Roscida post radios alternaque lumina solis  
 190 Nox tenebris diffusa suis compresserat omnes.  
 At iam te, Perdica, puer numquam ille Cupido  
 Vel partem minimam patitur decerpere somni:  
 Solum te tenuit miserum totasque per umbras  
 Continuus tollit pharetras ac tela furoris  
 195 Et tecum uigilat per noctis tempora longa  
 Intorquens dira assiduis incendia flammis.  
 Et Pudor huc aderat proprio comitante uigore.  
 Stant duo diuersis pugnantia numina telis  
 Ante toros, Perdica, tuos: Amor hinc, Pudor inde.  
 200 Inde Cupido monet secreta referre furoris,  
 Inde Pudor prohibet uocis exordia rumpi;  
 Famam surgentem reuocet petit ille, sed ille  
 Ire iubet propriumque nefas exponere mentis  
 Verbaque multa docet; quae uix e pectore lapsa  
 205 Perdicae miseri moriuntur in ore pudico.  
 Sed postquam calor immensus per corpora currens  
 Vsserat exesas ardenti corde medullas,  
 Talia dimittit reserato pectore uerba:  
 'Saeue puer, semper lacrimis et funere gaudes.

189 radiosa et nāq; *H*, quod ex radios aetnaq; orbem *cor-*  
*rexi* (aestiuaque *Rosb.*) || 190 diffusa (uel demissa) ego: discussa  
*H* || 191 Ad ante perdicā nūquā puer ille c. *H*, *correxi* || 192  
 mimimā *H* | somni om. *H*, addidi || 193 Sed solū tenuit uene-  
 randa te casus umbras *H*, *correxi* || 194 Continuus (sic) t. fare-  
 tras *H* || 199 thoros *H* | puto Pudor illinc || 201 fortasse uotis ||  
 202 Famamq; *H*, *correxi*; intellege de rei rumore patri nocituro  
 reuocet petit ille sed ille ego: reuocit neanillans *H* || 203 num  
 expromere ? || 204 docent *H*, *correxi* | quae uoces pectora labi  
*H*, *corr.* *Rohdus* (quae mox expressa labori *Ellisius*) || 205 A  
 perdice misera *H*, *correxi* || 206 corpora scripsi: pectora *H* ||  
 207 exaexas ardentes *H*, *correxi* | torre *Rohdus*

O scelerate, tuas si tu paterere sagittas! 210  
 Sique tuos ignes in te conuertere discas,  
 Vt credas quid possit amor! sed parce, Cupido.  
 Inprobe, quae mandas non possum dicere matri.  
 Tormentis adfuge tuis, constringe catenis:  
 Non fatear. totas in me consume sagittas, 215  
 Quotquot amoris habes, et, si tibi tela furoris  
 Defuerint, etiam tibi de Ioue fulmina sumas:  
 Vincere non poteris sanctum, scelerate, pudorem.  
 Talia per noctem iuuenis miserandus agebat.  
 Interea matrem nati noua cura premebat, 220  
 Multaque quaerenti placuit sententia talis,  
 Matronas omnes totis e moenibus urbis  
 Ad propriam concire domum, si quis uigor illex  
 Aut species inlustris erat uel forma superba,  
 Quae proprio iuuenem statuisset amore beare. 225  
 Hoc uisum placitum matri, nec distulit ultra.  
 Iamque dies ortus clarior nudauerat orbem,  
 Matronae ueniunt forma cultuque micantes:  
 Hic erat Andromeda, hic altera Laudamia,  
 Ditiior haec Danae, fulgentior altera Glauce, 230  
 Candidior Progne uenit altera et altera Dirce.  
 Huc etiam tenerae sanctae uenere puellae  
 Virgineum florem seruantes lege maritis.  
 Has tristis Perdica uidens et lumina flectens  
 In matrem traxit duram suspiria corde 235

210 patereres sagittas H || 211 discas ego: dicas H || 212 fortasse cernas || 214 puto adfuge || 215 fateor H, correxi || 216 Quot quot H || 217 etiam tibi ego: et si H e u. priore || 221 sententia H || 222 tutis aemouibus urbes H, correxi || 223 concire ego: uenire H iubet ire Rossbergius | si ego: sed H | illex Rohdus: illic H || 224 specie — superna H, correxi || 225 beare scripsi: grauare H || 225 nec ego: non H || 227 Iam dies H | num clarum? sed cf. 132 || 230 alter glauce H || 231 Chione (uel Progne) ego: coigne H | peruenit altera disce H, correxi (procerior a. D. Rohdus potior uenit Ellisius) || 232 et iam tenere sanctae H || 234 tristes H, correxi || 235 dura H, correxi. dubio Rossb.

Et tali secum miser est sermone locutus:  
 'Pro dolor, o superi! defecerat altera forma:  
 Mater amanda fuit. sed uincere certa furores  
 Quaerendo uultus, liceat quos iure tenere.  
 240 Hoc etiam uoluisse nefas. sed respice, quales  
 Vituperas, sed ut hic mutetur gratia formae.  
 Sunt niueae, sunt hic procero corpore pulchrae,  
 Virgineoque nitent grato de flore puellae.  
 Nulla tamen matri similis! fatusque coercens  
 245 Detorsit fessos artus et languida membra.  
 Nunc, o Calliope, nostro succurre labori:  
 Non possum tantam maciem describere solus,  
 Tu nisi das animos uiresque in carmina fundis.  
 Robora mandasti: iam possum expromere, Musa.  
 250 Tristis languentes pallor perfuderat artus,  
 Tempora demersis intus cecidere latebris  
 Et gracili cecidere modo per acumina nares,  
 Concaua luminibus macies circumdata sedit  
 Longaque testantur ieiunia uiscera \*famem\*,  
 255 Arida nudati distendunt brachia nerui,  
 Ordine digestae consumpto tegmine costae  
 Produunt, quidquid homo est uel quod celare sepulchris  
 Mors secreta solet. satis id tibi, saeue Cupido?  
 Materialiam iam nulla, atrox ubi flamma moretur:

237 osoperi H || 238 certas furore H, correxi; an furorē? || 240—260 post u. 79 quoque existant in H (prioris loci lectiones a, posterioris b notauit) || 240 et iam H || 241 Vituperas ego: Quid uiperas H | ut hic mutetur ego: uim mutantur H || 243 niueae ego: ne uae H | pulchre H || 243 Virgineo nitent (sic) grato H, correxi || 244 coercent H, correxi || 245 Retorsit defessos H, corr. Rossbergius | atrus H, correxi || 246 succurre H || 247 matiendi scribere H, correxi || 248 Ac (A b) nitidas animus (-mis b) H, correxi || 249 Robora Rohdus: Inssisti H e glossa (Tu si Ellisius) | musam H, correxi || 250 Tristis scripsi: Primis H | 251 dimersis H || 252 nares, sic H || 254 uiscera aperta temptauit; ramex Ellisius || 255 descendunt H b, recte a || 256 digesta H, correxi | regmine H b, recte a || 258 satis id scripsi: sufficit H e glossa || 259 Materialiam (-ta a) nita (ntu b) sit atrox H, in quo



Denique defessos artus ac membra calore 260  
 Mollitur, gestare *nequit* uictumque ciborum.  
 Soluitur infelix per tota cubilia fusus  
 Miratusque suos artus haec uerba remisit:  
 'Quid dicis, Paphie? retulisti nempe triumphum:  
 Ad tantam maciem deducimur. haec tibi uirtus, 265  
 Si dea mortalem propriis superaueris armis?  
 Cerne, precor, quid agas: flammis absumis et ossa,  
 Quae semper seruata rogis. miserere rogantis,  
 Alma Venus! nosti quae sint tormenta caloris  
 Et quid possit amor: nam mater Amoris amasti. 270  
 Nunc finem, Perdica, uides: nam spes puto nullast.  
 Quod superest, moriamur, *Amor*. letumne bibamus?  
 Cur, miserande, petis frustra potare uenena?  
 Iam fauces clausere uiam dirosque recusant  
 In mortem latices. ferro reseremus amorem? 275  
 O demens! gladio? quibus armis quoue uigore  
 Haec manus ecce ualet librare in uulnera mortis?  
 Praecipitem iactare libet? fors poena placebit,  
 Sed uereor ne forte leue et sine pondere corpus  
 Vento gestatum rursus seruetur Amori. 280  
 Stringamus laqueum? sic finis dextera amanti.  
 Quid turbaris, Amor? puto, uicimus! omnia leti  
 Praedixi tormenta mei, nec te pavor ullus

sit (= st) *traieci* || 261 Molitur **H**, *correxi* | gustare *Rossb.* |  
 nequit *om.* **H**, *addidi* (negat *Ellisius*) | uictusque **H** | ciborum *ego*  
*olim* || 262 Soluitur *ego*: Siluitur **H**, *qui et infelix* || 264 pafiae  
 — nemphe **H** || 266 deam **H** || 268 roganti **H** || 271 Hunc — *nra*  
 sit **H**, *correxi* || 272 Quod super est **H**, *correxi coll. Aen. V 796* |  
 Amor *addidi* | letumne *ego*: laetūq; **H**; *frustra copulam defen-*  
*dunt, cum inter uaria mortis genera dubius P. primum de po-*  
*tionē uenenata quaerat* || 273 portare **H**, *correxi* || 274 duosq; **H**,  
*correxi* || 275 reseramus **H**; *an reseceamus?* || 276 uigore **H** ||  
 277 Haec *ego*: Quae **H** | mortis *ego*: mortem **H** (*librare, scil.*  
*gladium*) || 278 Prec. lactare — pena **H** || 281 dextera *scripsi*  
*coll. Aen. IV 294: de cura* **H** *detur amandi* *Rohdus* || 282 uin-  
*cimus o. liti* **H**, *correxi* || 283 Praedixit **H**

Terruit: et laqueum metuis? me redde tenebris!  
 285 Iam scio quid fugias: ne te mea uincula perdant!  
 Da laqueum collo: uel sicco corpore nostro  
 Inclusus morieris, Amor. solatia fati  
 Haec tandem, Fortuna, mihi concede precanti,  
 Ut tumulto scriptum per saecula longa legatur:  
 290 Hic Perdica iacet secumque Cupido peremptus.'

284 me *ego*: mihi **H**, *quo seruato tenebras Ellisius* (met.  
 mihi; cede tenebris *Rohdus*) || 285 prodant **H**, *correxi* || 286  
 sicco (*olim sic cum*) *scripsi*: siccū || 288 Haec *ego*: Hoc **H**. | *num*  
 tantum? || 289 legetur **H**



## LIV.

## DRACONTII CARMINA PROFANA.

Blossius Aemilius Dracontius, teste carminis quinti subscriptione ictus Carthaginiensis, quae opuscula profana (nam christiana operis nostri ratio excludit) in unum coniuncta ipse edidit, ea aetatem tulisse videntur in codice quodam Bobiensi, siquidem Bobii a. 1493 teste Raphaele Volaterrano [urb. comm. IV s. f.] inter alios libros inuentum est 'Dracontii uarium opus'. ut hoc est, Ianus Parrhasius (fortasse cum in Italia septentrionali peregrinaretur: cf. Keilius G. L. I praef. p. VIII) uetusti codicis carmina Dracontiana minora continentis apographon conficiendum curauit, quod apographon nunc Neapoli in museo Borbonico adseruatum [IV E. 48 chart. saec. XV—XVI] ordine infra exhibitio carmina I—X ita praebet ut ultimum Medae libellum bis exhibeat. unde cum iam huius saeculi initio Cataldus Ianellius raptum Helenae in publicum emittere animum induxisset, multo demum post haec Ianellii recensio in lucem edita est in appendice ad opera ab A. Maio edita (Romae 1871). ad quod carmen symbolas criticas et Buechelerus [mus. Rhen. XXVII p. 477] et ego [Fleckeis. ann. 1873 p. 69 sq.] contulimus. et cum exeunte a. 1872 Neapoli totum codicem descripsissem praepararemque noui poetae editionem, praeuenit mihi Fridericus de Duhn, qui adiutore usus Buechelero a. 1873 Dracontii carmina minora emisit

(Lipsiae, bibl. Teubn.). de qua editione censuram scripsi in Fleckeis. ann. a. 1873 p. 265 sqq. (cf. et 852). secutae sunt aliorum doctorum dissertationes haecce: O. Ribbeckii [mus. Rhen. XXVIII p. 461 sqq.], C. Schenkeli [ann. gymnas. Austriac. a. 1873 p. 510 sqq.], M. Schmidti [mus. Rhen. XXIX p. 202], R. Ellisii [Journ. of Philol. V p. 252 sqq.], Conr. Rossbergii 'in Dracontii e. m. et Orestis q. u. tragoediam obseruat. critt.' [Stadae 1878] et dissertatio 'de Dracontio et Orestis q. u. trag. auctore . . . Vergilii Ouidii Lucani Claudiani imitatoribus' [Nordae 1880]; cf. idem in Fleckeis. ann. a. 1879 p. 475 sqq. — emendationum auctores tantummodo eos commemorauit qui primi illas publici fecere iuris.

Adfuit saeculo XV alter quoque codex uetustus alia Dracontii opuscula profana continens. scribit B. Corio in historia urbis Mediolanensis [Venetiae 1554 p. 13]: 'Transimondo Conte di Capua, a laude del quale Dracontio poeta elegantemente scrisse, et l'opera del quale noi in caratteri Longobardi havendo trovata, per Giovan Cristoforo Daverio . . . . è stata tradotto in lettere latine. Onde per dignità dell' elegante poeta n' è parso metter questi suoi versi', sequentibus iam carminibus XI et XII. quae Dracontii esse demonstraui mus. Rhen. XXXIII p. 313 sqq.; confudisse Corium Trasimundum Capuae comitem cum Vandalorum rege Thrasamundo iam monuerat Riesius [ib. XXXII p. 319]. uidetur autem codex ille langobardicus a Corio inuentus praeter laudem Thrasamundi teste c. XII etiam minuta poemata continuisse. mirum autem foret, si hic liber praeter Corium non aliis quoque saeculi XVI doctis innotuisset. unde carmina XIII et XIV, quae mihi quidem Dracontium per omnia olere uidentur, huic adserere non dubitauit. ceterum optandum est fore ut (quod mihi multum quaerenti non contigit) Daverii apographon ex bibliothecae alicuius Italicae tenebris in lucem protrahatur.

## I. Praefatio.

Orpheum uatem renarrant antiquorum litterae  
 Cantitasse dulce carmen uoce neruo pectine  
 Inter ornos propter amnes adque montes algidos,  
 Quem benignus grex secutus cum cruenta bestia  
 Audiens melos stupebat concinente pollice: 5  
 Tunc feras reliquit ira, tunc pavor cicures prior:  
 Lenta tigris, ceruus audax, mitis ursus adfuit,  
 Non lupum timebat agna, non leonem caprea,  
 Non lepus iam praeda saeuo tunc molosso ducitur.  
 Artifex natura rerum quis negat concordiam, 10  
 Hos chelys Musea totos Orpheusque miscuit.  
 Sancte tu pater, o magister, altior canendus es,  
 Qui fugatas Africanas reddis urbi litteras,  
 Barbaris qui Romulidas iungis auditorio,  
 Cuius ordines profecto semper obstupescimus, 15  
 Quos capit dulcedo uestri, doctor, oris maxima.  
 Nostra uota te precamur ut secundes, optime,  
 Ante cuncta non recusans illud ipse pendere,  
 Non tuas si rite laudes, mente sed qua concinam:  
 Nos licet nihil ualeamus, mox amor tenendus est. 20  
 Ergo deprecantis oro cinge lauro tempora.

I. praefatio Dracontii discipuli ad grammaticum Felicianum ubi dicta est metro trochaico cū Fabula ylae *inscribit* N | 1 enarrant N, *correxi* | antiquorum *scripsi*: ut priorum N (uates — uel priorum *Rosbergius*) || 3 atque N, *correxi* || 4 "rex (mgo "grex) N || 5 concinente N || 6 cicures prior *scripsi*: in mei ferrita (: supra in et ferrita) N tunc perit ferocitas *Ribbeckius* || 7 Lentas N || 9 ducitur (uel figitur) *scripsi*: iugiter N || 10 Artifex *scripsi*: Artis ex N || 11 celis museta (i supra f) N | puto Orpheos remisit (perm.) || 12 tu *addidi*: om. N (patriae mag. *Buechelerus*) | altior *scripsi*: aliter N taliter *Buech.* || 18 Antea cuncta N | num ipsum ? || 19 tuas si rite *scripsi*: tua quiritate N (tua uirtute *Buech.*) || 20 mox amor tenendus *scripsi*: mox tamen genendus (: huic uoci *supraser.*) N mos tamen gerendus *Buech.* uoce, amor genuinus ego olim

## II. Hylas.

Fata canam pueri Nympharum uersa calore  
 In melius, si Musa mones. quis casus ademit  
 Alcidi comitem, solamen dulce malorum?  
 Fuderat Idalius gremio se forte parentis  
 5 Pinniger et collum uiolentis cinxerat ulnis  
 Oscula pura rogans. mater deuota coruscans  
 Indulget uultus roseoque est orsa labello:  
 'O mundi domitor, caeli quoque flamma tonantis,  
 Numen poseo tuum, cuius sub iure uaporo,  
 10 Per tua tela, puer, fecundis inlita flammis  
 Ut des effectum uotis de more parentis.  
 Nil rude, nate, precor nec supplex improba posco;  
 Ardua non iubeo, quamuis magis ardua uincas.  
 Ille refert matris dirumpens uerba precantis:  
 15 'Magna iube, non ausa prius, sublimia manda,  
 O genitrix. quo tela uocas aut quid petis uri,  
 Quem diuum modo fronte iubens hominumue *dedisti*?  
 Exprime: flammetur. quid fletu lumina tinguis?  
 Audeo, si cupias ipsum flammare Tonantem  
 20 Et dominum caeli facie uestire iuueni  
 Oblitumque poli rursus mugire per herbas  
 Confessum per prata bouem; cadat aureus imber,  
 Diuitias ut tecta pluant? sit fulminis ales  
 Ipse sui? satyrus cygnus Latonia serpens?  
 25 Alcestem galeatus amet, mucrone coruscet  
 Et elipeo rutilante tonet dum miles, adulter  
 Coniungat noctes subtracta luce dierum?

II exp. Praefatio trochaicis uersibus dicta. Incipit ylas N, qui semper ylas habet || 1 Facta — colore N, *corr. Duhnus* || 5 uiolentis N, *corr. Buech.* || 8 matim caelique o || 10 extat in *margin.* N || 17 forte iubes N, *correxi* | hominumue *dedisti scripsi*: hominum de : N (*corruptelae signa abhinc non adnotabo*); hominumue lacessis *Duhnus* || 19 fort. Audio et 20 faciem || 22 Confessus N, *correxi* || 23 sint N, *corr. Buech.* || 24 sui *Buech.*: ui N

Si Pallas placeat, nostros iam sentiet ignes  
 Virgo ferox sexu: furiet viresque fatiscet,  
 Vt solas tractet reiecta cuspidē lanas. 30  
 Vestes si reus est auctor Neptunus, anhelans  
 Aestuet inter aquas telo flammante perustas:  
 Igne meo uincuntur aquae; fumantibus undis  
 Tritones Galatea, Thetin delphines amabunt;  
 Quidquid fluctus habet, totum succendo pharetris. 35  
 Siue, parens, optas homines his ignibus ustos  
 Illicitos uiolare toros, ut non pia patris  
 Oscula nata petat nec natus matris amator  
 Dulce nefas stupeat frater uitietque sororem  
 Priuiguoque suo potiatur blanda nouerca: 40  
 Alter erit Perdica furens atque altera Myrrha,  
 Iuppiter alter erit Cereris de fratre maritus. 42  
 . . . . . reddetur et altera Phaedra! 44<sup>b</sup>  
 Parua loquor. tauro, si iusseris, altera regis 43  
 Flammetur coniux . . . . .  
 At his laeta Venus uultu mutata renarrat: 45  
 'Impubes lasciuē puer, cui subiacet omne  
 Quod natura creat, caelum mare sidera tellus,  
 Nemo notet Venerem, quod supplex mater amorum  
 Ignis opem de prole rogat. nam munere mixto

29 furiet (cf. Sidon. 22, 94) scripsi: fugiet N | fatiscet Buech.: fatetur N fatetur M. Schmidtius non recte contigens Luc. VIII 527, ubi debiles vires ipse inuit conexus, hic non item || 30 solus — reiecta N, corr. Duhnius || 31 Noster sireus est N, correxi | Neptunus N || 32 perustas scripsi: per undas N e u. seg. || 34 Thetis Rossb. (sic amarunt scribas oportet) || 36 Siue Buech.: Si N | optans N || 39 stupeat scripsi: cupiat N || 40 moriatur Rohdus || 41 myrra N || 42 Cereris Rossb.: terris N Heres Rohdus (at Iunonis conubium legitimum) || 43 tauros N, corr. Duhnius || 44 Flammetur coniux reddetur et altera Phaedra N, in quibus Phaedra nil ad rem (parua loquor!), quae potius est nouerca illa u. 40 commemorata, cuius exemplum in uu. 41 sq. desideratur, itaque uerba reddetur — Phaedra post 41 Ribbeckius, ego post 42 reiecinus || 46 Impudens N, corr. Buech. || 48 notat N, corr. Buech. || 49 opēs N | mixto scripsi: in isto N

50 Quamuis sit communis honor, tamen, alme, fatemur  
 Hic numen plus posse tuum. lamenta parentis  
 Si placet ulcisci, paucis (aduerte) docebo.  
 Nympharum, puer alme, chorus dum pensa reuoluit  
 Penei sub fonte sui, pudet ore referre,  
 55 Solis amata canit Clymene mea crimina Nymphis  
 Meque suo prensam nympham monet indice Sole;  
 58 Quis audire libet de nostra clade canentem,  
 57 Vulcanique sonant captiuo Marte catenas.  
 Sed si de nobis certe cantare placebat,  
 60 Iudicium Paridis uel nostros, nate, triumphos  
 Cantarent fluidae carpentes pensa puellae.  
 Est gemitus haec causa mei. quas ure sagittis,  
 Corda uel illarum dulci continge ueneno:  
 Noscant quid sit amor, discant tua tela per ossa.  
 65 Alcidis comes est comis puerilibus annis,  
 Quem rubor ut roseus sic candor lacteus ornat;  
 Illi purpureus niueo natat ignis in ore.  
 Hoc puero uiso Nympharum turba calescat.  
 Haec illis sit poena nocens, ut uota trahantur  
 70 Ipsarum in longum, donec pubescat amatus.  
 Iret adhuc in uerba dolor, ni pinniger audax  
 Dimittens matrem fricuisset cote sagittas.  
 Arcu cinctus erat, dantur post terga pharetrae;  
 Arripit et flammās hominum diuumque uoluptas.  
 75 Euolat armatus: uix caelum liquerat ales  
 Iamque tenet terras; sic currit mentis acumen.  
 Vt uenit ad fontem, lapidem proiecit in undas:  
 Concussit uitreo sonitus sub fonte puellas.

50 in marg. N || 51 Hinc N, correxi || 54 Poenei N || 55 Clymine N || 56 nymphas N, correxi || 57 et 58 traieci || 58 Quas N, corr. Buech. || 59 num recte? || 61 num Cantassent? || 62 gemitus N, corr. Buech. || 64 Noscat N, corr. Duhnius | per ossa (uel artus) suppleui: om. N || 65 comis P. Wagler: comes N carus Rossb. || 71 Iret Buech.; at cf. Claudiani XV 201 | in] ni N || 73 cinctus N || 74 Accipiet fl. N, correxi || 75 puto Deuolat

Exiliunt cunctae, quaerunt quae causa quietas  
 Sollicitet. uolucer fugiens nemus intrat opacum, 80  
 Moxque dei uultus uestiuit imago Napaeae:  
 Tendit membra puer, longos ut crescat in artus,  
 Ut possit complere dolos ac iussa parentis;  
 Vsque pedes fluitans uestis laxatur ad imos,  
 Candida diffusi ludunt per colla capilli 85  
 Et uento crispante gradu coma fluctuat acta,  
 Frons nudata decet diuiso fulgida crine;  
 Et uelut inuitos gressus pudibunda mouebat  
 Incedens, fluxoque latent sub tegmine pinnae.  
 Misceturque puer Nymphis sub fronte puellae 90  
 Et causas perquirat Amor, cur fonte relicto  
 Terras turba petit. facilis cui nata fluenti  
 Rem pandit; periurat Amor, quasi nescius esset.  
 Interea post bella suis Tirynthius ibat 95  
 Victor ouans, cui iunctus Hylas pulcherrimus haeret  
 Gestans fulminei pellem cum dentibus apri;  
 Et licet inualidus haec pondera ferre laborat,  
 Ipse tamen gaudet, quasi iam commune trophaeum  
 Gestet et Alcides non solus fuderit aprum.  
 Horrent Alcidem Nymphae mirantur Hylanque. 100  
 Ex quibus una tamen mutas adfata sorores  
 Haec ait: 'o faciles Penei numina Nymphae,  
 Dicite quando parem natum natura dedisset.  
 Non fuit Hippolytus talis, non pastor ab Ida,  
 Nocturnae fulgore deae non pulcher Iason, 105  
 Nec Bromius iam talis erat nec magnus Apollo.

81 Napaeae scripsi: Naidis N (N. u. i. *Ellisius*) || 84 Vsque  
 Rossb.: om. N Glauca *Duhnus* || 89 Incendens N, corr. *Duhnus*  
 || 92 turba — nata scripsi: cauta — turba N || 93 puto deiurat ||  
 94 Tirynthius N || 95 iunctus N, corr. *Duhnus* || 98 triumphum  
 N, corr. *Buech.* || 101 mutas scripsi: cuntas N || 102 poenei N ||  
 103 parem puero natum N: glossam *ieci* (puerum natura *Duh-*  
*nius* parem puero *Rossb.*) || 104 Hippolytus N || 106 erit N, *cor-*  
*rexi* (cf. *Val. Flacc.* III 538 sqq.) | appollo N

Felix sorte sua, cui talis semper imago  
 Seruiet et roseis recubans dabit oscula labris.  
 Cum nimium laudatur Hylas, se subtrahit ales  
 110 Et profert arcum permiscens mella nenenis,  
 Armata tela dolis et spargit spicula Nymphis:  
 Pallescunt omnes, subitus rubor inficit ora,  
 Tendunt membra simul, cunctis respirat hiatus  
 Oris et ad crines digiti mittuntur amantum,  
 115 Incipiunt fari mediaque in uoce resistunt:  
 Tot signis uulgatur amor. Clymeneque sorores  
 Adloquitur: 'placet, almus Hylas rapiatur in undas,  
 Ut sit noster amor. nec erit mihi crimen amanti:  
 Oenone Paridem, Lycastum zelat Amazon,  
 120 Pulcher amatur Adon, furians amat ipse Cupido:  
 Quod caelum, quod terra fretum, quod sidera Pluton  
 Exercent per saecula diu, cur Nympha ueretur?'  
 Cum loquitur, cursabat Hylas fontemque petebat  
 Hauriturus aquas; urnam Alcidae ipse tenebat.  
 125 Ut puer est uisus, faciles risere puellae  
 Et lentum uenisse putant; placet omnibus idem;  
 Vix urnam submisit aquis dextramque tetendit,  
 . . . . .  
 Cum quo se Nymphae pariter mersere sub undas.  
 Expauit sic raptus Hylas pratiumque petebat,  
 130 Herbida quo uitream tellus perfuderat antrum.  
 Deiopea tamen cunctas hortata sorores  
 Adloquitur puerum: 'non te decet ora rigare  
 Fletibus, alme puer: ploret deformis imago,  
 Non est flere tuum: mundum tibi nullus ademit.

109 an laudatus ? || 110 proferat N, corr. *Duhnus* || 116  
 Clymenaue N || 117 in] ut N || 118 amantis N, corr. *Duhnus* ||  
 119 Oenone scripsi: Dione N | Lycassum celat N, corr. *Duhnus*  
 120 furias N, *correxi* || 121 sydera N || 122 Exercent N || 123 cur-  
 sabat scripsi: cantabat N || 124 Alcidae scripsi: licet N (an  
 Alcidisque t. ?) || 126 lentum cum corruptelae signo (in mg. *Cy-*  
*litt.*) N; latet aliquid; lautum *Buech.* || post 127 lacunam signi-  
 ficauit || 129 pratiumque scripsi: pauidusque N



Nos rosa, nos uiolae, nos lilia pulchra coronant, 135  
 Nos Hyacinthus amat, noster Narcissus alumnus:  
 Fontigenis datserta comis redimitque capillos,  
 Quidquid floris olet, quidquid dant prata ruboris.  
 Tu noster iam sponsus eris sine fine dierum.  
 His dictis mentem pueri mulcebat amicis. 140  
 Interea furibundus adhuc Tiryntius ibat  
 Et clamans quaerebat Hylan; tum litus et unda  
 Herculea cum uoce sonant et nomen amati  
 Montes silua uocant; tantum fons ille tacebat,  
 In quo raptus Hylas. cum iam remearet ad astra 145  
 Post factum pinnatus Amor matrique triumphum  
 Adportaret ouans, uocem deus Herculis hausit  
 Et gemitus quaerentis Hylan; cui gesta fatetur,  
 Alcidis comitem fontis rapuisse puellas,  
 Ignibus Idaliis exustas Herculeas spes. 150  
 Obrigit gemuitque simul clauamque remisit:  
 'O frustra nutrite puer, spectator ubique  
 Virtutis per cuncta meae (te teste pericla  
 Saepe tuli, cum uictus aper, cum fracta leonis  
 Colla Cleonaei telo parcente necantur, 155  
 Cum simul Antaeum rapui telluris alumnum):  
 Quis mihi sudorem lasso post proelia terget?  
 Quis comes alter erit, cum dat fera bella nouerca?  
 Quid matri narrabo tuae, quae te mihi paruum  
 Deposuit pietatis inops? quae pignora reddam, 160  
 Cum conuentus ero? dicam tamen ipse parenti:  
 'Exulta, genitrix, nimium laetare, beata  
 Ante parens hominis, pulchri modo numinis auctor.'

136 Iacynthus N | alumnus scripsi: ab undis N || 137 red-  
 igitque N, corr. Duhnus || 138 floris solet N | ru N, suppleuit  
 Buech. || 140 amica N, correxi (cf. Verg. Aen. I 147; Stat. Ach.  
 I 79) || 141 Tiryntius N || 142 tum scripsi: cui N | litus N ||  
 145 astra om. N, add. Duhnus || 150 Idalii rexutas N, corr.  
 P. Waglerus (exutas Duhnus uexatas Rossb.) || 151 clauamque  
 N || 155 cleonei N || 156 anteam N || 161 an tamen inde ?

## III. Praefatio.

Fructibus apta quidem cunctis est terra creandis;  
 Altius intendens sed causas perspice partus  
 Et totum cognosce. polus nam rore maritat  
 Arua suo uel sole fouet uel temperat auctus  
 5 Alternans elementa potens, ut reddat et umbras  
 Frondibus arboreis et culmos armet aristis,  
 Ventilet et matrem grauidam pendentibus uuis  
 Pampinus exultans et palmes uerberet ulmos  
 Contortusque fluat nodo uiridante corymbus  
 10 Et nunquam positura comas flectatur oliua.  
 At si temperies rerum oportuna negetur,  
 Infecunda iacent squallentia uiscera terrae  
 Et limos obducit ager deceptus inertes.  
 Discipuli sic quippe silent, si forte magistri  
 15 Tollatur doctrina potens. qua praeduce doctor  
 Antistesque artis de uestro fonte, magister,  
 Romuleae laetus sumto pro flumine linguae  
 Et pallens reddo pro frugibus ipse poema:  
 Tu mihi numen eris, si carmina nostra leuaris;  
 20 Nam tua sunt, quaecunque loquor, quaecunque canemus.

III. Exp. fabula ylae. Incipit praefatio ad felicianum gram-  
 maticum cuius supra in auditorio cū adlocutione N || 1 creatis  
 N, correxi (creatix Buech.) || 2 partas N, corr. Duhnus || 3 co-  
 nosce N | poli N, correxi || 4 tempera haustus N, correxi (aestus  
 Duhnus) || 6 Frondibus scripsi: Montibus N (quo seruato arbo-  
 reas Buech.) || 8 ulmos scripsi: uuas N || 12 iacent scripsi: forent  
 N || 13 limus — inheret N, corr. Buech. (limo se — inerti  
 Ribbeckius limas o. a. et sirpus inhaeret Ellisius; ego praeterea  
 malim despectus) || 14 magister N, correxi || 15 doctor ego:  
 dictor N ductor Duhnus || 16 artis scripsi: tuus N || 17 Romu-  
 leum — summo — linguam N, correxi (Romuleam — sumo —  
 linguam Buech.) || 18 pallens] num callens ? | ipse] num ecce ? ||  
 19 puto probaris || 20 sunt Rossb.: sint N



IV. Verba Herculis cum uideret Hydrae serpentis  
capita pullare post caedes.

Iuppiter omnipotens, celsi moderator Olympi,  
Cur mihi uiperei fetus mala fata minantur?  
Te regnante, parens, in me coniurat iniqua  
*Serpentum* cristata manus. sed forte superbi  
*Nunc* caelum terras pontum fulmenque trisulcum 5  
*Heredes* et Iuno tenent, seu fulgidus ortu  
*Despicis* ad terras seu iam defessus anheli  
Sideris occasu maesto tua regna relinquis.  
Paenitet, alme parens, uestra de stirpe creatum  
Alcidem, quia nullus honos et mille pericla. 10  
Nam quodcumque malum superas se mittit in auras,  
Herculis hostis erit. per nos nam bella geruntur,  
Iuno nouerca furens potuit quaecumque parare  
Priuigno; natum quem comprobat esse Tonantis,  
Dum nobis immensa iubet; me deque triumphis 15  
Horrida bella manent, et nunquam stare licebit  
Hoste sine, trucibusque diu concurrere monstris  
Compellor. genitor, te in memet pessima coniux  
Horrescit: misero semper tu causa pericli es. 20  
Nam mihi reptanti tumida ceruice dracones  
Iuno duos misit, quis frontem crista tegebat,  
Flammea lux oculis, per spumas tecta uenena  
Sibila uibrabant linguis sub dente trisulcis:  
Terror erat uisus cunctis sonitusque draconum.

IV. Exp. prefatio. Incipit adlocutio. Verba *eqs* (pullare, quod correxi) N || 4-7 lacunae relictæ in N || 4 ... nium N, corr. *Duhnius* || 5 et 6 suppleuit idem || 7 *Despicis* addidi || 8 maestos N, correxi (maestus *Duhnius*) || 11 superans se uincit N, correxi || 13 quaecumq; scripsi: quae uicta N || 15 deque scripsi: quoque N proque *Duhnius* de quoque triumpho *ego olim* || 18 num Compellar? | te in memet (uel nos in me) scripsi: te in nosmet N || 19 Orrescit N || 20 *puto* iam | reptantes *Buech.* || 22 pro spumis N, correxi | tetra *Buech.* || 23 sub scripsi *conl.* X 466: ab N || 24 Terrot N

25 Quos manibus ridens compressi paruulus ambos.  
Hi tribuere mihi primum pro morte triumphum;  
Et letum, non praeda, fui Iunonis alumnis.  
Hostes desse mihi duxi post bella leonis,  
Quem nullo mucrone peti nec retibus ullis  
30 Implicui fretus manibus nec Maurus adiu:  
Cuius pelle tegor. nunc fortiter ecce fatiscens  
Tertia bella gero, quae caedes passa resurgunt.  
En totiens percussa lues magis extitit ardens  
Et nunquam sternenda uenit. pro fata nefanda,  
35 Vincere peius erit! propriis nam uiribus ipse  
Impugnor; saeuos gladius mihi suggerit hostis,  
Non rapit ecce meus, sed praelia uicta reformat.  
O, quicumque deus frater mihi summus Olympo es,  
Huc ades et miseri tandem succurre periclis;  
40 Sed quaeso uenias soboles ut nulla nouercae,  
Quisquis sis frater. iam tu succurre, Minerua  
Bellipotens, patrius cui casside fulgurat ardor,  
Quae clipeo rutilante tonas, quae fulmina uibras,  
Pectore saxifico cui militat impia Gorgon:  
45 Intemerata soror de uertice missa Tonantis,  
Sudori succurre meo. quibus artibus angues  
Extinguam, qui sponte petunt mucronis acumen?  
Ut crescent gaudentque mori fera colla draconum!  
Caesa uigent, alter surgit de uulnere serpens.  
50 Consilium mihi uirgo dedit: 'quia mucro laborat  
Incassum, gelida flammis exure uenena,  
Et praestans cum morte rogos caput omne perurat  
Ignis edax anguesque cremen post uulnera flammae.'

28 deesse mihi dixi N, correxi || 29 retibus scripsi: uestibus N || 30 Maurus (.i. per iacula) adiu scripsi: maurus ad illum N || 31 fatiscens scripsi: tabescent N labascens *Buech.* || 33 luens N || 36 gladios N, corr. *Buech.* || 37 meos N, corr. *Schenkl.* || 38 O scripsi: Hoc N Huc *Duhnius* | frater *Buech.*: pater N || 41 Quamuis sis N, correxi || 48 colla *Kosb.*: corda N || 51 In casum N, corr. *Duhnius* || 52 praestans scripsi: prestem N || 53 fort. funera || *Talos* subscribit N

V. Controuersia de statua uiri fortis. uir fortis optet  
praemium quod uolet. pauper et diues inimici. bel-  
lum incidit ciuitati. diues fortiter fecit: reuersus  
praemii nomine statuam petiit et meruit. secundo  
fortiter egit: reuersus petiit praemii nomine asylum  
fieri statuam suam et meruit. tertio fortiter fecit:  
reuersus petiit praemii nomine caput pauperis inimici.  
pauper ad statuam diuitis confugit. contradicit.

Quis furor iste nouus? quae tanta licentia ferri?  
Poscitur, ut cui liceat prosternere ciues  
Et facinus sub laude gerat crimenque triumphum  
Dicat et hostiles patriae reuocare sagittas  
Ciuii sub lege uelit, uiduare maritis  
Matronas, orbare patres, iugulare propinquos.  
Reliquias belli scelus est cum lege necare,  
Pro quibus arma tulit, mitis si uinceret hostis,  
Parceret atque humiles uellet seruare cateruas.  
Iam non pro patria uir fortis bella gerebat  
Defendens umbone latus, per proelia cristas  
Dum quateret galeatus apex, aciesque cruentas  
Letifero mucrone premens: sub imagine ciuis  
Impius hostis erat merito, qui uincere uellet,  
Vt ciues iugularet ouans. optate tyrannos  
Iam, proceres, contra hostes quibus aspera mens est  
Nec studium post bella manet! dum classica rumpunt,  
Hostibus externis inimicus sit grauis armis;  
Post aciem dominus mitis qui uicit anetur  
Atque ex hoste meet simplex ac fidus amicus!

V. In titulo Controuerssia et inimici et nimici N || 3 puto  
crimenque triumphus Ducat || 5 maritas N, correxi || 12 apte N,  
corr. Buech. || 13 Laetifero N || 14 num meriti ? || 15 orbans N,  
corr. Duhnius || 16 contra scripsi: uincat N (uincant Buech.)  
18 grauis inimicus in armis N, correxi (gr. est i. in a. Duhnius)  
|| 19 qui uincit habetur N, correxi || 20 Aut ex h. manet N,  
correxi (uenit Buech., meat ego olim)

Si bellum sub pace cadat, quod sentio prodam:  
Iam, ciues, formido, mei; uos ergo cauete.  
Hostibus obstrictus patriae de clade pacisei  
Clam potuit, qui saeua parat, qui colla propinqui  
25 Ciuis et insontis nititur truncare cruentus.  
Perdidimus quoscumque uiros, forte iste necauit:  
Classica dum reboant et Martia tela pluuntur,  
Inter ferratas acies lituosque sonantes  
Obuius armato iuueni si ciuis adesset,  
30 Quid faceret qui in pace furit, qui turpibus instat  
Mortibus insontum, qui funera pressa reformat?  
Seruati ciuis nunc sunt ubi praemia quercus?  
Reddite bella, duces, inimicas reddite gentes:  
Barbarus omnis eat, rapiant simul arma Sueuus  
35 Sarmata Persa Gothus Alamannus Francus Alanus  
Vel quaecumque latent gentes Aquilone remoto  
In nos tela parent: minor est pauor! aduena campo  
Prodeat armatus: muris seruare salutem,  
Si nequeas pugnare, licet. cum ciue per urbem  
40 Infelix quid ciuis agat, quid, nocte dieque  
Moenia rostra forum capitolia templa penates  
Qui lustrant et fana simul delubra theatra  
Circueunt, cum ciue malo, cum ciue cruento?  
Nullus ab insidiis locus est qui fraude uacabit.  
45 Adde quod iratus uictor cum lege minatur  
Et lator legis ciuilia iura repellit,  
Vt legem premat ipse suam, quam sanxerat ante,  
Dum uictor post bella redit: tum testis imago  
Formatur uirtutis, honos et gloria campi:  
50 Laetantur tristes, gaudebat turba reorum

22 cadete N, corr. Buech. || 23 obstrictus ego in N legi. ||  
25 nititur] num nunc it ? || 26 fortes N, corr. Duhnius || 35  
Gothus N || 36 remote N, correxi || 38 Producat N, corr. Duhnius  
|| 41 poenates N || 42 Inlustrant N, correxi (Inlustrans Buech.;  
at num illustrare pro lustrare ponitur ?) || 43 Circueunt N,  
correxi || 47 ipsa N, corr. Duhnius || 48 tum scripsi: cum N ||  
50 tristes scripsi: mites N maesti Buech. sontes Rossb.

Et ueniam meruisse putant, quis ciuis asylum  
Credat in arce micans insontibus esse periculum?

## Narratio

Pauper adest miserandus inops, sed ciuis honestus,  
Semper agens, humilis, dignus quem diues amaret,  
Cuius in obsequio famulari posset alumnus, 55  
Turba superbiorum sineret si torua clientum;  
Cui dignum seruire putans indignus habetur  
Vel fastiditur. supplex inimicus et hostis  
Diuitis arguitur pauper, qui uota clientis  
Ausus habere miser; nec haec tamen ipse moratur, 60  
Sed probus horretur. domibus magis ille potentum  
Verus amicus erit, quisquis uult esse satelles,  
Quo praesente nefas committitur atque siletur;  
Aut scelus hoc si forte sonet, tamen ille negabit  
Sponte petens tormenta crucis per membra, paratus 65  
Carnificis lamnas proprio satiare cruore,  
Tortoris laudare manum: pro diuite poenas  
Si patitur, si uincla gerens ergastula perfert,  
Se reputet iurasse, alios ut crimina celet;  
Talis sitque cliens qualis mercatus ad arma, 70  
Possit et infelix ad crimina idoneus esse,  
Ut teneant fauces obsessae nocte latronem  
Aut pelagi rabidos fluctus pirata uagetur

53 honesta (-te) Rossb. || 54 egens N, corr. Rossb. || 55 in initio Turba superbiorum expunctum N | Ciuis N, corr. Buech. || 56 torua (uel tanta) Duhnus: turba N || 57 Cui scripsi: Quid N Qui Buech. || 58 fastidicus N, corr. Buech. || 60 haec Buech.: om. N | moratur scripsi: meretur N || 61 in initio Nec tamen ipse meretur repetitum N || 62 Verus scripsi: Liber N || 63 nephas (f supra ph) N | puto atque silente || 64 negant N, corr. Buech. || 65 cruces N, correxi | paratus Schenkl: per artus N || 66 Carnifices flammis N, correxi || 68 perfert Buech.: portet N || 69 iurasse temptari: cruciasso N | celent Buech. || 70 Talis diues qualis mendacis amari N, correxi || 71 Posset N, corr. Duhnus idoneus scripsi: conscius N (de cliente criminum conscio iam actumst) | esso N || 72 obsessa n. latrones N, correxi

Nec timeat ualidas sub tempestate procellas;  
75 Praua iuuet, petulans ut luxurietur adulter,  
Et tractet de clade uiri, de morte mariti:  
Ultima cena datur, quam praestat adultera coniux  
Pocula mortifero corrumpens blanda ueneno:  
Cum gaudet conuiuia, perit. spes crimina ducit,  
80 Per facinus cum lucra petunt; impune libido  
Cum peccare cupit, uindex subducitur urguens,  
Quem perimit sub fraude reus cuiusque furori  
(Est operae pretium) se dans: sua praemia culpae. —  
Conicitur 'eui quidque bono', quod Cassius inquit.  
85 Crimina temnantur, fortisque in paupere diues  
Quid timet aut optat uos saltim aduertite, ciues.  
Res est nulla domi, cupiat quam diues auarus,  
Non aurum, non gemma micans, set turpis egestas  
Obsedit ieiuna fores. audacia forsitan  
90 Pauperis horretur, ne clam temerarius exstet.  
Quando fugax praesumptor erit uel debilis audax?  
Nam si fortis erat saeuia uirtute, superbus  
Praemia, non ueniam peteret sub sorte reorum!  
Quin nihil admisit: crimen dat praua uoluntas  
95 Diuitis insonti. furor est uoluisse necare,  
Pro quibus arma tulit. quid prodest pellere bellum,  
Si reuocat post bella neces? aut pacta nefanda  
Hostibus obstrictus seruat, qui ciuibus instat  
Ut pereant, aut ipse cupit magis esse tyrannus  
100 Ciuibus extinctis credens sua nota latere.

75 Prada (sic ego, Praeda Duhnus legimus) uiuet N, correxi; Praedo, iuuet Duhnus: an ueneni nomen subest? || 80 Per scripsi: Ad N Fit Buech. || 81 Cum ego, Dum Duhnus in N legimus | urguens om. N, addidi || 83 se dans scripsi: sperans N sperant Buech. || 84 cuiusque bono N, correxi || 85 temnantur N, correxi || 86 optet N, corr. Schenkl | saltrin N teste Duhnus || 88 set scripsi: te me, et Duhnus teste N || 91 praesumptus N, correxi || 93 sorte scripsi: hoste N || 94 Quid N, correxi (Quod Buech.) | parua N, corr. Buech. || 97 Scire uocat N, corr. Duhnus || 100 extinctis N

Si iugulet miseros iniusta morte necando,  
 Suspectos quoscumque putat, nihil ergo relinquet:  
 Omnia sunt suspecta reo, ni mortibus effert  
 Ille bonos. seruare pios, seruare modestos  
 Debuerat sub pace sua, non colla nefandus 105  
 Aut inimicorum male defudisse cruorem,  
 Quorum nerba pauens diues uixisset honeste.  
 Sic sapiens olim Romana potentia iussit,  
 Ne pereat Carthago nocens, inimica senatus  
 Et populi Aeneadum: cotem uirtutis habendam. 110  
 Sed ne Troiugenis per tempora pigra lacertis  
 Torporem pax longa daret, post uicta rebellis  
 Et consumpta simul iacuit congesta ruinis.  
 Et tamen haec renouata micat quibus occidit aruis.  
 Haec igitur recidiua uiget post busta resurgens 115  
 Phoenicis in morem. uirtus clementia patrum:  
 Tu testis Carthago manes inuicta ualensque.

## Excessus.

Quod scelus est, iuuenis? socios in bella tueris  
 Et ciues in pace necas! quid facta minaris  
 Impia supplicibus, quid funestare triumphos 120  
 Contendis post bella tuos et luctibus implex?  
 Nec pudor est uariasse uiro? de ciue trophaeum  
 Nemo triumphator rapuit nec in arbore cristas  
 Quicumque erexit funus suspendit. imago  
 Vestra caput ciuis, manes mereatur et umbras? 125  
 Virtutis uestrae circumdent funera testem  
 Et fortis simulacra uiri ciuile cadauer

101 necandos N, corr. Buech. || 103 reos ni mortibus esset N, correxi || 106 mallet fudisse N, correxi || 107 uixisse honestae N || 109 Nec — Chartago N || 114 armis N, correxi || 117 inuita uolensque N, correxi || 118 puto per bella || 119 fata N, correxi || 122 fortasse maculasse decus? || 124 Erexerit quicumque cuius (uel ciuis) N, correxi (finis intellege cadauer); cruci Buech. || 125 in initio Virtutis expunctum N || 126 uestrae, sic N || 127 portis N, corr. Buech.

Polluat ac putres effundant ossa medullas?  
 Victoris genio sanie cum tabe lifetur?  
 130 Quaere sacerdotem: ueniet crudelis Erichtho.  
 Haec est apta tuis antistita saeuior aris,  
 Quae calidas rapiat fibras pulmonis anhelis,  
 Sorbeat ereptum uel morsibus ile cruentis  
 Vel uiuum ungue iecur uel cor, cum palpitat, intret  
 135 Dentibus obscaenis, lingua lambente palatum  
 Prostrati ciuis. haec sint tua munera, uictor?  
 Hostia talis eat, talis tibi uictima pergat?  
 Sit tua terribilis Phalaris ceu taurus imago?  
 Taurica crudelis mitis tamen ara Dianae,  
 140 Nec Busiris atrox Aegyptius ille cruentus;  
 Solus enim per templa deum sine morte propinqui  
 Sacra peregrinus funestat et aduena tantum,  
 Inlaesus nam ciuis erat. tu uictor inique es,  
 Sardorum qui sacra probas et moenia foedas  
 145 Lauro cincta tua, uestris ornata coronis.  
 Insula delubris natorum colla secabat,  
 Verticis unde comam uera pietate parentes  
 Inlaesa ceruice metunt. Carthago duorum  
 Annua nobilium praestabat funera templis  
 150 Saturnoque seni pueros mactabat ad aras;  
 Tristia plangentum foedabant ora parentum.  
 Hoc uir fortis agis? rapiuntur uiscera matri  
 Et perit ante oculos genitoris pignus amatum  
 Aut populo spectante cadet? cum Troia periret,  
 155 Filius Aeacidis uel uindex Pyrrhus Achillis  
 Ante oculos Priami percussit morte Politen

130 puto ueniat | ericto (mgo allecto) N || 131 antistia N || 133 ile scripsi: ille N illa tacite Duhnius || 134 uiuum ungue scripsi: uiuente N || 135 num lambatque ? || 137 pergat Rossb.: parcat N || 138 Phalaris centaurus N, corr. Buech. || 142 funestet aduena N, corr. Duhnius || 143 eras N, corr. Buech. | es addidi: om. N || 146 num Infula ? || 147 puto uana pietate || 152 matri Duhnius: tr N || 156 morte scripsi: nocte N



Belli iure furens. tamen ultio digna relata est:  
 Ipse Neoptolemus iacuit percussus ad aras.  
 Taliter impietas se uindicat, impie uictor!  
 Quid matris patriae uenerandam polluis arcem? 160  
 In qua templa sedent, ubi numina saepe precati  
 Fleximus, ut sospes rediens et uictor in armis  
 Captiuos post bella trahens ex uulnere lassos  
 Intrares patriam, ne saeuus uinceret hostis,  
 Qui scandens muros ciues laniaret in urbe. 165  
 Hoc matres puerique rogant, hoc ipsa senectus,  
 Virginitas hoc casta petit, hoc pauper adorat.  
**Quaestio. at inquires: sed pauper inimicus insidianter potuit  
 de morte diuitis cogitare.**  
 Si uoluit, potuisse putan? nam uita potentis  
 Non patet insidiis nisi diuitis atque propinqui,  
 Aut certe, si sceptrum uigent sub regis amari 170  
 Imperio. fortem timidus formidat et horret,  
 Non fortis lassum metuit nec diues egentem.  
 Debilis est pauper nudus mendicus egenus:  
 Quem macies suprema tenet, quem frangit egestas,  
 Unde necem potuit pauper tractare potentis? 175  
 Solus abit pauper nec se circumspicit unquam  
 Nec timet insidias semper bene conscius insons:  
 Sollicitus multos, metuit quem turba, ueretur,  
 Circumdant famuli, plures stipantur amici;  
 Diuitis obsequio concurrunt turba clientum; 180  
 Sic iter aptatur uel transitus ille paratur,  
 Audeat ut nullus hoc praetereunte uenire.  
**Quaestio: at inquires: sed potest uenenum pauper diuiti  
 secreta obreptione supponere.**  
 Tetra uenena neci pretio maiore parantur

159 Taliter scripsi: Qualiter N (quo seruato inspice Rossb.)  
 | impietas (in uel en supra im) N || 162 et] te N || 163 ex (uel  
 ee) scripsi: et N || 168 Si potuit uoluisse puta N, correxi ||  
 169 patet scripsi: iacet N || 170 auari N, corr. Rossb. || 172 me-  
 tuuit Duhnius: timuit N || 173 est Rossb.: et N || 178 timuit  
 metuit N || 180 puto praecurrit turba || 181 illē] num inde?

Et munus secreta fouet: quis conscius unquam  
 185 Incorruptus erit, quis non foret aere redemptus,  
 Quantum diues habet, quantum nec pauper habebit?  
 Adde quod infelix pauper nec nocte propinquat  
 Diuitis ad tectum, nam mox pro fure tenetur,  
 Nocturnus grassator erit, ferietur inermis  
 190 Et prostratus inops mactabitur ense cruento,  
 Vt gladium strinxisse putes in fata potentis  
 Diuitis ante fores, medicos aut forte ministros  
 Sollicitare potest audax sub nocte silenti,  
 Qui sub luce fugit? pavidos en format egestas,  
 195 Diuitiae uires praestant animosque resumunt.  
 Paupertas conferre metus, adferre pauorem  
 Nouit et in miseros semper stimulare potentes.  
 \* \* \*  
 Forsitan obicias: urbis defensor habetur.  
 Non opus est laedatur, ais. nec laedat honestos,  
 200 In commune bonus totos defendat et ornet,  
 Erigat oppressos, mediocris pauper ametur.  
 Non ideo bellum tota uirtute peregit,  
 Vt liceat ciui ciues impune necare.  
 Fortior est diues iuuenis, magis inde timendus.  
 205 Diuitiae nimiae semper fecere tyrannos:  
 Hinc Marius, hinc Sylla ferus, hinc Cinna cruentus,  
 Inde fuit Caesar, dominatio prima senatus.  
 Nam domitor Libyae, bellorum Scipio fulmen,  
 Fortis adultus adhuc totos qui uicit Hiberos  
 210 Hannibalisque trucem fregit per bella furorem  
 Ac populatorem Romanae gentis adegit

184 qui N || 185 quisquis non sit forte redemptus N, correxi  
 (qui non sit sorte red. Buech. bis quantam rescribens) || 190 ar-  
 mabitur N, correxi || 191 petentis N, corr. Duhnius || 194 infor-  
 mat N, correxi || 197 . . . uit N, suppl. Duhnius (Sueuit Rossb.) ||  
 lacunam indicauit Duhnius || 198 obicias N || 200 bonos Buech.;  
 at cf. Luc. II 391 || 205 nimiae om. N, add. Duhnius || 208 do-  
 minator Lybie N



Sorbere mortiferum ceu pocula blanda uenenum  
 Et caput infaustum legatus uexit ad urbem,  
 Minturnas depulsus obit. pius ipse Camillus  
 Missus in exilium; nec Romula tecta uideret, 215  
 Ni fatum offerret uictos: licet exul ab urbe  
 Cum Romanorum Gallis uexilla tulisset,  
 Exul et extorris meruit de clade triumphum.  
 Mentibus ingenuis semper pro lege tenete:  
 Solliciti ciues debent spectare, potentes 220  
 Securi ne regna petant, das otia seruo,  
 Mox liber uult esse. sibi iam nemo quietus  
 Diuitis insidiis durabit paupere caeso.  
 Quaestio. at inquis: sed legi parendum est quae sanxit  
 ut uir fortis optet praemium quod uolet.  
 Si leges tractare placet, ueniatur ad illas.  
 'Accipiat quodcunque uolet uir fortis et optet.' 225  
 Hoc cupit et pauper, pro uoto diuitis instat,  
 Ut maneat lex lata rogat. uenialis imago  
 Aut ualet aut certe simulacrum lege perempta.  
 Interea non aera micent, non marmora surgant,  
 Nec sub lege pia fortis noua praemia quaerat, 230  
 Quae damnat mox sponte sua. non submouet unquam  
 Legis cauta furor, quam dant pro laude triumphi.  
 . . . . .  
 Instar habent hostis, quem sanctio nulla coeret;  
 Condemnat solus ciuilia iura tyrannus.  
 Nonne, triumphantis legem si forte superbus 235  
 Temneret aut parui pendens quicumque negaret,  
 Sacrilegus temerator iners inimicus et hostis

214 ipse (uel ante) scripsi: inde N || 215 num reuidit ? ||  
 216 Ni satis offerret uictor N, correxi | lice N || 220 Solliciti  
 ueniam d. sperare N, correxi | parentes N, corr. Duhnus ||  
 222 sibi scripsi: suus N || 223 durabit Duhnus: dura ut (= uel)  
 N || 225 uolet ex uelit corr. N || 228 puto certest | lege in ras.  
 N || 229 surgunt N || 232 Legis N || puto pacta || post 232 lacunae  
 signa posui || 233 quos N, correxi || 236 negaret scripsi: putaret N

Publicus ille foret, legum secreta tribunal  
 Iam quateret strepitu iuuenis, fora nostra creparent,  
 240 Ipse cicatrices subducta fronte recentes  
 Pectoris effossi populo monstraret et urbi,  
 'Virtutis laesae grauis est iniuria Marti'  
 Clamaret per templa Iouis, per templa Minerae,  
 'Nemo aciem subeat, nullus prorumpat in hostem'  
 245 Diceret, infremerent omnes uno agmine ciues?  
 Pauperis, o proceres, languentia colla sinetis  
 Carnificis truncare manum? non arma tubasque  
 Tollitis et saltem ciuilia bella mouetis?  
 Quid, plebs nostra, taces? diues praeiudicat urbi  
 250 Et pariter tua iura necat; proscriptio surgit,  
 Quae populo uitam libertatemque necabit.  
 Non gemitis, non fletis adhuc, non arma paratis?  
 Laudis erit fateor pro libertate perire:  
 254 Nam pro Verginia cum plebs arderet in ira  
 256 (Quam pater egregiam prostrauit morte puellam  
 257 Impietate pius, ne Claudius esset adulter),  
 255 Montis Auentini turba it Romana cacumen;  
 258 Nec populus liber capto de monte rediret,  
 Plebs nisi sumpsisset cum libertate triumphum.

#### Epilogi.

260 Vidimus, o ciues, fugientis pauperis ora  
 Cum manibus quaesisset opem sine uoce rogantis.  
 Diximus: 'hostis adest. ueniat uir fortis et adsit,  
 Cuius inops simulacra tenet, cui crura lacertis  
 Cinxit et ad plantas prostratus plangit egenus,  
 265 Belligerum ceu numen habens.' dum pronus adhaeret,

240 fronte] nonne ueste ? || 242 marti N || 243 Clamare N ||  
 245 Dicerent N | malim infremerentq; || 247 manu N, corr. Duh-  
 nius || 250 negat mauult idem | proscriptio N, correxi || 251 ne-  
 gabit N, correxi || 254 uergenia N, in cuius margine nota r. ||  
 255 post 257 posui || 256 Quam scripsi: Cum N || 255 turba it  
 scripsi: tenuit N || 258 num redisset ? || 262 fortasse hostia

Diuitis optata praesentia turbida rostris  
 Adparet. conclamat inops: 'succurrite, ciues!  
 Diues adest uiolentus atrox mea fata requirens,  
 Quem nihil offendi, nisi quod sum pauper honestus.  
 Ecce triumphalis metuendum dextera ferrum, 270  
 Id quod in hostiles iugulos ex urbe tulisti,  
 In patria reuocare uelit? ne uiscera matris  
 Transadigas gladio, laceres ne membra parentis,  
 Quae te palmiferis docuit concurrere telis.  
 Parce, precor, ferrata manus: ciuilia colla 275  
 Ne ferias, quae mucro tuus defendit ab hoste.  
 Sit pudor atque nefas extinguere proelia campo  
 Et mortes transferre foro.' lamenta minora  
 Credimus auditu: dolor est spectare cadentem,  
 Funera siue oculis uiuum uidisse cadauer, 280  
 Cum gemit et moriens tremibundos palpitat artus.  
 Mugitus quos ille dabit per moenia pauper,  
 Cum uulgo spectante cadet, cum membra cruore  
 Perfundet moribunda, solo cum mordet arenam!  
 Anguibus implicitum credas Lauconta gementem. 285  
 Sic decet ut fortis lassos, ut diues egentes,  
 Ciues ciuis ames? aut sic defenditur insons?  
 Si uocem simulacra darent, tua signa rogarent  
 Et dolor iste daret deflendis uerba querelis:  
 'Dic, iuuenis diues, patriae dic fortis amator: 290  
 Si pauper reus est, tua quid peccauit imago,  
 Virtutis monumenta tuae, quid testis honorum  
 Temnitur et patriae foedantur moenia nostrae?'  
 Haec simulacrorum uox est; patriaeque gementis  
 Audi uerba tuae: 'merito te laeta creauit, 295  
 Infantem gremio tenui, simul ubera paruo

266 num optati? || 268 Diues *Dubnius*: Ciuis N || 272 uelis N, *correx* || 274 concurre N || 280 sine N || 284 Perfundat N, *correx* || 285 Lauconta N, *correx* || 286 lassos fortis N || 288 rogassent N, *corr. Dubnius*

Urbs mater tremibunda dedi cunabula praestans,  
 Quem praetextatum iaculis proludere iussi:  
 Impubes iam fortis eras, inuictus adultus  
 300 Et iuuenis uictor: sed ne fraudatus abires  
 Fortunae quocunque bono, largitur honores,  
 Diuitias confert, tribuit per bella triumphos.  
 Et pro tot meritis instas orbare parentem  
 Pignore percusso, cui nil fortuna honorum  
 305 Contulit iniusto pensans moderamine fatum?  
 Si ratio te nulla mouet, si mente cruenta  
 Humana pietate cares, imitare leones,  
 Quos feritas generosa inuat: super arua metentes  
 Ingruere fremitusque dare procul ore cruento  
 310 Nobilis ira solet, subiectis parcere gaudet  
 Et praedam rabies contemnit fulua iacentem.  
 Gramina non tangunt, feriunt sed fulmina quercus.  
 Nunquam taurus iners lassa ceruice Tonanti  
 Victima fessa datur, sed iam quis grandia surgunt  
 315 Ingentes per colla tori, quos fronte superba  
 Pascua cornigeros armant in bella iuuencae.  
 Hostia uictorem funestat languida pauper,  
 Si maectatus erit. sed sint tua sacra coronae,  
 Sint hederæ lauri quercus et palma triumphi,  
 320 Sint elipei galeae contus lorica trophaeum.  
 Accipe tura potens deus ut Tirynthius aris;  
 Ledaei partus, magnus cum Castore Pollux,  
 Semidei post fata uigent: his quartus adesto  
 Virtutis ratione fide pietate uigore

298 pro ludere N || 304 nihil N || 305 censens N, *corr. Buech.* || 306 fouet N, *corr. Buech.* || 308 inuat superba temnetes N, *correx* (iubet super arma tenentes *Buech.* super ense nientes *Ellisius* inuat: superare minantes *P. Waglerus*) || 310 gaudent N, *correx* || 311 contempsit N, *correx* || 315 quis N, *corr. Buech.* || 316 armat N | iuuenos N, *correx* || 317 funesta N, *corr. Buech.* || 318 coronae *ex* corumae N || 321 tirinthius N || 322 Ledaei *scripsi*: Tedi N (Et Ledae *Buech.*) || 323 quintus N, *corr. Buech.*

Possessure polos, scandens qua lacteus axis 325  
 Vertitur, aetherii qua candet circulus orbis  
 Lunarisque globus qua uoluitur axe tepenti  
 Aut certe qua Phoebus agit super astra iugales:  
 Sidera sic capies, poteris sic astra mereri.

## VI. Epithalamium.

Egregii iuuenes, o gloria summa parentum,  
 Foedus amicitiae, solamen grande clientum,  
 Dulcia cantatis dum uotis carmina uestris,  
 Facundos uos fecit amor. Venus alma, potestas  
 Delphica, flammipotens inuasit tecta Cupido: 5  
 Tempora iam lauro uel myrto cingite frontes  
 Et uolis ornate comas, dent alba coronas  
 Lilia mixta rosis: candor pallorque ruborque  
 Crinibus insidat qui uernat in ore puellis,  
 Floribus ambrosiis sponsalia sarta ligentur. 10  
 Saltet Apollineum Musis cantantibus agmen,  
 Laurea sarta comis imponat pulchra Dione,  
 Pallados armisonae crinem praecingat oliua,  
 Arma ferat Mauors, quibus et proludere nostis  
 Et bellum, si tempus eget, perferre ualetis: 15  
 Interius uos Musa Venus Phoebusque Cupidoque  
 Et Bromius possedit Hymen! Mars saltat amores  
 Et Venerem placare cupit, cui militat omnis  
 Marcidus et nudis ludit post arma lacertis;  
 Ac furibundus Amor Veneris per castra triumphat: 20

326 candet *Rossb.*: sedat *N* || 328 quae *N* || 329 posteris sic castra *N*, *corr. Duhnus* || Exp. Controversia statuae uiri fortis quam dixit in Gurgilianis thermis Blossius Emilius Dracontius uir clarissimus et togatus fori proconsulis armae Carthaginis apud proconsulem Pacidegium. ~ *subscribit N*

VI. 1 o *addidi: om. in lac. N* (et *Duhnus* uos *Rossb.*) || 5 inuasit templa *N*, *correxi* || 6 myrtus c. fronde *Rossb.* || 13 amisonae crinem *N*, *corr. Duhnus* || 14 Mauors *scripsi: martis N* || 16 cupido *N*, *corr. Rossb.*

In praedam uenere dei uincente Dione.  
 Ergo, Venus, te, docta, rogo: facunda per ora,  
 Per sensus te funde meos; tua gaudia feruent:  
 Sponte uenire decet, non te decet ire rogatu.  
 25 Sufficiant tibi uota, Venus: praecordia dura  
 Mollis adire soles, nolentibus ire per artus  
 Et mentes intrare senum uenasque leuare  
 Ignibus et gelidas calidis reparare fauillas,  
 Ut ueteranus amet senior ceu nuper adultus:  
 30 Non ego lasciuos opto mihi crescere sensus,  
 Sed precor aspergant nostrum tua numina pectus,  
 Ut ualeam cantare tuos per uota triumphos  
 Et mixtis altare choris cantare choreas.  
 Publica magnifice per moenia uota geruntur:  
 35 Quas dedit una domus, domus excipit una sorores;  
 Quorum umbone tegor uel quorum munere uiuo:  
 Post uarios casus, post tot discrimina uitae  
 Porrexere piam placido protegmine dextram  
 Et, quod maius erat, laesi tribuere salutem  
 40 Fortunamque mihi reducem pietate nouarunt.  
 Quisquis adest sapiens scholasticus atque peritus  
 Accurrit laudare uolens, cantare paratus:  
 Quas ego festinem laudes et carmina ferre  
 Pro meritis animisque uirum! puer alme Cupido,  
 45 Ignea progenies et rerum perpes origo,  
 Huc ades armatus fluidis post terga pharetris,  
 Inbue pinnatis precor oscula blanda sagittis,  
 Morsibus alternis ut lambens lingua palatum  
 Tergat et uidentur suspensis dentibus ora.

22 rogo ego: duco (o in ras.) *N* uoco *Buech.* precor *Rossb.* | per ora *scripsi: perita N* || 24 rogatum *N*, *correxi: rogatam Buech.* || 31 numina *scripsi: carmina N* || 33 mixtis saltare *N*, *correxi* || 34 gerantur *N*, *correxi* || 38 pro tegmine *N* || 39 nonne laeso? || 42 uolens et carmina ferre cantare *N* || 43 in initio Pro meritis animisque uirum *expunctum N* | Quas *scripsi: Quanto N* Quin *Buech.* || 47 Indue *N*, *corr. Buech.*

Sponsa maritales cognoscat utraque vapores, 50  
 Et sponso his iungat amor quasi corpore in uno  
 Brachia uirginis adnectens stricta lacertis;  
 Has matronali societ de more cateruae  
 Blanditus sine fraude dolor sub uulnere casto  
 Seruatumque diu rapiat hac nocte pudorem, 55  
 Et poenae sit merces amor, pia pignora nati.  
 Vix ea fatus eram, subito uenit aliger ille,  
 Ore micans ac fronte minax et crine coruscans  
 Impubes lasciuus; erant cui castra iugata:  
 Ibat in obsequium Risus, complexibus haerens 60  
 Iusta Libido coit, uenit et moderata Voluptas,  
 Candida legitimas accendens Gratia taedas  
 Accurrit, uenit alma Fides, Petulantia simplex,  
 Casta Pudicitia procedit mente quieta,  
 Sobrietas per cuncta uigil deuota cucurrit 65  
 Et quidquid iustos solite comitatur amores;  
 Liber pampineis ornatus fronte corymbis  
 Intrat et uiferos uibrat super agmina thyrsos,  
 Pan calamis perflare melos Bacchaeque rotari  
 Sileno cantante calent populosque mouere 70  
 In fescenninos fremitus et gaudia mentis.  
 Aduit interea Cypris subuecta columbis:  
 Apparet de parte poli, qua flammeus axis  
 Voluitur australis conlustrans cardinis oras.  
 Florea purpureas retinebant frena columbas 75  
 Et rosa blandifluas rutilans nectebat habenas,  
 Lilia sunt inserta rosis iuga pulchra uoluerum;

50 utraq; scripsi: utra N (de utrâque cf. L. Muell. d. r. m. 314) || 51 sponso sic iungat N, correxi || 54 sine scripsi: sub N || 55 rapiant ac N, corr. Buech. || 57 aliger ignis N, correxi conl. Aegrit. Perd. u. 77 (igniger ales Rossb.) || 59 erat cui castra uoluptas N, correxi || 60 amplexibus N, corr. Buech. || 62 accendens N || 63 Occurrit N, correxi || 67 corimbis N || 68 malim uiferos | thyrsos N || 69 rotari N, corr. Buech. || 70 saltante placent N, correxi || 76 abenas N

Verbere purpureo Cypris iubet ire iugales,  
 Remigat ammotis pinnarum plausibus ales.  
 80 Moenia respexit Carthaginis alma Cythere:  
 'Illo', dixit, 'aues, conuertite mando uolatus:  
 Victoris soboles felici sorte iugantur.  
 Illic pura fides, illic prudentia simplex,  
 Coniugis in gremio pietas, sine fraude uoluptas;  
 85 Non ibi liuor edax, non est elata potestas  
 Priuato sub more gerens sua iura modeste;  
 Quin mercede sua multos coniunxit egentes:  
 Haec inopes dotare solet uel pascere egenos,  
 Legibus et nostris nudas uestire puellas.'  
 90 Dixerat haec Cytherea parens; iam tecta subibant:  
 Idaliae uolucres: occurrunt gaudia cuncta  
 Obsequium latura deae, tamen ore modesto  
 Anxia sola procul thalamo florente relicto  
 Virginitas pudibunda fugit raptumque paescens  
 95 Fletibus ora rigat; quae non reditura recedit.  
 At Venus attingens urbem petit antra mariti  
 Neptunisque domos intrauit Maximianas:  
 Illic turba fremit matrum iuuenumque pudica  
 Et matronali sponsas cinxere corona,  
 100 Pompa cateruarum felix notiua canebat;  
 Progenies crementa domus Victoris honesta  
 Suscipit, et nuribus natos iunxere parentes;  
 Victorianus enim fratres et Rufinianus  
 Lege maritali ueniunt sub iura Dionae.  
 105 Tunc Venus ad sponsas intrans haec uoce profatur:  
 'Vescite fecundis gaudentes lusibus ambae,  
 Nocte tamen properante uiris certate modestae;

80 Cythere N || 81 conuertite bis, alterum expunctum N || 84 uoluntas N, correxi || 87 Quin scripsi: Qui N Quae Buech. 94 raptumque scripsi: gratumque N || 99 matronalis N || 103 fratres addidi: om. N, cuius in marg. B. || 105 haec scripsi: hac N || 106 Crescite N, correxi || 107 modeste N, correxi



Sed hoc certamen modico luctamine constet:  
 Acrior est puer ille meus, dum temnitur, et plus  
 Vrit amoriferis certantia membra sagittis. 110  
 Dixit *ut* haec, puerum genetrix implere pharetras  
 Imperat. ille libens imbutas melle sagittas  
 Misit et ambarum sensus transfixit: arundo  
 Corda ferit iuuenum ueniens et pectora fratrum,  
 Quorum uota sonant. longa est lux ipsa diei, 115  
 Et cupiunt transire citam, succedereque umbras  
 Exoptant paribus uotis spatiumque moratum  
 Lucis adoptatae transire in tempora noctis.  
 Pergitur ad thalamos, conuiuia laeta celebrant,  
 Agmina saltantum miscentur lusibus aptis. 120  
 Pignora pulchra micent et talia uota celebrent,  
 Floribus et uestris crescat generata propago.

#### VII. Epithalamium Ioannis et Vitulae.

Carminis Idalii cuperem nunc ebrius esse  
 Nobilium thalamis Fabiani sanguinis index.  
 Quod mihi si felix hodie fortuna dedisset 3  
 Et Vitulae canerem taedas per uota Ioannis, 7  
 Non inhonorus erae sed laude redemptus abire 4  
 Ver recreatus agens et non tantum ipse renatus, 5  
 Emerito referens generosas auspice laudes, 6  
 Laurea sarta comis religans et tempora myrto 8

108 luctamine *scripsi*: certamine N conamine *Buech.* || 109 Atrior N, *corr. Duhnius* || 111 Dixit et puerum N, *correxi* (Dixerat et p. *Duhnius* Dixit sed *Buech.*) || 112 sagittas *Buech.*: sagaci N || 114 num uemens? || 116 citam *scripsi*: diem N e *glossa* | succedereque umbras *scripsi*: succedere noctem N e *glossa* || 117 spaelumque morarum N, *correxi* || 122 Moribus *Ellisius* || Exp. epithalamium in fratribus dictum N

VII. 3 foelix N || 7 ante 4 posui || 4 erae (*uel era*) *scripsi*: eram N || 5 Vere creatus N, *corr. Duhnius* | sed non tamen ipse N, *correxi* (si non tamen *Buech.*) || 6 *corruptus*; *expecto* A merito r. generosius a. munus

Prodere gestirem haec quae nunc per nota geruntur:  
 10 Cantarem, quia Cypris adest, bona mater amorum,  
 Agmine mollifico ducens subolesque choreas  
 Impubes, lasciuus atrox, uiolentus amoenus,  
 Lis pacis, tacitus reloquax, furtiuus et audax,  
 Nudus et armatus, ferus et pius, improbus insons;  
 15 Armaque amoriferum secum huc uexisse uolucrum  
 Vulgarem, quia tela gerit quibus auctor Achilles  
 Arserat Aeacides Nymphae radiatus amore:  
 Spicula dixissem, quibus arsit Apollo disertus,  
 Cum peteret Daphnen, Liber quibus arserat Indus,  
 20 Candida Dictaeae cum cerneret ora puellae,  
 Vel quibus ipse ferox Mars est accensus amore,  
 Vesticolae niueos peteret cum uirginis artus,  
 Ut daret aeternum Romana in saecula Quirinum  
 Et post fata deos faceret super astra senatum.  
 25 Sed quia captiuo fas non est dicere carmen  
 Nec reticere licet festiuo in tempore uati,  
 Ista canant pueri qui carmine uota loquentur,  
 Plausibus exultent et tympana rauca puellae  
 Percutiant palmis, digitis sub arundine motis  
 30 Dispensent hinc inde melos perflante labello  
 Et quatiant dulces Museo pectine chordas,  
 Et uocis textura sonet neruique loquaces  
 Bybliadas Satyris iungant Nymphisque Hymenaeos,

9 haec *deleuerim* || 11 mollifluc N, *correxi* | subolesque *scripsi*: sua pompa N || 13 tacitusque loquax N, *correxi* | fur garrulus audax N, *correxi* (*uocis hic inepta garrulus, quae est glossa illius reloquax, turbatur binorum oppositorum series*) || 15 Armaque *scripsi*: Et quod N | hunc dixisse N, *correxi* (hunc duxisse *Duhnius*) || 17 Asserit eacides N, *corr. Duhnius* || 19 Daphnem N || 20 Dictaeae c. cernerat N || 21 ferox *scripsi*: furor N | amare N, *corr. Duhnius* || 26 num libet? || 27 quia N, *corr. Buech.* | uota *scripsi*: uera N || 28 insultent N, *correxi* || 29 motis *scripsi*: uentus N (uentos *Buech.*) || 30 flabello N, *correxi* *sententia flagitante* || 31 cordas N || 33 Bibliades N, *correxi*



Et Dryades passim coeant per prata Napaeis,  
 Oreadas Faunis iungant et Naidas omnes, 35  
 Et Bacchis copuletur Amor per castra Dionae;  
 Saltet et imparibus calamis Pan corniger intrans,  
 Ebrius interea nutet Silenus asello 38  
 Et neruo cantante sonet noua murmura lingua; 40  
 Oscula nectantur calamis imbuta rosatis, 39  
 Morsibus alternis suspenso dente fruuntur; 41  
 Gratia uernantes adnectat pulehra colores,  
 Casta Pudicitia stricto placitura marito  
 Floribus ex uariis texat per prata coronas  
 Lilia mixta rosis socians uiolasque hyacinthis: 45  
 Purpuret et niteat limen pallente rubore  
 Sardoasque iuguet postis Sitifensibus herbis;  
 Sic puer Idalius permiscet mella uenenis,  
 Sic rosa miscetur spinis, medicina cerastis  
 Perficitur stimulis fauos apis alma tuetur: 50  
 Sic pia uirginitas non tollitur ante pudoris,  
 Vnguibus infensis quam uulnerat ora mariti  
 Et prior ante sui uindex est ipsa cruoris,  
 Vt discat sacras fecundo uulnere flammas:  
 Sic capiunt dulces modo pignora blanda parentes, 55  
 Et genus humanum sic stat sub lege perenni;  
 Tot bona proueniant sponsis quot dextra parentum  
 Iungit amoriferas per festa iugalia palmas;  
 Cana Fides Pietasque iugent et casta Voluptas  
 Brachia constringat celeres missura nepotes, 60

34 pro Dryadibus masculi restituantur dei | cohibent N, corr. Duhnus; an sociant? || 35 amnes Buech. || 36 copuletur N, corr. Duhnus || 40 ante 39 posui | cantante Buech.: candente N comitante Rossb. || 42 dolores N, correxi || 45 hyacinthis N || 46 limen scripsi: gemme N || 47 iubet posculis siti fensibus N, correxi (iuguet poclis S. Duhnus) || 48 bella N, corr. Buech. || 49 cerastis ex cerasiis N || 54 ducat mauolt Buech. || 55 Sic sunt dulces N, correxi || 58 amoriferis — palmis N, correxi || 59 iugent N, corr. Duhnus || 60 constringant N, correxi | missura scripsi: uisura N

Pronuba Iuno meet fecunda sorte maritans  
 Lanigera comitante dea per uota Minerua,  
 Concordesque simul celebrent pia sacra Dionae.  
 Ista canant iuuenes, hoc cantent carmen adltae  
 65 Et simplex aetas, pueri teneraeque puellae,  
 Cantitet hoc ueteranus amor, reuerenda senectus  
 Cantet: amator erit qui hos cantarit amores;  
 Nescit enim senibus ueniam donare Cupido.  
 Ast ego, qui nequeo captus mea plectra mouere  
 70 Carmine legitimo, dederant quia carmina clades,  
 En modo sic positus, Cythereae cantibus absens,  
 Sollicitor rabidus temerarius incitus audax:  
 Vt uacat expositis post proelia miles ab armis  
 Saucius atque gemens quod languida uulnera curet,  
 75 Classica si subitis feriant elangoribus aures,  
 It dolor, ira redit, ceu iam sit plaga cicatrix,  
 Redditur et saniem sistit furor arma reposcens,  
 (Fit medicina furor, curat mox tessera Martis  
 Et dare iam membris perguit tuba rauca salutem); —  
 80 Aut uelut acer equus circi iuga ferre dicatus,  
 Orbita cornipedo sequitur quem ducta uolatu,  
 Si fretus propria uolet arte, fauoris alumnus  
 Plus eat in frenos et concitus axe sonoro  
 Pulueris in nubem radiatis orbibus actas  
 85 Accipiat per crura rotas et corruat ictus,

61 meet scripsi: uenit N | secunda N, corr. Buech. || 62 an Lanifica? || 65 Dione N || 66 Cantilet N, corr. Buech. | puto honor || 67 hos scripsi: non N || 69 neque hoc aptus N, corr. Buech. | plectra N || 70 legitimo (olim pollicito) scripsi: sollicito N || 71 En ego: Et N | cytherea N, corr. Duhnus || 72 Sollicitus tabidus N, correxi | incitus scripsi: anxius N; furoris notionem requiri seqq. docent || 73 Vt Duhnus: Et N || 74 quo N, correxi || 75 si Buech.: his N || 77 Reditur N, corr. Buech. || 78 curat mox scripsi: furor est nox N || 79 perguit scripsi: discit N (dicit Buech.) || 82 uolet arte scripsi: uoluntate N leuitate Buech. || 84 radiatus N, corr. Duhnus || 85 per scripsi: post N | cornua ictus N (ingo R), corr. Duhnus

Mox studium dolor omnis habet, plangente colore  
 Aduersa plaudente manu stabulisque refertur,  
 Hinnitus si forte sonent strepitusque rotarum  
 Et fauor excussus caueis circensibus ingens,  
 Eleuat enisum directis auribus audax 90  
 Erecta cervice caput tremibundus et artus  
 Pensat nec stabulum fessis hinnitibus implet,  
 Iam qua stat pluitur tellus sudore furoris,  
 Vulnere despiciens absentibus ora lupatis  
 Ingerit et uacuos dat per praesepia cursus; — 95  
 Utque auis insidiis curuato uimine clausa,  
 Quae cantu mulcere solet sub uoce canora  
 Arboreum per cuncta nemus duosque labores  
 Agricolam, silet intus habens captiua dolorem  
 Libertatis amans auras nemorumque cacumen 100  
 Et tacet omne melos retinens sub uoce silenti,  
 Altera si resonet modulatis cantibus ales,  
 Ingenuos dat capta sonos quasi libera, uernans  
 Ut credatur auis ramo eecnisse uirenti,  
 Illa tamen querulas miscet male garrula uoces: 105  
 Sic ego captiuus tot festis plausibus actus  
 Carmina pauca feram delectis ipse duobus  
 Ex genere amborum, qui me modulante canentur;  
 Pontifices sacri Statulenus Optatianus  
 Moribus innocuis, sancta pietate modesti, 110  
 Religione pia castis altaribus apti,  
 Quorum cana fides per sacra Palatia pollens  
 Floruit, unus erat Latialis mysticus aulae,  
 Alter apud Danaos sacrata mente dicatus;

86 calor omnis ab *Buech.* (hebet *P. Waglerus*) dolor omne rapit *Rossh.*; cf. *Fleck. ann.* 1873 p. 269 | colore *Rossh.*: dolore *N* corona *ego olim* || 87 Aduerso *N* || 90 elisum *N*, *correci* || 95 dat post praesentia *N*, *correci* || 96 Utq. *scripsi*: Aut *N* || 101 reticens *N*, *corr. Buech.* || 107 puto parua f. dilectis | ipe *N* || 109 Optatianus *N*, *corr. Duhnus et Octavianus proponens* || 111 pii *N*, *correci* || 112 Pallatia *N* || 113 mysticus *N*

115 Quorum sanguis adest, quos omnia fausta iuuabunt:  
 Ex hac progenie iunctis et gente togata  
 Coniugio tali speremus numina nasci!  
 Nam mihi quod teneor non tam dolor alter acerbus  
 Quam quod apud tales obliuio longa moratur  
 120 Nominis inclusi. sed si me claustra fatigant  
 Temporis immodici, nec uos impune tacetis.  
 Poena est non leuior uobis quatiente pudore,  
 Quod licet exiguum tamen inter iura poetam  
 Temnitis immemores facunda mente periti.  
 125 Quid prodest seruasse hominem per tanta pericla  
 Et clausum liquisse diu sub clade salutis?  
 Non male peccaui nec rex iratus inique est,  
 Sed mala mens hominis, quae detulit ore maligno  
 Et male suggestit tunc et mea facta grauauit.  
 130 Poscere quem ueniam decuit, male suscitatur iras  
 Et dominum regemque pium saeuire coegit.  
 Nam deus omnipotens compungit corda regentis,  
 Quando iubet pietate sua, ueniaequae relaxat.  
 At cum liber ero domino ignoscente reductus,  
 135 Dum tacet os uestrum nec nos sermone iuuatis,  
 Nomina uestra reor praeconia nulla manebunt.  
 Sed ne maesta canens concludat carmen amoris,  
 Post haec nota parens quid sit factura Dione,  
 Murmuret os tacitum, Carales cum coeperit iri.  
 140 Aeolias petet illa domos aditura tyrannum,  
 Ut frenet uentos et caerulea marmora tergat,  
 Mollior aura means tantum bona flamina mittat,  
 Ut ratis incolumis Sardorum litora tangat.

115 omina *Buech.* || 118 tam *addidi*: om. *N* est *Duhnus* aceruus *N* || 122 Poena *Buech.*: om. *N* || 125 per *scripsi*: post *N* || 129 fata *N*, *corr. Duhnus* || 132 compungit *N*, *corr. Buech.* || 133 lubet *Ellisius* | ueniamque *N*, *correci* || 137 nec *N* | fortasse concludam || 139 os tacitum *e u.* 135 irrepsisse uidetur; num os uatis? || 141 tergat *scripsi*: tendat *N* || 142 flumina *N*, *correci* | mictat *N* || 143 littora *N*

Nec negat haec Eolus Veneri sua iura roganti.  
 Cypris in ornatu ueniens freta glauca uagatur, 145  
 Cum pelagi Nymphis ibunt Tritonis alumni  
 Nereidum spumante choro Phorcique clientes  
 Gurgitis aequorei pisces immania cete  
 Et quaecumque latens surget de fluctibus imis  
 Belua terribilis summas gestire per undas; 150  
 Inter quas delphine sedens Galatea minaci  
 Neptunum perfundet aquis: rorante fluento  
 Ille caput barbamque ciet ridente Dione.  
 At uolucer Veneris uolitans super aequora pinnis  
 Iam spargens sub fraude rosas tamen igne sagittas 155  
 Mandat ad aequoreos comites et frigida ponti  
 Aequora flammam atrox, elementa ut uota celebrent.  
 Haec dixisse sat est, sed qui modo iure tacemus,  
 Omnia reddemus quandoque nepotibus almis.

## VIII. De raptu Helenae.

Troiani praedonis iter raptumque Lacaenae  
 Et pastorem scelerati pectoris ausum  
 Aggrediar meliore lyra. nam prodimus hostem  
 Hospitis et thalami populantem iura mariti,  
 Foedera coniugii, consortia blanda pudoris, 5  
 Materiem generis, sobolis spem, pignora prolis:  
 Nam totum de matre uenit, de matre creatur  
 Quo membratur homo, pater est fons auctor origo,

146 Tritones N, corr. Buech. || 148 caete N || 149 At N, corr. Duhnus (nisi praestat Ac) | surgit N, corr. Buech. || 150 Bella, corr. Duhnus || 151 delphine N || 153 ciet in N ut corruptum notatum; barbam quatiet Rosb. || 155 puto sub fronde rosas tamen inde || 158 quae Buech. || Exp. Epithalamium iohannis & Vitulae: ~ N, in quo paginae uacuae 5 secuntur

VIII. Dracontii Opus de raptu Helenae inscr. N || 1 laceae N || 2 pastoralé (' saepe pro uirgula' N (sic) || 3 meliore uia N, correxi conl. Nemes. Cyn. 63; maiore uia Ribbeckius || 8 Quod N, corr. Duhnus

Sed nihil est sine matre pater: quota portio patris  
 10 Omnis constat homo? mater fit tota propago.  
 Ergo nefas Paridis, quod raptor gessit adulter,  
 Ut monitus narrare queam, des, grandis Homere.  
 Mollia blandifluis delibans uerba palato  
 Quisquis in Aonio descendit fonte poeta,  
 15 Te numen uult esse suum. nec dico Camenae  
 Te praesente 'ueni': sat erit mihi sensus Homeri,  
 Qui post fata uiget, qui duxit ad arma Pelasgos,  
 Pergama Dardanidum uindex in bella lacessens,  
 Et qui Troianos inuasit nocte poeta,  
 20 Armatos dum clausit equo, qui moenia Troiae  
 Perculit et Priamum Pyrrho feriente necauit:  
 Numina uestra uocans, quidquid contempsit uterque  
 Scribere Musagenes, hoc uilis colligo uates.  
 Reliquias praedae uulpes sperare leonum  
 25 Laudis habent: meruisse cibos quos pasta recusant  
 Viscera, quos rabies iam non ieiuna remisit,  
 Exsultant praedamque putant nuda ossa ferentes.  
 Attica uox te, sancte, fouet, te lingua Latina  
 Commendat: uulgate, precor, quae causa nocentem  
 30 Fecit Alexandrum raptu spoliareque Amyclas.  
 Caelicolum praetor iam sederat, arbiter idem:  
 Iam gremium cespes, iam surgens herbida tellus,  
 Pascua et aetherium fuerant herbosa tribunal.  
 Soluerat Iliacus caeli uadimonia pastor  
 35 Et litem facit ipse suam: laudata recedit

9 sine addidi: om. N || 12 des (uel da) scripsi: te N tu Ian(ellius) || 13 delibans scripsi: delimas N delibes Ian. || 14 conieci Quisquis Maeonio || 16 praesenti N || 20 Armato N, corr. Buech. || 23 collego N || 30 spoliare Amyclas N, corr. G. Loewius; raptu ut spoliaret Duhnus (melius ut r. sp.) || 31 pastor pro exquisito illo praetor Buech. | idem N: Idae Ian. Ida Buech. Idam Rosb. coll. uol. IV 466, 4; 484, 2 || 32 gremium] puto gemmans uel solium | surgens] puto sedes || 33 Pascua scripsi: Stabat N iam stabula Ribb. | puto clinosa || 34 iliacas N, corr. Ian. | coeli N | uad.] puto certamina

Contempta Iunone Venus; tunc uirgo decora  
 Victa dolet, nam tristis abit: heu nescia mens est,  
 Quae mala circumstent ausum dare Mineruae!  
 Indicis Idaeï pretio sententia fertur  
 Damnaturque Paris; nec solus pastor habetur 40  
 Ex hac lite reus: damnantur morte parentes,  
 Damnantur fratres, et quisquis sorte propinquus  
 Aut cognatus erat, cunctos mors implicat una.  
 Atque utinam infelix urbs tantum morte periret!  
 Damnantur gentes, damnatur Graecia sollers 45  
 Heu magnis uiduanda uiris: orbarur Eous  
 Memnone belligero, Danaorum Thessalus heros  
 Et Telamone satus pereunt, duo fulmina belli.  
 Pro matris thalamo poenas dependit Achilles  
 (Vnde haec causa fuit) forsân, Telamonius Ajax 50  
 Sternitur inuictus, quod mater reddita non est  
 Hesione Priamo, sic et data causa rapinae:  
 Cur gentes cecidere simul, cur sexus uterque  
 Concidit, infanti nullus post bella pepercit?  
 Sic dolor exsurgit diuum, sic ira polorum 55  
 Saenit et errantes talis uindicta coeret? —  
 Compellunt audere uirum facta impia fata,  
 Quae flecti quandoque negant, quibus obuia nunquam  
 Res quaecumque uenit, quis semita nulla tenetur  
 Obuia dum ueniunt, quibus omnia clausa patescunt. 60  
 Iam grex horretur, fontes casa pascua siluae

36 sq. fortasse Venus; Tritonia uirgo Tristis abit, nam uicta dolet || 37 abiit N || 38 iura N, correxi || 42 sorte scripsi: in morte N in urbe *Duhnius* (in arce *Rossb.*) amore *Ellisius* || 43 explicat N, corr. *Ian.* || 44 Aq; utinam me, Aq; Troi *Duhnio* teste N, qui in marg. Troia glossam habet; corr. *Ian.* (Troiaque ut *Buech.*) | infoelix N | puto marte | perriet N teste *Duhnio* || 46 et Eos *Ian.* || 47 Danaorum scripsi: damnatur N || 49 depondit N || 52 Hesione *Ian.*: Esto ne N | et scripsi: est N || 53 cum sexus N, corr. *Ian.* || 54 perpepercit N || 56 coeret, alt. e ex corr. N || 57 facta *Rossb.*: fata N || 59 uenit] puto redit | tuetur *Buech.*: fort. uetatur

Flumina rura pigent nec fistula dulcis amatur;  
 Non placet Oenone, set iam prope turpis habetur,  
 Ex quo pulchra Venus talem promisit in Ida  
 65 Qualis nuda fuit: talem iam pastor anhelat.  
 Sordent arua uiro post iurgia tanta dearum,  
 Pergama sola placent, et moenia quaerere Troiae  
 Mens et fata iubent. monitus Paris omnia norat  
 Blandita nutrice puer, quo sanguine cretus,  
 70 Qui genus, unde domus; rapiensque crepundia pastor  
 Troianum carpebat iter. uix uiderat arcem  
 Lassus, et intactae procumbunt culmina turris,  
 Ingemit et tellus, muri pars celsa repente  
 Concidit et Scaevae iacuerunt limina portae;  
 75 Tunc Simois siccauit aquas, crystallina Xanthi  
 Fluminis unda rubet, sudat pastore propinquo  
 Palladium uel sponte cadunt simulacra Mineruae.  
 Forte dies sollempnis erat, quo Pergama rector  
 Infelix Priamus post Herculis arma nouarat:  
 80 Annua persoluens ingratis munera diuis  
 Laumedontiades capitolia celsa petebat  
 Reddere uota Ioui, laturus sacra Mineruae.  
 Ad dextram genitoris erat fortissimus Hector,  
 Troilus ad laeuam pauido comitante Polite;  
 85 Caetera natorum turba stipata subibat.  
 Reginam interea natarum turba coronat  
 Et nuribus comitata uenit pia uota ministrans:  
 Rex Helenum sequitur, Cassandrae mater adhaeret.  
 Dum pergunt et templa petunt, prorumpit in agmen  
 90 Pastor et attonitos elata uoce salutat:  
 "Sis felix, princeps, omnes saluete sodales

62 armatur N, corr. *Ian.* || 63 oenones iam N, correxi || 64 talem] fort. thalamum || 66 iurgia ego in N legi || 73 celsa *Rossb.*: certa N recta ego olim uersa *Schenkl* || 74 lumina N, corr. *Ian.* || 75 crystallina xanti N || 78 soll.] prior 1 deleta N || 79 Infoelix N | nouerat N, corr. *Buech.* || 85 stipatus abibat N, correxi || 91 foelix princeps N, corr. *Ian.*



Aut fratres, ut uera feram, tu fortior Hector,  
 Culmen et urbis apex, et uiribus indolis alme  
 Troile: frater ego, fratrem cognoscite uestrum.  
 Germanus sum uester ego Priamique propago, 95  
 Hecuba mi genitrix, abdicor crimine nullo:  
 Paruus Alexander pastor nutribar in Ida.  
 Nec pastor sit uile, Phryges: ego iurgia diuum  
 Compressi, nam lite caret me iudice caelum;  
 Hic redii, germana manus, nec caetera regis 100  
 Noscite corda negant nec mater pignus abhorret:  
 Conscite depositi uel certa crepundia fratris.  
 Dixerat et testes generis proiecit in arce.  
 Verba fides pietas quatiunt mox corda parentum,  
 Admissumque nefas generosa mente fatetur 105  
 Fusus in ora rubor. Paridis mox colla laeertis  
 Adligat et natum fletu gaudentis inundat  
 Conuictusque pater ueniam de prole rogabat.  
 Obstupuere omnes, mater gauisa recurrit  
 (Dat celeres pietas gressus quos denegat aetas), 110  
 Mox iuuenem complexa tenet per colla per ora.  
 Oscula diffundunt et lambere membra parentes  
 Insistunt iuuenis certatim, sed pius ardor  
 Adfectus dispensat amorque alternat utrique  
 Et uicibus cara Paridis ceruice fruuntur. 115  
 Nuntius interea totam compleuerat urbem:  
 Fama uolat per templa deum, quod pastor ab Ida  
 Se uelit ostendi regum de stirpe creatum.

93 tu uiribus *Ribb.* et tu puer *M. Schmidtius* | alme *scripsi*:  
 alme **N** || 94 cognoscite **N** || 96 Ecuba || 97 nutritur **N**, *correxi*  
 (nutritus *Dulnius*) || 100 Hic (*scil. iudex*) redii *scripsi*: Si cre-  
 dis **N** Sic redii *Rossb.* || 102 fratres **N**, *corr. Buech.* || 104 Vera **N**,  
*corr. Ribb.* | mors **N**, *corr. Ian.* || 106 pallidis **N**, *corr. Ian.* ||  
 108 negabat **N**, *corr. Ian.* || 112 *sq.* parentis — iuuenes **N**, *corr.*  
*Buech.* || 114 amorq; *scripsi*: agnes **N** auens *Buech.* agens *Duh-*  
*nius* || 118 uelit ostendit **N**, *corr. Ian.* (uelut ostendit *Buech.*  
 uetere ostendit *ego innisus Verg. Aen. I 626, qui tamen uelit*  
*defendit*) | regum *scripsi*: regni **N** Teucris *Rossb.*

Tunc Helenus uates templum dimisit et aram  
 Et procul exclamat: 'pater impie, pessima mater,  
 Quid pietas crudelis agit, quid perditis urbem?  
 Haec est illa tuo fax, mater, prodita somno,  
 Qua simul incendet Troiam regnumque parentum  
 In sortem dabit illa nurus. coniurat in arma  
 Graecia tota dolens raptum punire Lacaenae,  
 Litora nostra petent Danaï cum mille carinis,  
 Dorica castra fremunt, iam Pergama uexat Achilles,  
 Iam pugnant Danaï, iam cernimus Hectora tractum,  
 Troile, iam per bella furis, iam sterneris audax  
 Ante annos, animose puer, uirtute proteruus.  
 Sed quid fata neto, quid fixos arceo casus,  
 Cum nihil aduersis prosit prudentia signis?  
 Me exspectat fortuna potens, Epirus et ingens.  
 Dum loquitur, Cassandra uenit furibunda sacerdos  
 Et matrem complexa canit: 'quid, mater iniqua,  
 Quid, pater infelix, sic funera nostra paratis?  
 Immemor heu pietas: uni pia mater haberis  
 Pastoremque foues, sed multis impia constas  
 Regibus, Hectorem supplex emptura cadauer  
 Per montes per saxa datum; nec uenditur Hector  
 Integer: en lacerum rediet pro pignore corpus  
 Funeris Hectorei pretio maiore redemptum.  
 Me stuprum per templa manet, me pessimus Aïax  
 Inuadet pereunte domo. iam Troia crematur,  
 Sed flammis, rex, ipse cares; iamque Hecuba latrat,  
 Astyanax Danaï muro iactatur ab alto.  
 Sic praestat Bellona nurum, gener ipse Tonantis

121 *nonne* Quo? || 123 Qua *scripsi*: Quae **N** || 125 uolens  
*Buech.*; *praeplacet* calens || 130 animos et puer **N**, *correxi* ||  
 133 Me fortuna potens et pyrrius ingens exspectat **N**, *correxi* ||  
 (*M. f. p. exp. Pyrrhus et i. Ian. Me exp. f. p. et regia Pyrrhi*  
*Buech.*) || 136 infoelix **N** | sic *scripsi*: quid **N** || 141 en *scripsi*:  
 et **N** | retinet **N**, *corr. Buech.* (*retines ego olim*) || 145 ecuba **N** ||  
 146 Astianax **N** || 147 perestat **N**



Idaeus sic pastor erit capietque triumphum,  
 Sed post ipse cadet, veniet mox Pyrrhus ad arma,  
 Qui scindat muros, qui damnet Pergama flammis, 150  
 Qui Priamum gladio feruens obruncet ad aras.  
 Sed quid uana cano? iam consocer esse Tonantis  
 Vult genitor patriamque premit natosque nefandus  
 Odit et Andromachen quaerit uiduare marito.  
 Troile, quid cessas? quid parcis, fortior Hector? 155  
 Vos repetunt mortes, in uos mala fata feruntur,  
 Vos petit Aeacides, saeuum uos fulmen Achilles  
 Amputat, insontes poenam raptoris habetis.  
 Prouida non credor, uos saltem surgite, ciues,  
 Rumpite complexus, quos dant per colla parentes 160  
 Infausto iuueni, muris depellite fratrem!  
 En hostis quem fata canunt, qui mortibus urbem  
 Egeret et Priamum faciet non esse sepultum.  
 Pectore Cisseo rapiatur pignus acerbum  
 Macteturque nefas et Pergama nostra pientur, 165  
 Placetur Iuno, placetur uirgo Minerua,  
 Sacrilegi de morte Iouem placate tonantem,  
 Cuius postponens Vulcani laudat amorem.  
 Urbibus in multis mos est captare salutem  
 Mortibus insontum, sed uos mactate nocentem, 170  
 Vt liceat seruare pios, augere dolores  
 Vt releuet medicina solet membrisque salutem  
 Membrorum de parte dabit; nam corporis aegri  
 Fit iactura salus, et uires passio praestat  
 Quas auferre solet, hoc o adsumite fratres, 175  
 Hoc ciues audite mei, laudate parentes:  
 Dicite pastorem gladio pietatis obire,

152 Sed qui — esset *N*, corr. *Ian.* || 153 Vult *N* || 154 Obit  
*N*, corr. *Ian.* || 162 En scripsi: om. *N* Hic *Buech.* || 163 Egeret  
 scripsi (*Stat. Theb. I 37*): Congeret *N* Conteret *Ribb.* || 166 Pla-  
 citur *N* || 167 placete *N*, corr. *Ian.* || 169 captare scripsi: do-  
 nare *N* || 172 reseceat *N*, corr. *Buech.* || 174 solus *N*, corr. *Ian.* ||  
 175 o ego: om. *N* uos hoc *Ian.* hoc uos *Duhnus*

Fraterno mucrone cadat, si forte profanus  
 Hunc feriet quicumque reum, sit in urbe sacerdos:  
 180 Cedo, loco si forte meo pius esse receptat,  
 Pontifices Helenus Laucon, sacrata potestas,  
 Cedent oranti nec mysticus exstet uterque?  
 Dum canit infelix gemitus Cassandra futuros,  
 Visus adest cunctis Phrygibus Thymbraeus Apollo,  
 185 Qui mercede carens conclusit Pergama muro  
 Et genus ingratum poenas persoluat auari  
 Exoptat, stupuere Phryges, tacet ipsa sacerdos.  
 'Effatus quid uirgo canit? cur inuidus alter'  
 Exclamat 'Helenus deterret Pergama uerbis?  
 190 Pellere pastorem patriis de sedibus unquam  
 Fata uetant, quae magna parant, stant iussa deorum:  
 Magnanimum Aeacidem solus prosternet Achillem.  
 Troianos regnare placet, qua solis habenae  
 Ostendunt tolluntque diem, qua uertitur axis  
 195 Frigidus et zona flammatur sole corusco.  
 Troianis dabitur totus possessio mundus,  
 Tempore nec paruo Troum regnabit origo.  
 Fata manent conscripta semel: sunt uerba Tonantis,  
 Imperium sine fine dabit, cohibete furorem.  
 200 Mortali diuum periet quo iudice iudex?  
 Nec hoc fata sinunt, pudor est uoluisse nocere  
 Et non posse tamen: pigeat iam, nemo minetur,  
 Quem Clotho, quem Lachesis, quem uindicat Atropos  
 ingens.  
 Scindite pellitas niueo de pectore uestes,

178 profanus *N* || 180 receptat scripsi: recucasat *N* recu-  
 sat *Ian.* || 181 Laocon *N*, correxi || 182 Ced et *N*, corr. *Ian.* ||  
 nec mysticus exstet (= exstabit) scripsi: uelamysticus exstat *N*  
 uel m. extet *Ian.* quia m. extat *Buech.* || 183 infelix genitus  
*N* || 184 tymbreus *N* || 187 ipse *N*, corr. *Ian.* || 188 Effatur *N*,  
 correxi || 190 inquam *Rossb.* || 192 prosternit *N*, corr. *Buech.* ||  
 193 abenaë *N* || 197 regnabi *N* || 198 sunt] stant *Rossb.* || 199  
 fortasse 'Imperium s. f. dabo' || 203 Cloto — Lachesis *N* |  
 urgens *Rossb.*

Murice serrano rutilans hunc purpura uelet. 205  
 Nec pudeat, quod pauit oues: ego pastor Apollo  
 Ipse fui domibusque canens pecus omne coegi,  
 Cum procul a uilla fumantia tecta uiderem:  
 Ad saepta intrantes haedos numerabat et agnos 210  
 Admetus, sub nocte pauens deus ubera pressi.  
 Dixerat; et Phoebum Priamus submissus adorat  
 Et grates securus agit, tacet optimus Hector.

Iam regno non impar erat, sed sceptrā tiam  
 Imperium trabeas iam post caeleste tribunal  
 Totum uile putat, solam cupit addere famam 215  
 Maiorum titulis, uiuaces quaerere laudes,  
 Vt celet quod pastor erat. uix uiderat aulam  
 Regis, et Iliacas quaerit per litora puppes:  
 Aegaeum sulcare fretum iam mente parabat.  
 Sic pater adloquitur iuuenem sermone uerendo: 220  
 'Nate, redux pietatis amor, bonus arbiter Idae,  
 Dic, si uis armare rates, ubi carbasa tendis.  
 Nusquam bella paro, regnum sub pace guberno.  
 Sed si torpor iners pudor est et turpe uacare  
 Credis, Alexander, certe legatus adesto 225  
 Et Telamona ducem conuentum exposce sororem  
 Hesionem uix, nate, meam: captiua tenetur  
 Me regnante soror. dum Dorica regna peragras,  
 Dat Venus uxorem, faciet te iure maritum.'  
 Tunc iuuenis gauisus ait: 'paremus ouantes, 230  
 Optime Troiugenum, nihil est quod iussa recusem.'

205 rutilans N || 209, 210 sic habet N: Alcestam sub nocte  
 pauens deus ubera pressi Admetus intrantes haedos numerabat  
 et agnos, quod correxi || 214 lacunam agnouit Duhnus || 213  
 iam regno socius Paris est Ribb.; an regnare Paris poterat? |  
 tiara N || 217 cele N, corr. Ian. || 222 si scripsi: ubi N || 223  
 bello N, corr. Ian. || 226 talamona N | conuentam N, corr. Buech.  
 | 227 Hesionem N | uix scripsi: mox N || 229 puto Det (= dabit) |  
 iure scripsi: uno ex uine corr. N Iuno Duhnus uirgo Rossb.

Laetatus senior tali moderamine nati  
 Effiatur: 'tua uota, Paris, di iusta secudent,  
 Hoc tantum supplex genitor rex, nate, precatur:  
 235 Iliacos proceres tres tecum pergere saltem  
 Imperio concede meo: ueneranda senectus  
 Praecipitem frenat monitis per cuncta iuuentam.  
 Egregios comites praestem, tria lumina gentis  
 Hectore praelato, cui tota potentia cedit:  
 240 Antenor, Polydamas erunt iuuenisque Dione  
 Aeneas prognatus.' abit sic fatus et omnes  
 Vt ueniant rex ipse iubet properante ministro.  
 Cum ducibus redit ipse uolans ad tecta satelles  
 Regia; cognoscunt proceres quo uela parantur.  
 245 Nec mora, conscendunt puppes et litora linquunt.  
 Dardana iam Tenedon classis transibat, Abydon  
 Et Seston dimisit, aquis nocuasque Maleas;  
 Iam Salamina uident Telamonia regna petentes.  
 Vt portum tetigere rates, mox ancora mordet  
 250 Litus et umentes ferrum pertundit harenas:  
 Puppibus adnexis terram Troiana iuuentus  
 Et proceres petiere simul. sed regis ad aulam  
 Linquentes mox litus eunt. quos suscipit heros  
 Hospitio Telamon. ramos frondentis oliuae  
 255 Portantes ad tecta ducis sub imagine pacis  
 Non pacem, sed bella gerunt; nam dicta tenebant,  
 Quae possent armare uirum, nisi iura uetarent  
 Hospitii, quae nemo parat uiolare modestus.  
 Rege salutato postquam legatio Troiae

232 Laetatur N, correxi || 237 frenet Schenkelius || 238 tria  
 scripsi: tua N tibi Buech. || 240 Polidamas N || 241 cognatus  
 adest sic N, correxi || 243 redi N | ille Ribb. || 244 uela scripsi:  
 bella N || 246 iam Tenedon iam classis N, corr. Ian. | abdon N,  
 corr. Ian. || 247 nocuasque scripsi: uouasque N (fortasse a. m. 2  
 in spatio uacuo additum) curuasque Ian. saeuasque Duhnus  
 raucisque G. Loewius || 250 umentes Rossb.: inuitas N inuitas  
 Buech. inuersas ego olim immensas Ribb. || 256 fortasse ferebant  
 (gerebant Ribb.) || 259 solutato N, corr. Ian.

Sedit, ita Antenor placida sub uoce profatur: 260  
 'Troiu genas proceres et regis pignus ad aulam,  
 Rex Telamon, uenisse tuam quae causa coegit,  
 Insinuare decet: si iusseris ipse, loquentur  
 Consortes nunc ore meo uel regia proles.  
 Dardanides Priamus, gentis reparator et urbis, 265  
 Quam uestras populasse manus meminisse fatemur,  
 Iussit ab Iliaco delectos pergere regno  
 Ad tua regna, petens germanam regis ut heros,  
 Bellorum quam iure tenes, in pace refundas:  
 Posceris Hesione. manet ingens Troia fauillis 270  
 Excidii compressa sui, nec Pergama ductor  
 Surrexisse putat, nisi iam, rex magne, sororem  
 Reddideris regi, quae nunc captiua tenetur.  
 Turpe ducis seruire genus crimenque putatur.  
 Si non, bella dabunt regi quod bella tulerunt! 275  
 Si pax hoc coplata negat, pro rege rogaris.  
 Te repetisse puta Priamo retinente sororem:  
 Non dolor armaret, si non daret ille rogatus?  
 Quod peteris, Telamon, scelus est et fama pudoris;  
 Nascitur inuidia, Priamo regnante sororem 280  
 Graiugenis seruire suam, liuor malus inde  
 Diditur: 'Iliacas potuit reparare ruinas'  
 Murmur erit Phrygibus, 'consortem sanguinis unam  
 Non ualuit' dicent 'rector de rege mereri'.  
 Dixerat, at Telamon mentem flammabat in iras; 285  
 Nam pietas affectus amor concordia proles  
 Accendant motus in pectore fellis amari.

260 ita — sub *scripsi*: et — sic N (Sederat *Duhnus*)  
 262 Talamon N || 263 decet et si uisseris N, *corr. Ian.* || 268  
 petens *scripsi*: potens N || 270 Posteris N, *corr. Duhnus* (Quod  
 potes *Ian.*) | manet *scripsi conl.* 311: iacet N || 272 ia in ras. N ||  
 276 coplata *scripsi*: optata N | pro *Ian.*: por N || 278 illi N,  
*corr. Ian.* || 279 peteres *Duhnus* || 281 *puto* rumor malus  
 282 Diditur *scripsi*: Creditur N (Editur et Proditur et Oritur  
*alii*) || 285 mentes armabat N, *correxi* || 287 Accedunt N, *corr. Ian.*

Conubium regni, thalami consortia casti  
 Scindere posebant; et, quod mens nulla tulisset,  
 290 Aiacis haec mater erat! sic incipit ore  
 Turbidus Aeacides iustas accensus in iras:  
 'Si pudor Iliacis aut mentibus esset honestas,  
 Excidium Troiae si pectora uicta dolerent,  
 Herculeos comites Priami gens, praeda Pelasgum,  
 295 Non magis auderent in bella lacessere Graios.  
 Semideum post bella ducum, quibus Ilios ingens  
 Victa iacet, placuitne Phrygis periuria gentis  
 Voluere uos iterum? sic dudum parua iustis  
 Supplicia? Priamo, Troes, mea dicta referte:  
 300 Victori quis uictus ait 'te bella gerente  
 Me maneat uirtutis honos, me praeda sequatur,  
 Praemia me laudis, me praemia cuncta triumphi  
 Expectent, sterili uictor sed laude potitus  
 Et ieiunus eat'? quis regi quisue marito  
 305 Vel misero cursim usus ait tam uoce proterua  
 'Conubium rescinde tuum, rumpatur honesto  
 Foedere iuncta domus, thalami damnentur amantum,  
 Festiuas extingue faces'? quis uicit, ut istud  
 Audiat Aeacides? patriam quis perculit hosti?  
 310 Quando etiam uictor uicti sub lege tenetur?  
 Si Priami recidiua domus manet illa tyranni  
 Post ignes reparata meos, si pendit amorem  
 Germanae rex ipse suae, pro dote sorori  
 Vel regni pars iusta detur, ne uindictet Aiax  
 315 Quod matri donasset auus, si Troia maneret  
 Temporibus soceri. senuit sic Graia iuuentus?

288 Conubium N || 290 incipiat N || 291 iusta succensus  
 in ira N, *correxi* || 298 Soluere N, *correxi* | sic *Ribb.*: si N ||  
 305 Vel misericors sic ausus ait tum uoce N, *correxi* (misero  
 s. a. *Ian.* modico s. a. *Ribb.* cum uoce *Duhnus*) || 306 Connu-  
 bium N || 307 damnetur (e *fort. in ras.*) N, *corr. Ian.* || 309  
 Aeacides *scripsi*: Alcides N | quis *scripsi*: qui N | perculis N ||  
 310 etiam *scripsi*: tamen N || 316 sic *Buech.*: si N

Quam nostris per bella, Phryges, successit in aruis  
 Armipotens ducibus cunctis optata propago!  
 Est mihi bellipotens non uilis pignoris Ajax:  
 Eminent et quaerit, de qua iam gente triumphet; 320  
 Thessalus Emathia fratris nutritus Achilles  
 Emicat et toruos exercet in arma biformes  
 Patroelo populante simul Centaurica Iustra;  
 Tydides Sthenelusque fremunt Ajaxque secundus;  
 Nestoris Antilochus Palamedes Tencer Vlixes 325  
 Exultant quod Troia reedit, quod Pergama surgunt.  
 Tunc Polydamas ait submissa uoce profatus:  
 'Belliger armipotens, animarum iudicis heres,  
 Rex cui de nostris est gloria summa ruinis,  
 Temperet inuidia, frangat dolor, ira quiescat! 330  
 Captiuam repetit, reginam frater honorat,  
 Nos et adoramus. non sic, si Troia maneret,  
 Nuberet Hesione: regnum captiua meretur,  
 Fit felix de sorte mala, fit praeda potestas,  
 Imperium de clade tenet, diadema tiam 335  
 Qui tulit ipse dedit. quae sit gens Dardana, rector,  
 Exhinc nosce precor: nescit seruire subacta,  
 Quam melius regnare decet; haec imperat Argis,  
 Per quos uicta perit; dominam sibi Graecia uictrix,  
 Non famulam quaesiuit ouans. miranda per orbem 340  
 Mens generosa ducis, quae non uult regna granare,  
 Cum ruerint. uirtute tua releuare iacentes  
 Et reges regnare iubet regesque creare,  
 Dum possent seruire tibi. sors cassa duelli  
 Te moderante uacat nec possunt bella nocere 345

317 sq. in armis Bellipotens ducibus N, *correci* (intolerabile  
 inter u. 317 et 319 bellipotens ortum est, cum aberrante ab aruis  
 ad armi librario iam nudum potens extaret) || 319 puto non  
 uilis pectoris || 321 Thassalus N | Emathis antris ego olim  
 324 Stenelug; N || 325 ulyxes N || 326 surgant N, *corr. Ian.*  
 334 foelix N || 342 uirtute scripsi: uirtur N | puto releuasque  
 344 seruite N teste *Duhnio* | crassa *Ribb.*; puto caeca

Te uincente: potens quis nolit uictus in armis  
 Sorte tua post bella capi? cui sic erit hostis,  
 Seruiet, et uicti melius te praesule regnant.  
 Haec legatus ait. regis iam corda tepescunt,  
 350 Quae fuerant accensa nimis. sic magna leonis  
 Ira fremit, cum lata procul uenabula cernit  
 Venantis crispare manu, iam uerbera caudae  
 Artibus incutiens spargit per colla per armos  
 Erecta ceruice iubas, iam tenditur altus  
 355 Dentibus inlisis et pectus grande remugit  
 (Flumina tunc resonant, montes et Iustra resultant);  
 Ast ubi uenator reiecta cuspide sollers  
 Sponte cadit pronusque iacet, perit ira leonis,  
 Turpe putans, non dente suo si praeda iacebit,  
 360 Temnit praedo cibos, quos non facit ipse cadauer,  
 Ignoscens feritate pia ueniale ratusque,  
 Venator si cesset iners: sic rector Achiuus  
 Frangitur et Phrygibus conuiuia laeta parari  
 Per septem iubet ipse dies. Cythereus et Ajax  
 365 Colloquium commune tenent, duo fulmina belli;  
 Regis Alexandrum iuuenem regina Pelasgum  
 Hesione complexa fouet, germana parentis:  
 Vultibus in Paridis Priami laudatur imago.  
 Octauo ueniente die iam sidera Phoebus  
 370 Elatis condebat equis, iam cuncta rubebant  
 Oceano nudante rotas stridentibus undis;  
 Tunc Anchisiades sublimi uoce profatur:  
 'Rex inuicte armis, felix in pace senesce,  
 Quam uis. nemo ducum uos umquam in bella lacessit,

347 qui cicerit N, *correci* (qui uicerit *Ian. sine sensu*) ||  
 350 minis *Buech.* || 351 cernens N, *correci* (cernat *Duhnio*) ||  
 353 Artibus *Rossh.*: Naribus N Natibus *Ian.* || 360 praeda (o  
 supra a) N, qui facit habet || 361 ratusq; scripsi: uenatus N  
 reatus *Ian.* || 364 fort. inde | Cithaereus N || 368 laudatu N  
 370 ruebant N, *correci* || 373 iniuncte N, *corr. Ian.* | foelix N  
 374 Quamuis N, *correci* | lacesset N, *corr. Schenkelius*



Ex quo Troia perit; nec uester creuerat Aiax! 375  
 At modo, rex, ter cuncta domans ter cuncta renellens  
 Murus erit sociis, aries metuendus in hostes  
 Aiax, magne, tuos! Priamo tua dicta loquemur?  
 Sic fatus. dixere uale regemque salutant.  
 Tunc iter ad portum uertunt et litora tangunt. 380  
 Consendere ratem, subducitur ancora mordax,  
 Vela leuant nautae, proras a litore torquent;  
 Puppibus incumbit uentus, mox carbasa tendit.  
 Dum fluctus scindunt, inprospera flamina crescunt:  
 Africus e terra ueniens comitante procella 385  
 Turbidus occurrit, mox sparsit in aequore classem.  
 Gurgite curuato rapiuntur ad astra liburnae  
 Et suspensus aquis per nubila nauta cucurrit  
 Nauigium uectante salo. dum summa ceruchis 390  
 Sidera tacta putant et nil superesse fatentur  
 Montibus aequoreis, malo uenit altior unda  
 Naufragiumque diu ratibus suspensa minatur  
 Desuper intentans pelago ueniente ruinam.  
 Iam uentus subduxit aquas, extundit harenas  
 Pressa carina solo: muro stat celsior unda 395  
 Circumfusa rati, uastarum turris aquarum  
 Pendet et elati percellunt carbasa fluctus.  
 Obrigit per membra Paris, transire parabat  
 Ad legatorum propria de naue carinas.  
 Ast ubi dispersos longo uidet aequore Troas, 400  
 Soluitur in gemitus lacrimosae uocis amarus  
 Et sic orsus ait: 'felici sorte creati  
 Pastores, quos terra capit, quos nulla procella

376 per cuncta bis Ribb., qui in toto loco maiora molitur |  
 377 eris N, corr. Buech. || 378 tuus N, corr. Ian. || 382 nauae N,  
 corr. Ian. || 384 et prospera N, correxi || 385 e terra scripsi:  
 interea N || 389 ceruchis scripsi: ceruicis N carinis Duhnus ||  
 393 uenientem N, corr. Ian. || 395 murus N, correxi (muris  
 Buech.) || 397 percellunt Buech.: per coelum N || 402 foe-  
 lici N

Concutit! haut uenti metuunt super aequora flatus  
 405 Et rabidum pelagus temunt latrantibus undis,  
 Sed celso de monte uident ut in arce sedentes  
 Pasua rura nemus fontes sata flumina prata,  
 Per campos gestire pecus, pendere capellas  
 Praerupta de rupe procul dumeta sequentes:  
 410 Vt uirides tondent lasciuis dentibus herbas!  
 Vbera lactentes contundunt frontibus agni,  
 Dum cauda crispante tremunt mollique palato  
 Exultant potare cibos atque edere potus.  
 Mulgere balantum depressis ubera mammis  
 415 Decedente die noctis uenientibus umbris  
 Quantus amor, cum lacte nouo iam caseus albens  
 Formatur manibusque premit iam pastor ad orbem!  
 Candida summittit feruentes bucula tauros  
 Committitque truces armata fronte iuuenos.  
 420 Nam grauis est regnare labor, metus excutit ingens  
 Corda ducum, ne bella ruant, ne tela minentur  
 Exitium crudele: necis timor omnis ubique est.  
 Nam gladios tellure pauent pelagoque procellas  
 Formidant nec plena datur ducis hora quieti.  
 425 Dum loquitur, uenit unda grauis resonatque fragore  
 Et puppin percussit aquis: sublata carina  
 Tollitur et Gyaro classis depulsa resedit.  
 Post signum uenere rates residente procella  
 Et Cyprum tenuere simul. legatio sola  
 430 Defuit, una fretis et fluctibus acta negatur  
 Puppis in Ionium rabidis conlisa procellis;

404 aut N, corr. Ian. | uenti — flatus scripsi: ponti — fluctus  
 N || 407 sata scripsi: et N || 410 Vt Ribb.: Et N | tudent N,  
 corr. Ian. || 411 lactantes N, corr. Buech. || 414 Mulcere N,  
 corr. Ian. (Multrae Buech.) || 415 diem N || 417 iam scripsi:  
 lac N || 419 truces scripsi: duces N || 420 labor regnare labor N  
 || 421 Cordax N, corr. Ian. || 422 Exitum N, corr. Ian. | neci N,  
 corr. Buech. || 423 pelagoque N || 424 quieti N || 427 Gyaro  
 scripsi: Cypro N (scopulo — recedit Buech.) || 430 puto uagatur



Aegaeo nam pulsa caret. mox pastor harenis  
 Dardanus exsiluit tremulis post aequora plantis  
 Et se cum sociis tacta tellure refouit.  
 Cypro festa dies natalis forte Dionae 435  
 Illa luce fuit. ueniunt ad sacra Cytherae  
 Reddere uota deae quidquid capit insula Cypros,  
 Quod nemus Idalium, quod continet alta Cythera,  
 Quod Paphon exornat, tacitas quod lustrat Amyclas.  
 Candida praeterea Iouis alitis Helena proles 440  
 Venerat, absentem retinet dum Creta maritum.  
 Nuntia fama uolans totam repleuerat urbem,  
 Aduenisse Parin Troiano sanguine cretum.  
 Audit ut aduentum iuuenis Spartana decori,  
 Mox iubet et famuli ueniunt mandante Lacaena: 445  
 Hospitio speratus eat neu (turpe uideri)  
 Regina praesente Paris ceu nauita uilis  
 Litus harenosum teneat. tunc hospes ad aulam  
 Peruolat Atridis socia comitante caterua.  
 Praeceptum dum carpit iter festinus ad urbem, 450  
 Respicit ad templum Veneris, cui turba precantum  
 Vel contentus erat; mox uertit iturus ad aras.  
 Interea niuei uolitant per litora cyeni  
 Flumine contempto, placidasque hiuc inde columbas  
 Molliter intendunt omnes per inane uagari; 455  
 Quas insanus agit rapidusque sequente uolatu  
 Miluus insontes cunctas clamore fatigat,  
 Quas super accipiter uolitans grauis imminet ales.  
 Tunc sollers augur cretus de gente Melampi,  
 Quem fors ad Cyprum dederat per festa dierum, 460  
 Sic exorsus ait prorumpens uoce sagaci:

435 Dione N || 439 paphos N, corr. Buech. || 442 uolans  
 scripsi: ducis N || 444 ut add. Rossb.: om. N (Audit Ian.) ||  
 446 neu scripsi: nam N || 450 Perceptum N, correxi || 452 con-  
 uentus N, correxi | iturus Buech.: iter N ut intret Ribb. || 456  
 rapidosque N, corr. Ian. (an rapidoque?) || 457 fort. in partes  
 cunctas || 461 Et sic orsus N, correxi

Te oblatiua petunt auium responsa uolantum:  
 Conubium spondent praefulgens ore decoro  
 Idaliae uolucres, de gente Tonantis olores  
 465 Promittunt genitam, sed miluus horrida fata  
 (Ditis enim signatur auis), licet hora peracta  
 Tertia quippe sinat Phoebos pandente uolucrem  
 Vera per immensum praesagia ferre rapacem;  
 Martius accipiter dotem fera bella minatur.  
 470 Tunc Paris ad caelum tendens cum lumine palmas  
 Numina magna uocat puerum matremque Dionen:  
 Aurea siderei proles Venus alma Tonantis,  
 Numina mille tenens, artes cui mille fauendi  
 Dat pater et natus supplet simul, omina firma,  
 475 Quae cyenus genitoris agit, quae uestra columba  
 Prodidit: infaustos opus est cohibere uolatus,  
 Martis et inferni uolucres raptoris obuncas  
 Augur auerrunces sacris, quibus imperat auctor  
 Troius ille puer Ganymedes, conditor artis,  
 480 Et Polles, cui pinna loquax dat nosse futura.  
 Pauca precatus erat simplex et templa subibat  
 Vestibus indutus Tyriis et murice regni.  
 Versicolor chlamys ipsa fuit, quam purpura fulgens  
 Flammabat diffusa humeris; hanc fibula mordax  
 485 Iungit, et ornatus iuueni plus admouet aurum,  
 Quo distincta micat radians per stamina uestis.  
 Caetera turba comes Phrygio succincta decore  
 Fulgebat. delubra petens intrauit ad aras  
 Pastor et in sese cunctorum lumina uertit:  
 490 Aspicit hunc errans oculis ornata Lacaena,  
 Effigiat per cuncta uirum, quibus ille decorus

463 Conubium N || 467 candente N, correxi || 471 Dionem  
 N || 473 nonne Nomina? || 474 omnia N, corr. Ian. || 476 Prod-  
 dit N, corr. Buech. || 478 Augur aberrantes N, corr. Buech. ||  
 479 ganimedes N || 481 fort. Vota || 483 Persa clavis N, corr.  
 Buech. || 485 admonet aurium N, corr. Ian. || 486 Quod N, corr.  
 Ian. || 490 erran N

Vestibus incedat uel qua lanugine malas  
 Umbret et ut roseo prorumpat flosculus ore.  
 Laudat amans mirata uirum flammata Lacaena  
 Ignibus Idaliis; nam dudum flammiger ales 495  
 Matre iubente puer telo candente medullas  
 Ledaei partus furtim iaculatus amorem  
 Vsserat. at pastor repetit post sacra Dionae  
 Hospitium. regina uenit pallente rubore,  
 Nam flammis perfusa genas albetibus ibat: 500  
 Fusus uterque color manifestum uulgat amorem.  
 Pastorem pudibunda petit cohibente pauore  
 Hortaturque uirum feruens, qua stirpe creatus  
 Indicet et fuerit qua iam uexante procella  
 Ad Cyprum pulsus. medio sermone Lacaena 505  
 Iam tacet et quaerit, iuuenem quibus appetat ardens  
 Dictorum uerbis. sed pastor, perfidus hospes,  
 Ut sensit faciles mulieris pectore sensus,  
 Incipit Iliacus non quo sit sanguine cretus  
 Nec quibus excussus uentis ad litora Cypri 510  
 Venerit ecfari; trepidus iam uoce remissa  
 Reginam laudabat amans, culpae maritum  
 Coeperat absentem, quod iam pulcherrima coniux  
 A tepido deserta uiro neglectaue carae  
 Sacra Dionaeae matris uel templa petisset, 515  
 Adiungens 'si talis erit, quam sorte merebor  
 Vxorem, sic blanda genis, sic ore modesto,  
 Sic oculis ornata suis, sic pulchra decore,  
 Candida sic roseo perfundens membra rubore,

493 et ut scripsi: et in N ut in Ribb. || 497 Laedei N ||  
 498 Vsserat N, corr. Ian. | Dionem N, corr. Duhnius (Diones  
 Ian.) || 500 albetibus scripsi: pallentibus N e u priore || 501  
 color scripsi: decor N || 504 quam Ribb. || 507 uerbis] inlece-  
 bris comeci neruis Rossb. || 508 faciles scripsi: fragiles N ||  
 511 et fari N; ecfari Duhnius || 513 quod tam Ribb.; an quo-  
 niam ? || 514 neglecta uacaret N, correxi (hoc seruato u. 515  
 uel templa Buech.) || 516 erit ex erat corr. N | forte N, correxi ||  
 518 suis] puto almis (tuis Rossb.)

Sic flauis ornata comis, sic longior artus  
 Et procera regens in poplite membra uenusta:  
 Tali semper ego dignatus coniuge felix  
 Non desim, famuler supplex et iussus adorem,  
 Conubio seruus ueniam sub lege maritae  
 Nocte dieque pauens, quidnam uelit illa iubere 525  
 Quae specie fulgente micat. Menelaus oberrat  
 Numine contempto non dicam, coniuge pulchra,  
 Quamuis numen adest ueniens de stirpe Tonantis,  
 Vnde genus ducor, uix haec est uerba locutus,  
 Tyndaridis faciles quatiunt suspiria sensus 530  
 Et sic orsa refert: 'quae sit tua, pulcher, origo,  
 Te reticente magis dudum cognouimus omnes.  
 Est commune genus: pariter tua regna petamus,  
 Sis mihi tu coniunx et sim tibi dignior uxor.  
 535 Hoc nam fata iubent uel nos hoc Iuppiter arguet:  
 536 Viuere me gemini iussit sub sorte mariti  
 539 Post thalamos primi, cui debent fata secundum;  
 537 Conferet Atridi, quisquis me duxit amator,  
 538 Ut uiuum linquam non iam moriente marito.'  
 540 Dixit, et egressi puppes ad litora poscunt.  
 Dum portus classemque petunt, respexit ad urbem  
 Pastor et ingentem uidit consurgere nubem  
 Pulueris extorti, mouit quam turba sequentum.  
 Tunc Paris adloquitur comitantem praedo rapinam:  
 545 'Occidimus, regina! pares nos Graia iuuentus  
 Insequitur; gladio uestigia nostra minaci  
 Captatum peruenit iter quicumque satelles

522 foelix N || 523 et iussus suspectum; ecfusus Ribb.; an  
 demissus ? || 524 Conubio N | marite scripsi: mariti N maritus  
 Ian. || 525 quid iam Duhnius || 526 oberrat ex oberret N ||  
 529 uix scripsi: mox N || 534 Sis Ian.: Sic in ras. N | tibi  
 Duhnius: tui N tua Ian. || 539 post 536 traieci || 537 quisque N,  
 corr. Ian. || 540 ad (uel in) scripsi: et N || 543 mouet N, correxi  
 || 544 patris — comitante N, corr. Ian. || 545 regna N, corr. Ian.  
 || 546 minaci scripsi: sequaci N || 547 quicumque N

Coniugis Atridis: subnixus it hospite turma  
 Pone armatorum rapiens ad bella cohortes;  
 Et mecum fortasse cades, si tela sequentur. 550  
 Tunc Spartana refert: iuuenis, quid nostra retardas  
 Pectora colloquiis? Phrygibus tamen arma capebant,  
 Rex dilecte, iube, gressus celerare ministros  
 Imperio compelle tuos: properamus ad aequor,  
 Dum uacat emissis concurrens turba ministris. 555  
 Sic ecfata uolens rapitur per colla tyranni,  
 Iam Priami cum clade nurus: sic terga iuueni  
 Europam rapuere dei, cum Iuppiter ipse  
 Taurus Olympiaca produxit cornua fronte;  
 Fulmineus uector sobolem famulantibus undis 560  
 Gaudet Agenoriam caelestia colla grauantem,  
 Cum Cadmi cognatus aquas freta magna secaret.  
 Ergo ubi peruenit raptor turbatus ad aequor  
 Et licet exhaustus cursu uel pondere lassus,  
 Qui gratum portabat onus, tamen ipse Lacaenam 565  
 Litore non posuit, media sed puppe locauit,  
 Nautae uela leuant et remis castra mouentur.  
 Adueniunt collecta manus iam classe remota  
 Et quatiunt omnes palmis in litore frontes,  
 Nunc galeas nunc tela simul clypeosque tonantis 570  
 Proiciunt; uenit ipse uolans per rura maritus  
 Sudanti peruectus equo, quem nuntius horrens  
 Fregerat ad Cyprum uenientem sacra dicare:  
 Amens conspexit sulcari puppibus undas  
 Et thalamos gestare suos, collisus harenis 575

548 aridis N, corr. Ian. | it scripsi: et N || 549 Pone scripsi:  
 Mox N || 550 cade si N, corr. Ian. || 551 retardes N, corr. Duhn-  
 nius || 552 Tempora Ribb. || 554 tuo N, corr. Ribb. | properemus  
 Ian. || 555 Dum Ribb.: Et N | uacate iussis N, correxi (uacat  
 auersis Buech. uacat ecfussis Ribb.) || 556 Sic fata N, correxi  
 (Et sic f. Ian.) | tyranni N || 561 grauantem N, corr. Duhn-  
 nius (grauare Ian.) || 563 turbatur N, corr. Ian. || 564 uel] nec Ribb. ||  
 565 inde Ian. || 571 Proiciunt tunc uenit N, corr. Ian. || 572  
 prouectus Buech. || 574 Vt conspexit amens N, correxi

Ingemit et flauos extorquet uertice crines.  
 Hyrcanae sic saepe solent per denia tigres  
 Affectu stimulante rapi, cum pignora mater  
 Perdit et elusa feritas pietate nocentis  
 580 Raptoris sectatur iter, uestigia sollers  
 Insequitur praedonis equi, sessoris anhelis;  
 Ast ubi torua parens transacto flumine natos  
 Secerni conspexit aquis, redit orba dolore  
 Et gemit infrendens amissum nobile pignus:  
 585 Atrides sic maestus erat de coniuge rapta.  
 Interea Ionio rediens legatio Troiam  
 Venerat et Priamo Telamonis dicta reportat.  
 Sed Paridem genitor postquam non uidit amatum,  
 Plangit et albentes immundat puluere canos.  
 590 Antenor Priamo pelagi narrare labores  
 Iam fletu manante genis et mille pericla  
 Coeperat ignaro: quid de pastore procella  
 Fecerit aut iuuenis classem si merserit unda,  
 Nescius esse refert; hoc tantum nosse fatetur,  
 595 Quod pelagi rabies subuerso gurgite ponti  
 Sparsit Iliacas in tempestate carinas.  
 His dictis gemit aula ducis de luctibus atris:  
 Moenia iustitio foedant et plangitur urbe.  
 Sexus uterque gemit, non pro uirtutis honore  
 600 Aut quod talis erat qui posset bella subire  
 Aut ingesta pati uel summis uiribus hostem  
 Frangere et ensiferas acie ingulare cohortes  
 (Quamuis Alexander, si uiribus Herculis esset  
 Aemulus aut certe Meleagram aut Thesea fortes

577 Hircanę — tygres N || 578 stimulante ex -ti corr. N ||  
 579 Perdidit; elusa Rossb. | nocenti N, corr. Ribb. || 581 sessori  
 N || 582 transactos lumine N, corr. Duhn-  
 nius || 583 aquis ego:  
 quis N || 586 Ionio scripsi: Aeneas N || 590 Anteno N || 592 igna-  
 rus N, correxi || 594 esse scripsi: ore N (fefellit librarios rarior  
 constructio) || 597 de scripsi: sed N se Duhn-  
 nius || 602 aciem N,  
 corr. Ian. || 604 Tesea N

Aequaret uirtute potens, tamen Hectore magno 605  
 Sospite nemo Parin lugeret corde dolenti),  
 Sed regis quia natus erat, fit planetus in urbe.  
 Nam quicumque memor Heleni mox dicta tenebat,  
 Laetatur gaudens et tantum uoce dolebat.  
 Tunc pater absenti tumulum formabat inanem, 610  
 Vt iacuisse putes praesenti morte cadauer.  
 Dum parat inferias genitor mactare sepulchro  
 Non ubi corpus erat uel nil satiare cruore,  
 Per freta conspiciunt notam de litore classem.  
 Prima ratis iuuenis regali praedita signo 615  
 Apparet, quamserta ligant pronata rosetis.  
 Candida pepla uolant et carbasa sericus ornat,  
 Et Veneris celsa spectatur ab arbore myrtus,  
 Quam sponsus defixit ouans. occurrit ad undas  
 Hecuba cum Priamo populi comitante caterua, 620  
 Suscipiunt sponsam, dat cunctis oscula pastor  
 Ad patrem Priamum gradiens matremque salutans,  
 Dulcia colla tenent et uultibus oscula figunt.  
 Non inuitus adest (nam gaudet) fortior Hector,  
 Quem Troilus sequitur non inuidus ac tamen aeger, 625  
 Non membris sed mente grauis: praesagia sensus  
 Concutiunt animosque uiri: mors ore cruento  
 Inter Troianos discurret saeuaque et aeuo  
 Heu quanto raptura uiros, quot fata datura  
 Aut quantas per bella nurus uiduare parata! 630  
 Troile, sectatur uestigia uestra Polites.

609 et scripsi: sed N || 613 *puto* satiante cruore || 614 conspiciunt N || 616 legant N, corr. *Ian.* | pronata scripsi: ornata N enata *Buech.* || 617 *puto* Candida uela | seriens N, corr. *Ian.* || 620 Ecuba N || 622 At — gaudens N, corr. *Buech.* || 624 nam scripsi: nen N nec *Ian.* | non inuidus ac tamen scripsi: nec (*in ras.*) inuitus attamen N (non inuitus tamen *Ian.* nec liuidus at tamen *Duhnus*) || 627 *malim* animumque | in uiri N || 628 saeuag; et aeuo scripsi: saeua caterua N (*quo seruato u.* 629 quantos *Ian.*) || 629 raptura *in ras.* N | quot *Rossb.*: atq; N et *Ian.* quae *Ribb.*

Sic solet umbra sequax hominem larualis imago  
 Muta sequi nec membra mouet, nisi mouerit ille  
 Quem sequitur; si cesset homo, cessabit imago  
 635 Nil quodcumque mouens, si sederit ille, sedebit;  
 Motibus et falsis ueras imitata figuras,  
 Nil faciens quasi cuncta facit: sic quoque Polites.  
 Duxerat uxorem pastor cum sorte sinistra:  
 Iam muros iam tecta petunt, iam regis ad aulam  
 640 Intratur sponsamque tegunt sua flammea pulchram,  
 Iam thalamis ornata sedet; saltatur in urbe,  
 Tympana iam quatiunt, iam rustica fistula carmen  
 Pastorale canit. lituus nil dulce remugit,  
 Fescennina silent et bucina bella minatur;  
 645 Nec molles tuba rauca sonos dedit aere canoro:  
 Increpat arma duces clypeos et mille carinas;  
 Classica Tydidis committere bella putares.  
 Ite pares, sponsi, iam somnia tetra probastis,  
 Martis et unati misero flammastis amore  
 650 Ostensam sub nocte facem, qua Troia cremetur,  
 Qua Phryges incurrant obitum sine crimine mortis.  
 Sanguine Troiano dabitur dos, clade Pelasgum  
 Ditetur Ledaea fugax per castra propago,  
 Orbentur superi, caelum gemat et mare plangat:  
 655 Crimen adulterii talis uindicta sequatur.

#### IX. Deliberatiua Achillis, an corpus Hectoris uendat.

Si decus est uirtus et praemia cuncta meretur,  
 Si meritum post fama manet, si fama superstes  
 Eminet et gaudet titulis ornare sepulchra,

638 Multa N, corr. *Buech.* || 635 Nil *Ribb.*: Vel N | illa N, *correx* || 638 Dixerat N, corr. *Ian.* || 640 Intratu ri N teste *Duhnio* || 642 Tympana N || 648 somnia scripsi: omina *in ras.* N || 649 unati *Rossb.*: ornati N armati *Ian.* || 650 Ostensa N, *correx*

IX. 2 fama manet scripsi: fama manet N palma *Rossb.* (*fata Duhnus*)



Annue quod petimus. fortis pro forte rogaris:  
 Egregias mentes uirtus delectat in hoste, 5  
 Inuidia mens summa caret, laudare decora  
 Nouit et ingentes attollere gestiet actus.  
 Dat uirtus exempla bonis prauisque pudorem,  
 Debilitas quos lassa premit. tu, fortis Achilles,  
 Quid prohibes tumulos, quamuis iactura sepulchri 10  
 Temnitur et nihil est, quod uis, in morte piaculum?  
 Si sensus post fata perit, cui busta negantur?  
 Si mens ulla manet, iam rectius ergo putetur  
 Non requies sed poena rogos: tormenta sepulchrum  
 Ingerit et manes tolerant post membra dolorem. 15  
 Sed sensum cum luce simul post fata perire,  
 Segnibus et pueris mentitur fama relatrix.  
 Sunt animae post membra piae; quas ignea uirtus  
 Tollit ad astra micans et solis in orbe recondit  
 Lunares non passa globos; ac desuper orbem 20  
 Aspectant stellasque uagas et signa leonis  
 Augusto quid mense parent, quid caetera temptent  
 Ornamenta poli. rident sita membra putrentis  
 Funeris, abiecti fragiles et corporis usus,  
 Vt doleant animae iam libertate recepta 25  
 Corporibus uixisse suis et claustra tulisse  
 Carceris angusti. tumulos aut ossibus urnas  
 Dedignant animae, non curant uile sepulchrum,  
 Et plangunt non esse simul, quos urna polorum  
 Claudit et aetherium Phoebus suspendit ad axem. 30  
 Hac uenturus eris, pietas si sancta manebit

11 quoduis *Duhnus* | piaculum (*i. poena mortui*) *scripsi*:  
 periculum **N** || 12 cur *Duhnus* || 13 manet et iam pectus **N**,  
*corr. Buech.* | putetur *me*, putatur *Duhnio teste N* || 15 post  
*scripsi*: per **N** || 17 Signibus **N**, *corr. Duhnus* || 21 Exspecta **N**,  
*correci* (Exspectant *Duhnus*) || 23 sua membra uidentes **N**, *cor-*  
*reci* || 24 adiecti **N**, *corr. Buech.* || 26 claustra *scripsi*: elausa *me*,  
 clausa *Duhnio teste N* || 27 tum tumulos **N** || 29 fortasse Set  
 quos umbra polorum *conieci* (*aura uel sphaera Schenkelius*) ||  
 31 Hac uenturus *scripsi*: Aduenturus **N** (*Adscensus Rossb.*)

Pectore belligero, si tam crudelis in hoste  
 Post uitam mansuetus eris, si mitis Achilles  
 Nunc post bella manes nec spectant funera poenas  
 35 Arbitrio subiecta tuo, si pareitis umbris,  
 Quaesitor quas torquet auus, si uera feruntur.  
 Quaestio. at inquires: si post uitam animae corpora sua  
 despiciunt, pro Hectore cur rogamus?  
 Non Hector sed Troia rogat miserique parentes,  
 Andromache uiduata gemit uel ad ubera paruam  
 Astyanacta tenens sic caelum questibus implet,  
 40 Virgo Polyxene lacrimis ornata decoris  
 Et planetu laniata genas, contusa lacertos  
 Ac longis respersa comis onerante pudore  
 Ingemit et tantum nutu sine uoce precatur,  
 Funeris Hectorei poscens exangue cadauer;  
 45 Quem retines iratus adhuc, cognosce, puellae  
 Plangentis germanus erat, cui uita daretur,  
 Ante aciem si uisa foret tibi, quaeque peregris  
 Femina bella dedit, haec femina bella negaret.  
 Da ueniam, iuuenis. magnum est punisse triumphos  
 50 Hectoris, hoc sat erit quod de uictore triumphas:  
 Iam luctus conuerte atros ad gaudia, uictor,  
 Gaudia qui Phrygibus sollers in funera uertis.  
 Infelix plus Troia gemit quam perdit Achilles  
 Fortior occisi consurgens ultor amici.  
 55 Infremis Aeacides? qui uindicet Hectora, non est.

32 Pectore *scripsi*: Corpore **N** | tam *scripsi*: non **N** || 33 man-  
 suetus *scripsi*: morientis **N** moderatus *M. Schmidtus* (Corpore  
 belligeri si non c. in hostis P. u. marcentis eris *Rossb. duris-*  
*sime*) || 34 Nunc (*uel Haec*) *scripsi*: Nec **N** (si inmitis A. Nec  
 p. b. m. *Schenkelius*) || 35 parcis et *Schenkelius* parseris *Rossb.* ||  
 Questio *ad u. 37 in marg.* **N**, ante at inquires *traieci* || 38 uelud  
 ubera **N**, *correci* || 39 Astyanacta **N** | tenet **N**, *correci* || 40 poli-  
 xene lacrymis **N** || 42 dispersa c. onerata **N**, *correci* || 45 reti-  
 nens **N**, *corr. Duhnus* | puellam **N**, *correci* || 47 foret Troiaeque  
 periculis **N**, *correci* || 48 Foemina — femina **N** | haec *scripsi*:  
 sed **N** || 51 atros *scripsi*: tuos **N** || 53 Infoelix **N** || 55 eacides **N**

Anne Parin fortuna iuuet? qui crine madenti  
 Inter lanificas gaudet latuisse puellas; 57  
 Hoc agit et pugnam thalamis exercet adulter; 59  
 Pectore femineo Veneris nam bella lacessit, 60  
 Vt Martis declinet opus uel fulmina campi  
 Effugiat; magnoque tacet dotata Lacaena  
 Sanguine Troiugenum, Graium dotata cruore; 63  
 Nec mater ueneranda iubet quod laudis habetur. 58  
 Dardanidis quis murus erit post Hectora campo, 64  
 Aduersus Danaos quis Pergama fessa tuetur, 65  
 Puppibus Argolicis Phrygios quis diriget ignes,  
 Quis Telamone satum constans umbone tonantem  
 Sustinet aut Teucri tolerat per bella sagittas?  
 Quis hostis Diomedis erit, quae turma furentem  
 Excipit, in clipeum surgens cum torserit hastam 70  
 Turbine belligero? quis non sine uulnere fractus  
 Concidit et moriens tremibundos porrigit artus?  
 Tydidem Aeneas rediens in bella lacesset,  
 A quo uictus abit, qui impressit uulnera Marti?  
 Nam niueam lusisse fuit plagare Cytheren. 75  
 Pergama Pelidi, fateor, post Hectora raptum  
 Non bellum, sed praeda patent superante triumpho.  
 Quaestio. at inquires: dolorem meum leniam, percussorem  
 Patrocli canibus et uolucris <si> dederò laniandum.  
 Hectoreum si forte canes laniare cadauer  
 Ipse probas crimenque negas, hoc Medus honestum  
 Credit et ad Persas honor est, si membra uolucres 80

56 iubet qui crimen adenti N, corr. Buech. || 57 lanigeras N, correxi || 58 post 63 traieci || 62 iacet N, corr. Buech. || 64 Dardanidis N, correxi (Dardanio Buech.) || 66 phrygibus N, corr. Buech. || 73 Tydidem N | lacessit N, corr. Buech. || 74 uulnera N | Marti Rossb.: matri N || 76 raptum scripsi: nactum N tractum Buech. nectum Rossb. || 77 superante scripsi: spectante N spectanda Rossb. || Questio ante u. 78 in marg. N, ante at inquires traieci | si om. N, add. Duhnus || 79 Ipse paras crimenq; putas N, correxi (an sufficit paras — probas?)

Eripiant, nudis detur licet ossibus urna.  
 Multis membra modis conduntur rapta sepulchris.  
 Corpus flamma cremans absunit: membra uorantes  
 Hoc canis hoc uolucres faciunt; mox ossa relinquunt:  
 85 Nec rogos ossa rapit. forsan seruabitur Hector,  
 Vt madafacta cadant stillantibus ossa medullis  
 Et longa sub tabe fluant? hoc cuncta sepulchra  
 Exercent; tamen intererit, quod clausa tenebris  
 Putrescunt tumuli, set hic sub luce madescunt  
 90 Aspectusque tuos funestant ossa diurnis  
 Visibus. Andromache tumulum sibi formet inanem  
 Et causam lacrimis faciat quam denegat hostis:  
 Te tamen, Iliacae populator gentis Achilles,  
 Sacrilegi iam poena manet, qui uiua peremptis  
 95 Funestas elementa uiris. corrumpitur aer  
 Mortibus, unde caret laesus uitalibus auris  
 Non puro sub sole dies, non sidera noctis  
 Hinc pullata micant, fuscantur cornua lunae,  
 Sordibus et totum caeli nox inficit orbem.  
 100 Non Phoebus Danais morbos, non uirgo Pelasgis  
 Inferet aut natam repetens per castra sacerdos  
 Chryses Apollineus: hinc sunt hinc funera maesta,  
 Mortibus et bellum geritur cum morte cruenta.  
 Hector in hoste fuit saeuus, cum uita maneret:  
 105 Plus post fata nocet. certe medicabilis ille

81 Eripiant et nulli detur N, correxi (et nulla detur Buech.) || 82 membra tamen conduntur N, correxi || 83 uorantes om. N, add. Buech. || 84 mox scripsi: uix N || 85 Nec scripsi: Et N || 86 male facta N, corr. Buech. | stillantibus scripsi: sic cantibus N | medullis N || 89 Putrescant tumulis at N, correxi (madescant Buech.) || 90 funestent N, correxi || 92 faciet N, correxi | nun quia? || 93 Achillem N, correxi || 94 post poena ras. in N || 97 purus N, correxi || 98 Impullata N, correxi (Impolluta Buech.) | fulcantur N, corr. Buech. | luce N, corr. Duhnus || 99 nox Rossb.: mox N || 100 uirgo scripsi: troia N || 101 Inseret N, correxi (Infert Buech.) | malim et uel ac | nataan Duhnus; nauta N || 102 Cryses N || 103 Fortibus N, correxi || 105 certe in N legi

Te Chiron docuit pestes sanare iacentum,  
 Dum chordas quateret plectro, cum bella tacerent,  
 Et citharam post lora daret, cum mentis onustae  
 Post Centaurorum raptas de flumine praedas  
 Ingentes animos puerili in corde leuaret: 110  
 Non docuit, quia maestus odor, quia putre cadauer  
 Aera tellurem uentos animasque grauabit, 112  
 Corpora uiuorum rapiet mundique salutem, 114  
 Inde homines uolucres pecudes et cuncta necantur? 113  
 Mors neglecta nocet: non sunt commercia iuncta 115  
 Mortibus et superis, diuisit limite mundos  
 Imposito natura parens, non congruit aether  
 Funeribus nec funus amat sub sole iacere,  
 Inferni secreta dei sub nocte petuntur.  
 Non tibi per somnos aderit censoris imago, 120  
 Aeacus ad medias ueniens in castra tenebras  
 Voce manuque furens? en te culpabit, amare,  
 Asper et increpitans et iusta uoce notabit:  
 'Tene, deum soboles, caelique nepos pelagique  
 Atque Erebi gens clara mei, te, fortis Achilles, 125  
 Ista decent? tumuli caesis et busta negentur?  
 Nec dabis occisos iuuenes Acheronta natate,  
 Prostratis dum busta negas mortesque sepulchris  
 Abdicas? me uita pia promouit ad urnam,  
 Humani ut generis laudes et crimina quaeram; 130  
 Nec tamen hinc securus eris, quia noster ad urnam  
 Aduenies quandoque, nepos: ignoscere manes

107 Dum scripsi; Cum N | cordas N | tacerent scripsi: manerent N (moneret Buech.) | 108 cytharam N | honestae (h in ras.) in N ego legi (cf. 110 leuaret; Duhnius honestae) | 110 Ingenitos N, correxi (Ingenitos Buech.) | leuabant N, corr. Buech. | 114 post 112 traiecit Rossb. | rapiter N, corr. Duhnius; an rapere it? | 115 iuncta Rossb.: uincta N | 121 Eacus N | ad — in scripsi: in — ad N | 122 en ego: et N | 124 coeli pelagiq; nepotem N, correxi | 126 cessis sed N, corr. Duhnius | 127 nature N | 128 mortesq; (t erasa) N | 129 merita piam N, corr. Buech. | 130 ut addidi: om. N | 132 ngnoscere N

Ignorant mecumque Minos uel Gnossius illic  
 Iudicium Rhadamanthus habet commune barathri.  
 135 Nominis inuidiam uestri per flumina manes  
 Exagitant, sua iura neges quod morte peremptis,  
 Patroclumque tenent, quem nec conscendere cymbam  
 Permittunt, nisi primus aquas transcenderit Hector.  
 Et nullum pars nostra sinit transire per undas  
 140 Ac sortem retinere suam, nisi rite sepultum?

Epilogus.

Desine, bellipotens, animos retinere feroces,  
 Trux iras depone, precor: non sentiet Hector,  
 Quidquid in hoste furis, lacerum tenuisse cadauer;  
 Supplicium non Hector habet, sed poena Pelasgum  
 145 Seruantur per castra lues, dum funera punis.  
 Aeacus inuidiam, carus tormenta Patroclus  
 Sustinet et uestri poenas luit ille doloris.  
 Vel medium Priamo, generose, refunde cadauer;  
 Nam partem tractura tenet. si reddere corpus  
 150 Et laceros artus tempta pietate negabis,  
 Exiet Andromache socero comitante per agros  
 Astyanacta trahens, qua tritior orbita monstrat,  
 Et leget infelix dispersi membra mariti,  
 Vepribus et mediis rupem complexa cruentam  
 155 Oscula fixa dabit dicens de rore maritum  
 (In qua sanguis erit rupe, inuocat Hectora coniux)  
 Et puerum miseranda docet, ne calcet harenas,  
 Infecit quas forte cruor; tardumque per horas

133 Gnossius N | 134 Rhadamantus — baratri N (iudicium me teste habet) | 135 inuidia N, corr. Duhnius | malim nostri cont. u. 146 | 136 negis N, corr. Duhnius | 142 Dux N, correxi | 143 tenuisse] num truncumque? | 144 Supplicium N | 145 lues scripsi: tuis N | 146 Eacus N | inuidia N, corr. Buech. | 147 num ille furoris? | 151 comitante in N legi | 152 Astianacta N | tristior N, corr. Buech. | 153 infoelix N | 155 dicens de rupe maritum N, correxi (num ducens)? | 156 rupem uocat N, correxi | 157 meseranda N | 158 per horas num sanum? conieci per oras

Exspectat socerum, sed non uacat: exprimit herbas,  
 Quas rubuisse uidet; hoc nati uultibus addit, 160  
 Vt patrem ferat ore puer; suadente dolore  
 Ipsa sibi demens extorquet, ut Hectora credat  
 Astyanacta suum; Priamo tandem Hectoris ossa,  
 Si qua iacent dispersa rotis, ostendit et ambo  
 Carnibus Hectoreis defigunt oscula flentes. 165  
 Ore cruentato puerum simul ambo monebunt,  
 Oscula det membris; 'laceros ubicumque iacere'  
 Dicet auus puero 'pater est quos uideris artus'.  
 Vocibus his si nulla uenit pietatis imago,  
 Aspice quid faciant coniux pater Hecuba natus 170  
 Et pudibunda soror: Priamus iacet oscula plantis  
 Rex senior dans ipse tuis nec turpe putabat,  
 Quod miserum fortuna iubet; hinc uirgo pudica  
 Astyanacta tenens paruum super Hectora ponit  
 Et puerum deflere docet, sed paruulus optat 175  
 Ire nec extincti cognoscit funera patris.  
 Heu lacerum nam corpus erat, quod mater et uxor  
 Complexae per colla tenent, dum uulnera ferri  
 Per laceros artus generoso in corpore quaerunt.  
 Sed quid dorsa uiri palpant? iniuria constat 180  
 Magnanimi iuuenis: plagam, qua concidit Hector,  
 Et uulnus si nosse placet, uersate supinum  
 Corpus et occisi tractentur pectora regis:  
 Inuenient ungues, quanto descendit hiatu

161 patre N, corr. *Duhnus* || 162 tandem scripsi, ut *Priami lente euntis aduentus diu expectatus significetur*: tamen N || 164 rotis scripsi: sororis N | ostendet N, correxi (165 defigunt *Buech.*, sed melius uidetur in hac parte praesentia tempora continuare) || 166 manebant N, corr. *Buech.* || 167 laceros u. iacere et 168 pater e. q. u. artus num inter se transponenda? || 169 Mortibus N, correxi (Mortibus *Buech.* Moribus *Rosb.*) || 170 ecuba N || 174 Astianacta N (ut et 193) | ponit *Buech.*: ponens N || 176 humera N, corr. *Duhnus* || 177 erat] num adest? || 178 dum scripsi: et N || 183 regis] num recta? || 184 descendi N

185 Hasta potens, quantum sedit uulcanius ensis.  
 Nam quod terga gerunt, hoc currus fecit Achillis,  
 Dum trahit extincti iuuenis per saxa cadauer  
 Et domino iam damna parant de funere tracto.  
 Hectora mirantes plus te laudamus, Achilles,  
 190 A quo uictus obit: finem da, magne, dolori  
 Et post uindictam ueniam concede perempto,  
 Qui poenas in luce dedit. iam respice mitis  
 Astyanacta rudem, Pyrrhi succedat imago  
 Ante oculos dilecta tibi, Priamique senectus  
 195 Mentibus adsciscat uenerandi uota parentis.  
 Nam genitor Peleus laetum post bella uidere  
 Te cupit; et senior Lycomedes, coniugis auctor,  
 Exoptat reduci gaudens offerre nepotem.  
 Planctibus Andromaches ceu praesens blanda putetur  
 200 Deidamia simul, quae sollers nocte dieque  
 Ponto oculis attenta uolat; nam fluctibus atris  
 Carbasa prima uidens nautis occurrit in undis  
 Perquirens, si Troia ruit, si concidit Hector,  
 Sollicita quem mente timet; te plectra tenentem  
 205 Atque iterum blandas iuuenili pollice chordas  
 Tangentem laudare cupit et brachia collo  
 Nectere mellifluis adiungens oscula labris.  
 Hecuba maesta gemens et canos puluere foedans  
 Omine non tali matrem praesentet ab undis  
 210 Corde tuo pietas: licet haec mortalia fata

185 quantumque dedit N, correxi || 186 gerunt scripsi: derant N rubent *Rosb.* | Achillis ex -les corr. N || 188 nondum emendatus (iuga pro iam ego olim; tractus *Rosb.*; lacunam post 188 *Schenkelius* statuit) || 189 nonne laudantes—miramur? || 193 rudem *Rosb.*: uidens N || 194 delecta N || 198 offerre N teste *Duhnio* || 199 praesens bland maritū (mgo t putatur) N, corr. *Buech.* || 201 Ponto scripsi cont. *Cat.* 64, 127: Mente N (quo seruato uiclat *Buech.*) | altis *manolt Duhnus* || 202 animis occurrit in undis N, corr. *Buech.* (rabidis o. i. u. ego olim) || 205 cordas N || 206 et] nel *Buech.* || 207 adiunges N || 208 Ecuba N | plure N, corr. *Duhnus*



In se nulla timet, tamen heu te, fortis Achilles,  
 Mortalem genuisse dolet. haec, summe, retracta  
 Et ueniam largire pius. si parua putantur,  
 Fae pretium, uictor, generosum uende cadauer.  
 Uendatur ceu uiuus adhuc nec munere paruo, 215  
 Sed ualeat tantum quantum pensabitur Hector.  
 Hoc placet ut fortis habeatur iudice bello  
 Mors pretiosa uiri: cunctos hortaris in hostem,  
 Si non uilis erit ueniens occasus in armis,  
 Qui se despiciens ciues dilexit et urbem. 220  
 Dardanides dependat opes, det magna talenta:  
 Astyanax egeat, Priamus mendicet et omnes,  
 Infelix quos Troia capit. sic poena manebit  
 Laomedontiadas, sic carior ille sodalis  
 Sollers Hectoreo condetur dignius auro, 225  
 Dum tamen infernis requies detur et bona uiuis  
 Praestetur de morte salus ac pace fruuntur  
 Aeris innocui caelum mare Tartara tellus.  
 Vnde genus ducis, morti licet illa sepulchrum  
 Comparet, omen erit, si reddat Troia tributum, 230  
 Troica uel Danais uectigal funera praesent.

## X. Medea.

Fert animus uulgare nefas et uirginis atrae  
 Captiuos monstrare deos, elementa clientes,  
 Naturam seruire reae sub iure puellae,

211 timent *ex* timens N, corr. *idem* | heu *scripsi*: haec N ||  
 212 hoc N, corr. *Buech.* || 214 pretum N || 216 ualeat *scripsi*:  
 ueniat N (ueneat tanto quanto *Buech.*) || 218 Mois N || 219 ueniens  
*num sanum*? | occasus *ex* -sum N || 222 Astianax N || 223 In-  
 foelix N | sic *scripsi*: et N haec *Buech.* || 224 Leomedontiadas N |  
 si carior N, *correxi* || 225 dignus N, corr. *Duhnus* || 228 Tar-  
 tarea N teste *Duhnio* || 231 Troia N, *correxi* || Exp. deliberatiua  
 Achillis deliberantis an corpus Hectoris uendat N

X. Draconci Medea N, in quo duo extant huius carminis  
*exemplaria*; quae ubi dissentiunt, N prius, u alterum designat ||  
 3 deae (r supra d) N, recte u | sub iure *scripsi*: seruire N ||

Astra poli et Phoebi cursus et sidera caeli  
 5 Arbitrio mulieris agi, perhibere Tonantem  
 Quod iubeat Medea nefas, ubi mittere flammas  
 Imperet aethereas. penetrat uox illa per auras,  
 Cum uitas mortisque facit, cum fata retorquet  
 Ad cursus quoscumque uelit. licet hospite caeso  
 10 Seruiat et Scythicae currat per templa Dianae,  
 Possidet astrigerum funesto pectore caelum  
 Et superos impune premit prece nixa uirago  
 Inuitos parere sibi. quae carmina labris  
 Murmuret aut urens species quae nomina dicat,  
 15 Haec uatem nescire decet; quae nosse profanum est,  
 Quin fuerit uulgasse nefas. nos illa canemus,  
 Quae solet in lepido Polyhymnia docta theatro  
 Muta loqui, cum nauta uenit, cum captus amator  
 Inter uincla iacet mox regnaturus Iason;  
 20 Vel quae grande boat longis sublata cothurnis  
 Pallida Melpomene, tragicis cum surgit iambis,  
 Quando cruentatam fecit de matre nouercam  
 Mixtus amore furor dotata paelice flammis,  
 Squamea uiperei subdentes colla dracones  
 25 Cum rapuere rotis post funera tanta nocentem.  
 Te modo, Calliope, poscunt optantque sorores:  
 Dulcior ut uenias (sic te decet ire rogatu)  
 Ad sua castra petunt. lauro succincta poetae  
 Pegaseo de fonte ueni, quo rore medullas

4 *num prius et delendum*? || 5 perhibere *scripsi*: pendere N  
 perferre *Buech.* penitere *Rosb.* patrare *Schenkelius* || 10 Scy-  
 thice N || 11 *num* gramine? || 13 labris *scripsi*: linguis N lingua  
*Duhnus* || 14 urens *corruptelae nota instructum* N || 16 Quin  
*scripsi*: Quod N Quae *Buech.* || 17 Polymnia N || 18 Multa N,  
 corr. *Buech.* || 19 iacens N, corr. *Duhnus* || 20 quod N, corr.  
*Buech.* | boans N, *correxi* || 21 coturnis N || 23 pelice N | 24 uipereis  
 N, corr. *Buech.* || 26 modo n: medo N || 27 sic te *scripsi*: nocte  
 N (nunc te *Buech.* non dedecet *Rosb.*) | rogatum N, *correxi*  
 (rogatam *Buech.*)

Et sensus infunde meos. cur hospes amatur, 30  
 Qui mactandus erat, uel cur mactatur amatus?  
 Diues apud Colchos Phryxei uelleris aurum  
 Pellis erat, seruata diu custode dracone.  
 Hanc propter pelagi temerater primus Iason  
 Venerat, ut rutilas subduceret arbore lanas. 35  
 Vt Scythia conspexit Graiam de litore puppim  
 Ire per undosum proscissis fluctibus aequor,  
 Expauit, nam monstra putat: quis crederet umquam,  
 Per freta per rabidas hominem transire procellas?  
 Barbarus ignaro regi iam nuntius ibat, 40  
 Quae noua perferret pelagus; sed callidus heros  
 Solus Iason adhuc uento corrente earina  
 Prosilit in fluctus et litora uisa natatu  
 Nudatus ceu nauta petit. sed Colchus alumnus  
 Nuntius ille redit secum comitante inuenta, 45  
 Ut nossent quid puppis erat, quid uela, quid arbor.  
 Membra uiri mox nuda uident fugientis ad undas;  
 Quem sequitur directa manus capiuntque pauentem  
 Et manibus post terga ligant. tunc Iuno Cytheren,  
 Ut uidit iuuenem Scythicas artasse catenas 50  
 Et pauidos fugisse simul cum puppe sodales,  
 Adloquitur: 'lasciua Venus, iucunda modesta  
 Blanda potens mitis fecunda uenusta suauis,  
 Pulchra uoluptatum genetrix et numen amantum,  
 Te diuum regina precor, matrona Tonantis: 55  
 Est nimis acceptus iuuenis mihi pulcher Iason,  
 Qui gelidum quondam mecum transnauerat Istrum  
 Et nunc infelix trahitur captiuus ad aulam

32 Phryxei N | uelleris auro Arbor erat *Schenkelius*; *puto*  
 lanigeri auro || 36 littore N || 39 rabidas N, *corr. Duhnus* ||  
 40 nuntius N: Mutius n || 42 uento] lente *conieci* || 43 littora N ||  
 44 *num* Nauifragus ? | Colchis N, *corr. Duhnus* || 46 nosset N,  
*corr. Buech.* || 49 citherem N || 53 uenustas amoris N, *corr.*  
*Schenkelius* (uenusta decora *Ribb.*) || 54 uoluptatem N, *recte n*

Aeetae immitis forsam mactandus ad aras.  
 60 Eripe, captiuum retinent quem mille catenae,  
 Mitte pharetratum puerum, mea Cypris, Amorem,  
 Igne tuo flammata cadat furibunda uirago,  
 Discat amare ferox, tandem sit blanda sacerdos,  
 65 Despiciat delubra deae. licet immemor exstet  
 Religionis amor, timeant nec fulmen amantes,  
 Te solam putet esse deam, te numen adoret,  
 Te metuat metuenda deis, te iudicet unam,  
 Quam mare quam tellus quam numina cuncta fatentur,  
 70 Imperio subiecta tuo per templa per aras  
 Esse uoluptatum dominam! quia corda parentis  
 Flectis et exutum telo candente Tonantem  
 Despiciat me saepe iubes nec castus Olympum  
 Destituat, sit ut imber, olor, Baccheius adulter  
 75 Vel quodcumque meum placuit mutare maritum,  
 Non queror: Aesonidem tantum peto filia regis  
 Nunc amet et laudet; mox hunc suspiret anhelet,  
 Quem mactare parat; soluat ceruice catenas  
 Torpescens armata manus, tum brachia collum  
 80 Circumdent mucroque cadat ieiunus ad aras.  
 Finierat matrona Iouis. sic orsa Dione:  
 'Me Venerem me, Iuno, decet me, blanda nouerca,  
 Imperio parere tuo. quid plura loquemur?  
 Oderunt mea castra moras.' sic fata Cythere  
 85 Quaerit amoriferum per tota rosaria natum:  
 Ille deas ponti telo flammabat in undis

59 Aethios (*cum signo corruptelae*) N Aethos n, *correxi*  
 (Aetis *Duhnus*) || 63 ferox *scripsi*: furor N || 65 sq. exstat —  
 timent N, *corr. Buech.* || 71 uoluptatem N, *recte n* | quia *scripsi*:  
 quae N || 74 Destituet N, *corr. Buech.* | Baccheius (*i. Thebanus*)  
*scripsi*: bacchetur N | adultri N, *recte n* || 75 quocumque *Duh-*  
*nius* || 76 Esonidem N || 77 anhelat N, *corr. Duhnus* || 79 tum  
*scripsi*: cui N | *num* collo Circumdet ? || 80 mucroq. *scripsi*:  
 mucro N

Maternis submissus aquis. Hymenaeus ad illum  
 Mittitur. huic fluctus produnt fumantibus undis.  
 Ut pelagus caluisse uidet, 'hic aliger' inquit,  
 'Hic latet Idalius. sed non latet, aequora feruent: 90  
 Agnoseo stridere fretum, ceu Phoebus anhelos  
 Oceano demergit equos, cum nocte propinqua  
 Luna uenit stillante polo pendentibus astris.  
 Huc ades, o lasciuie puer, te mater ubique  
 Quaerit et e cunctis uestrum me misit alumnum, 95  
 Ut uenias absente mora.' sic fatus. at ille  
 Fluctibus e mediis surgens rutilante capillo  
 Excussit per inane caput, quatit impiger alas,  
 Ut pinnas desiccet aquis: micat ignis in astra  
 Plausibus excussus pueri, per cuncta uideres 100  
 Scintillare diem, uolitant super aequora flammae.  
 Sic, ubi puniceos rutilans Aurora capillos  
 Pectinat ante diem, quae mox perfundat Eoum,  
 Phoenix soligenes senio lassata uetusto,  
 Cinnama cui folium nardum tus balsama amomum 105  
 Informant post saecla pyram reditura, sepulchrum  
 Conscondit factura rogos et uerberat alas,  
 Ut flammam adsciscat (aui sic nascitur ignis  
 Ante ipsam ambrosios iam consumpturus odores):  
 Sic puer Idalius spargebat plausibus ignes: 110  
 Piscis aues armenta pecus fera pastor anhelant  
 Flammigero surgente deo. uolat inde per altum  
 Iam uolucer non udus aquis: quocumque propinquat  
 Aut ubicumque fuit, blando feruore uaporat,  
 Quem sequitur uernalis odor; uia pulchra rosarum 115  
 Tenditur et uiolas pallentes candida peplo

88 hunc N, corr. Buech. || 93 stellante N, correxi || 96 absente  
 scripsi: parcente N || 99 in (uel ad) ego: ut N || 103 perfundet  
 mauolt Duhnius || 104 soligenes scripsi: sola genus N || 105 Cin-  
 nima N (om. in lac. n) || 108 auis N, correxi || 109 ipsam scripsi:  
 alitem N e glossa (Alitem et ambr. Rossb. diem *Ellisius*) ||  
 113 uolucerR (r supra R) N uolucerer n | aquis scripsi: erat N

Lilia distingunt ac florea semita crescit:  
 Persulcans per inane polos micat orbita florum.  
 Cypris odoriferos sensit fraglare uolatus:  
 120 'Natus adest' inquit; 'multis iam spargitur aer  
 Floribus, ambrosio totum respirat odore.'  
 Dum loquitur lasciuia Venus, uenit ecce Cupido  
 Fessulus et gremio matris libratur anhelans,  
 Quo sessurus erat. quem protinus illa uolantem  
 125 Occupat et crines componit mater Amori  
 Ac puerum complexa fouet dans oscula nato.  
 Sic blandita iubet: 'Pyrois, mens ignea mundi  
 Atque uapor fecunde poli, successio rerum,  
 Affectus natura genus fons auctor origo,  
 130 Tu uitae fecunda salus, tu blanda uoluptas,  
 Tu princeps pietatis, Amor, te praeduce mundo  
 Alternant elementa uices et non perit orbis,  
 Cum pereant quaecumque creat, nec sentit ademptum  
 Successu redeunte nouo. uenit ecce nouerca  
 135 In manibus iam Iuno meis supplexque precatur,  
 Quae fuerant optanda tibi: Medea sacerdos,  
 Sacrilega quae uoce solet compellere caelum,  
 Inuitos accire deos, urguere Tonantem,  
 Dum precibus elementa quatit mare sidera terras,  
 140 Naturam turbare simul, tua tela medullis  
 Excipiat (hoc Iuno petit) iuuenemque Pelasgum  
 Diligat optet amet cupiat suspiret anhelet.  
 Sollicitus tamen ista para cautusque memento:  
 Medeam fixurus eris.' sic fata Dione.  
 145 Risit Amor matrisque sinu se subtrahit ales;  
 Spicula saeua legit, quibus olim Luna per umbras  
 Pastore inflammata tepet; nec sustinet ignes

117 florea semita num sanum? || 118 Persultans n || 127  
 Pyrois ut corruptum notatum in N (puer o ego olim) || 132 uices  
 (sic n) ex duces corr. N || 133 creat om. N, add. Buech. || 135  
 precatur scripsi: uocatur N locatum Buech. || 146 saeua n:  
 laeua N || 147 Pastorem flammata tenet N, correxi

Luna Cupidineos, Solis quae sustinet orbem  
 Et fratris radiis conceptus lucis adoptat.  
 'Hoc' ait ignipotens 'telo Medea cremetur,  
 Quo Scythicam succendit amor, dominaeque fauillas  
 Excipiam per templa uolans, et uirgo cruenta  
 Adprobet hos arcus dominae plus posse pharetris.  
 Namque Diana feras, ceruos et figere dammas  
 Adsolet: hoc telum reges et numina figit.  
 Quattuor interea niueas adstare columbas  
 Cypris amoena iubet: roseis frenantur habenis,  
 Candida puniceis subduntur colla rosetis  
 (Nam iuga sunt compacta rosis), fert dextra flagellum,  
 Purpura quod mollis, tenuis quod sericus ornat.  
 Iam uolucer conscendit aues et blanda Voluptas  
 It comes, Amplexus ueniunt, Hymenaeus adhaeret,  
 Gaudia concurrunt, Risus atque Oscula pergunt.  
 Nam licet Idalias sociarint frena columbas  
 Et iunctae per cuncta uolent, tamen impiger ales  
 Nunc hanc nunc illam residet gaudetque iugales  
 Iam releuare suas et dispensare uolatum.  
 Sublatum propriis persentit in aera pinnis  
 Aurigam quadriga uolans: iterum ecce columbas  
 Adpetit et pharetris conlidit dorsa uolantum.  
 Nondum per Scythicas glacies stat barbara Colchis,  
 Et iam bruma rigens Arctoi tristior axis  
 Torpebat compacta gelu; set pinniger audax,  
 Et magis accessu pueri plaga maesta serenat  
 Aduentum testata dei: mox tetra fugantur  
 Nubila, caeruleos excludit flammiger imbres.  
 Impia iam Colchis, iam saeuior ara Dianae

151 Quos N, corr. *Duhnus* || 152 Excipiam n: Excutiam N ||  
 154 effigere N, corr. *Buech.* || 157 abenis N || 165 iunctae n:  
 uinctae N || 167 dispensare scripsi: se pensare N (quo seruato  
 uolatu *Buech.*) || 168 in aera n: ni atra N || 169 iterumque N,  
*correxi* || 170 concludit N, corr. *Buech.* || 172 Set iam *Buech.* ||  
 173 coacta gelu et N, *correxi* (concreta gelu it *Buech.*)

Cooperat ostendi: toruo mandante tyranno  
 Ecce trahebatur ceu taurus pulcher Iason,  
 180 Quem sequitur Medea nocens urguetque ministros  
 Nudato mucrone furens. delubra subibant  
 Iamque propinquabant aris. hic numen amantum  
 Furtim templa petit: sonuerunt tela pharetris.  
 Exultat gauisa nimis Medea sacerdos:  
 185 Telorum strepitu castae putat arma Dianae  
 Increpuisse tholo, credit sua uota sacerdos  
 Ante preces audisse deam. mox numen adorans  
 'Omen adest' inquit; 'trinam te, Luna Diana,  
 Totius et praestas heres, Proserpina, mundi;  
 190 Nam tria regna tenes: tu caelo Cynthia regnas,  
 Venatrix terrena micas, capis atria Ditis,  
 Tempora distribuens regnis et cursibus apta:  
 Iam grates audita loquor. iacet hostia templis  
 Per fluctus aduecta tuis.' sic fata per aras  
 195 Virgo cruenta molam perfert. at mystica nutrix  
 Fessa licet tremebunda gemat, tamen ipsa iacentem  
 Tendere colla iubet uel pectora prona supinet.  
 Ergo peregrinus cum iam uersatur Iason,  
 Forte oculos per tecta leuat: uidet ecce uolantem  
 200 Atque salutantem puerum. sic nauta precatur  
 Murmure sollicito numen, quod mundus adorat:  
 'Si caelum, si terra tui sunt, alme, triumphi  
 Vel quidquid natura creat, si sanguinis expers  
 Mortis et infaustae's et sunt tantum hostia flores  
 205 (Matris et en sertae pendent per templa coronae),

178 toruo scripsi: iam tunc N || 179 centaurus N, corr. *Buech.* ||  
 180 ministras N, corr. *Buech.* || 182 hic (*i. tum*) scripsi: sic N  
 sed *Buech.* || 185 strepitum N, corr. *Schenkelius* || 188 niquit N,  
*recte n* | trinam scripsi: triuiam N || 189 Totius et scripsi: Confidit  
 to (eo n) N cum signo corruptelae | praestas scripsi: perstans  
 N | mundi N, *recte n* || 190 teneus n || 191 nonne terrena meas ? ||  
 192 acta n || 200 sic scripsi: sed N || 204 infaustae sed sunt N,  
*correxi* | tamen N, corr. *Buech.* || 205 et insertae N, *correxi*



Sanguine uirginei tantum contente pudoris  
 Eripe me his, inuicte, malis. ego uictima seruor  
 (Atque utinam seruer!), iaceo ferendus in aris.  
 Audiit ignipotens (hominum nam murmura sentit)  
 Et ridens gauisus ait: 'pirata decore,  
 Quid metuis, quem fata manent, cui uita superstes  
 Restat adhuc, quem regna petunt, cui pellis amato  
 Imminet et coniunx dabitur Medea sacerdos?  
 Sed memor esto mei, ne te fortuna superbum  
 Reddat et incipias iterum ceu nauta uenire.'  
 Dum loquitur pinnatus Amor, iam uirgo leuabat  
 Destricto mucrone manum. captiuus Iason  
 Exclamat: 'succurre Venus, succurre Cupido:  
 Iam ferior, Medea ferit.' sic fatus. at ille  
 Ignea sidereo componit spicula nerno,  
 Misit arundineum per flammea cornua ferrum,  
 Stridula tela uolant: rapiunt praecordia flammas,  
 Corda calent oculique labant, suspiria rumpunt,  
 Marcida funereum laxauit dextera ferrum.  
 Sed nutrix mirata moras 'dic, uirgo, quid haeres?'  
 Increpat, 'ecce feri. fibrae rapiantur et exta,  
 Consultum det fata iecur. Medea moraris?  
 Occidimus! torpescit iners antistita Phoebes  
 Permixto pallore rubens, non lumina uibrat,  
 Non furit aut tremuli strident in murmure dentes.  
 Cur homicida uacas et stas rea? sed rea non es,  
 Si fueris homicida magis. cur explicat artus  
 Aut tangit cur saepe caput, quid spirat hiatus  
 Oris et ad zonam digiti mittuntur inertes?

206 contenta N, *correxi* || 207 me om. et ergo n || 208 seruar  
 N, *corr. Duhnius* | iaceo n || 211 cui *Buech.*: cum N || 212 amato  
*Rossb.*: amata ex aurata *corr.* N || 213 coniunx N || 215 Reddet  
 et incipies N, *corr. Buech.* || 226 Incupat N, *recte* n | rapiuntur N,  
*corr. Buech.* | exsta N || 228 tepescit N tepescit n, *corr. Buech.* |  
 Antistita N || 230 tremulis N, *corr. Duhnius* || 231 et *Buech.*:  
 sed N || 232 fueris ex fuerit N || 234 inermes N, *correxi*

235 An magus est pirata iacens et sacra Dianae  
 Murmure sollicito prohibet soluitque profanus?  
 Dixerat et gladium dextrae relocabat inertis  
 Impia turpis anus. rursus conclamat Iason:  
 'Victima sum, pereo: iugulis male mucro minatur.'  
 240 Pinnatus subrisit Amor rursusque sagittas  
 Iecit et ardentis nutantia corda fatigat.  
 Aestuat interea sacris repetita sacerdos  
 Ignibus et fatur: 'non est haec uictima digna:  
 Non torta ceruice iacet, male palpitat, artus  
 245 Erigit impatiens, est saucius ante dolonem:  
 Sanguine membra carent: iam non erit hostia grata,  
 Quae sicco mucrone cadet.' conuersa sacerdos  
 Ad iuuenem: 'dic, nauta fugax, pirata nefande:  
 Est consors matrona decens an caelibes uita  
 250 Degis adhuc nullumque domi iam pignus habetur?'  
 'Solus' ait captiuus 'ego: mihi pignora nulla  
 Coniugis aut sobolis.' dictis gauisa uirago  
 Blanda refert: 'uis ergo meus nunc esse maritus?'  
 'Seruus' Iason ait, 'tantum ne uita negetur  
 255 Te precor et dominam fateor.' sic fatus. at illa  
 Rumpit uincla uiri, quae tunc suspendit ab aris:  
 Vt facinus purget proprium, uocat ipsa maritum.  
 Vestibus induitur Tyriis, quas sericus ambit  
 Mollis et in medio fuluum distinxerat aurum,  
 260 Blattea puniceo radiabant stamina filo.  
 Expauit nutrix, omnes stupuere ministri;  
 At puer ignipotens uictor per templa triumphat,  
 Nudus ludit Hymen, mollis Lasciuia saltat,

235 iacens ex nocens N || 237 reuocabat N, *correxi* || 243  
 effatur N, *correxi* || 245 est *scripsi*: et N | dolorem N, *correxi* ||  
 248 dignata N, *corr. Duhnius* || 250 iam *addidi*: om. N (*lac.*  
*relicta in n*) tibi *Duhnius* || 256 uiri quae tunc *scripsi*: iuuenique  
 uirgo N (iubetque uiro suspendat *Buech. malo uersu*) | aris n:  
 ortis N || 257 ipse N, *recte* n || 258 indutum N, *correxi* | quam  
 (s *supra* m) N || 259 Distinxerat N, *recte* n || 260 Blattea N |  
 radiabat n

Blanda Libido coit, simplex Affectus inhaeret,  
 Ludicra puniceis resonabant Oscula labris, 265  
 Dant faciles plausus Concordia Gratia Lusus:  
 Sponsus Iason erat gaudens et sponsa sacerdos.  
 Ad thalamos post templa ruunt; tunc pronuba Iuno  
 Adfuit et grates Veneri facunda canebat.  
 Ecce triumphantes Ingratia dura ingales 270  
 Consequitur, gressus consors Oblivio iungit.  
 Marcidus interea domitis rediebat ab Indis  
 Liber, anhelantes residens post proelia tigres;  
 Quem sequitur iucunda manus saltare parata  
 Ebria pampineis miscens uestigia thyrsis. 275  
 Sensit amoriferum Scythicam fixisse sagittis  
 Et uoluerem puerum populatum templa Dianae:  
 'Illo iam gressus' dixit 'conuertite, tigres:  
 Estis opus, mea turba, deo. properate, ministri:  
 Pinniger Idalius minor est sine munere nostro.' 280  
 Dixerat et Scythiam uacuum marcere petebat:  
 Iam uenit ad Colchos, iam se Semeleia iungunt  
 Agmina, Bybliades saltant Bacchaeque rotantur.  
 Venatu interea rediens delubra petebat  
 Plectriferi germana dei mirata, repente 285  
 Quod sileat templum, subito quod sparsus ubique  
 Ambrosius sic fraglet odor; sonuere per aures  
 Fescennina deae. pulchrorum nota geruntur:  
 Iungitur Aesonidi fulgens Medea marito.  
 Erubuit doluitque simul: 'non omine fausto 290  
 Coniungatur' ait 'nec prospera flammea sumat:

267 sacer ante sacerdos expunctum N || 268 thalamum N, recte n | ruunt scripsi: ducit N ruit Buech. | tunc Buech.: et hunc N || 269 Veneris N, corr. Dulnius || 271 concors n || 275 tyrsis N || 280 sine murmure n || 281 uacuum in Bacchus Buech., in curru Dulnius, in uacuum Schenkelius mutabant | marcere (uel languore) scripsi cont. u. 272: iam sponte N || 283 Bibl. N || 284 petebat (t supra n) N || 288 num deae pudibundae. uota ? || 289 Esonidi N || 291 Coniungatur N, recte n

Displiceat quandoque uiro, cui turpiter audax  
 Sacrilegus processit amor; sed iustius opto:  
 Perfidus egregiam contemnat nauta iugalem,  
 295 Dulcior affectus uel amara repudia mittat;  
 Funera tot uideat, fuerint quot pignora, mater,  
 Orba parens natos plangat, uiduata marito  
 Lugeat et sterilem ducat per saecula senectam.  
 Aduena semper eat, se tanti causa doloris  
 300 Auctorem confessa gemat.' sic fata Diana  
 Tristis abit; delubra tacent, sacraria maerent,  
 Sanguine templa carent. nutrix uacua atria tantum  
 Templorum seruabat anus, haec anxia crimen  
 Virginis et raptum deflebat maesta pudorem:  
 305 Qualis in exhaustis per sordida funera tectis  
 Strix nocturna sonat rostro stridente per umbras;  
 Qualis et horrendus funesto carmine bubo  
 Conqueritur deflenda gemens, dum tristia maestus  
 Funerea sub nocte canit, sic anxia nutrix  
 310 Ingemit et tremulas diffundit maesta querellas.  
 Nuntius interea maesto uolat ore satelles  
 Ad regem subuectus equo natamque tyranno  
 Indicat ignoto passim nupsisse marito.  
 Expauit genitor: sic quondam tristis Agenor  
 315 Concidit Europae senior fraudatus amore,  
 Cum nesciret adhuc generum meruisse Tonantem.  
 Ira dolor numen pietas iniuria regnum  
 Concutiunt franguntque uirum, iubet arma ministris;  
 Dedecoris nam fama ducem rapiobat in enses.

294 nata N, corr. Dulnius || 296 mater (sic n) ex matri corr. N || 298 saecula noctem, corr. Rossb. (sortem Rebb.) || 299 se Dulnius: sit N (an sit t. c. d. Acta loco confessa genus ?) || 301 abiit N | sacraria maerent (sic n) supra nutrix tamen atria tantum expunctum N || 302 uacua scripsi: tamen N || 305 per sordida tecta ruinis N, correxi || 307 bubo N, corr. Buech. || 309 nocte] nonne nocte ? || 316 nescisset n || 317-19 lacunae relictas in N, suppleuit Buech. (nisi quod 319 Dedecoris uel Opprobrii ego, Coniugii ille) || 319 rapiabant N, recte n

Cum poenas mortesque parat, uenit Indus ad aulam 320  
 Liber et egregia compressit uoce furentem:  
 'Sic tibi, rector' ait 'mentem possedit inanis  
 Relligio? sic pignus amas ut tela parentur?  
 Qui furis, exspecta dulces de prole nepotes.  
 Virginitatis onus melior tolerare sacerdos 325  
 Non potuit, feruescit amans: et casta Diana  
 Pastorem confessa uirum.' haec Liber aiebat.  
 Mulcentur iam corda ducis natamque tyrannus  
 Purgat et extemplo Medeae laudat amorem:  
 Sic meruit neniā generum confessus Achilles, 330  
 Sic pater ignouit Lycomedes pectore natae  
 Et Pyrrhum suscepit auus gremioque nepotem  
 Fouit et ad Troiam post crimina misit Achillem.  
 Vt Scythia mollitus blanda pietate, ministris  
 Mox iubet ut generum uel pignus regis ad aulam 335  
 Eiecto terrore rogent. tunc regia lauro  
 Cingitur et postes soceri pia sarta coronant.  
 Mox thalamos subiere pares: laetatur Iason  
 Sponsus et in castris Veneris Medea triumphat.  
 Quattuor interea Phoebus transegerat annos 340  
 Et natos Medea duos fecunda marito  
 Ediderat, cum nocte iacens suspirat Iason.  
 Nec gemitus latuere magam: 'quam, callide, fraudem  
 Quodue nefas moliris?' ait 'non fallis amantem.  
 Dulcia saepe uigil contrectans pectora coniux 345  
 Agnouit, quia furta paras, quia mente fugaci

324 Quid furis? *Buech.* || 327 fortasse aibat (agebat *Buech.*)  
 328 nant ante natamq; *expunctum N* (nautamque *Duhnus*)  
 331 innotuit licomedes *N*, corr. *Duhnus* || 337 puto post stam-  
 mina | achillis cum nota corruptelae *N*, corr. *Rossb.* || 334 mi-  
 nistris *scripsi*: mitescit *N* (tepescit *Buech.* nitescit *P. Wagler*)  
 336 Eiecto *scripsi*: Deposito *N* | uocent *Buech.* | lauro] *marg.*  
*electro (sic) N*, quod est uaria lectio non tam ad lauro, quam  
 ad ineptum illud Deposito (ministri non deponunt ipsi terrorem,  
 sed hunc eiciunt ex sponsorum animis) || 338 laetatus *N*, corr.  
*Buech.* || 341 Et *scripsi*: Sed *N* || 343 Ne *N*, corr. *Duhnus*

Infaustum quodcumque cupis. secreta polorum  
 Cognosco, si morbus erit, si bella parentur,  
 Si pluet aut flamma caelo rutilante coruscet:  
 Et tu Medeam credis quia fallis, Iason?' 350  
 Tunc huic Aesonides stimulet quae cura medullas  
 Indicat et pellis causas uel tempore tanto  
 Quod lateat socios, quia iam sic regnat amicus,  
 Consumptum quem morte putant planguntque parentes:  
 355 'Optarim reuidere meos iterumque reuerti  
 Ad thalamos, regina, tuos, monstrare Pelasgis,  
 Quid coniux, quid fata ualent.' Medea marito  
 'Iam pariter pergamus' ait; 'sic aurea pellis  
 Tollitur ut lateant uastum mea facta draconem.'  
 360 Dixerat et stratis rapitur sub nocte silenti.  
 Astra uocans et signa ciens iubet illa Soporem  
 In nemus ad pellem uel templum Martis abire.  
 Dormitat serpens: pellis subtracta marito  
 Traditur, et pariter fugerunt fratre necato.  
 365 Arripiunt natos et singula pignora portant.  
 Ventum erat ad Thebas, pellis datur aurea regi.  
 Miratur rex ipse Creon, laudatur Iason,  
 Quod freta quod terras sic felix praedo uagetur.  
 Regis nata decens fuerat pulcherrima Glauce,  
 370 Iam cui uirginitas annis matura tumebat;  
 Haec ubi conspexit iuuenem, flammata nitore  
 Aestuat et laudans alieni membra mariti  
 Optat habere uirum. sonnit genitoris ad aures.  
 Tunc rector Thebanus ait: 'si Iuppiter auctor,

349 coelo *N* (caelum *mauolt Buech.*) || 351 huic *scripsi*:  
 sic *N* | Esonides *N* | cura *Buech.*: forma *N* || 352 fort. pellis  
 casus || 353 qui *Duhnus* || 354 quem idem: q; cum signo cor-  
 ruptelae *N* || 355 Optarem c. s. corr. *N*, correxi || 357 pacta  
*Ribb.* || 359 Tollatur — fata *N*, corr. *Duhnus* || 362 In *scripsi*:  
 Ad *N* | ac p. *Buech.* || 363 Dormierat *N*, correxi || 365 Accipiunt  
*N*, correxi | secum *Duhnus*; an singli? | num hic u. post 360  
 est traiciendus? || 372 Aestum et laudans *N*, corr. *Duhnus*

Si Lachesis, si fata iubent, nil ipse morabor. 375  
 Progenies mea turpe cupit: fortuna fauorem  
 Praestet, ut innumeri laudent per saecula nepotes.  
 Virgineo dabitur pellis cum dote pudori.  
 Finierat senior. uotum cognouit Iason  
 Et grates electus agit. praecepta tyrannus 380  
 Diffundit per regna nocens, inuitat iniquus,  
 Ut ueniant ad uota duces, dum festa parantur.  
 Cognouit Medea nefas (nec tardius illud  
 Credidit; ingratum nam senserat ipsa maritum)  
 Ante diem, mente illa dolens, cum cermeret aulam 385  
 Et regis feruere domum, dum magna parantur,  
 Praeuia uenturi mittebant praemia reges.  
 Signorum cursus et plenae cornua lunae  
 Spectabat Medea furens: iam clauserat orbem  
 Cynthia sidereis transcendens saltibus astra. 390  
 Mox Colechis se spargit aquis et sulphure adusto  
 Cum taedis fumans purgabat membra sacerdos;  
 Et campum secreta petens, ubi mille sepulchra,  
 Astabat deiecta oculos, confessa reatum,  
 Et Lunam manibus tensis cum uoce precatur: 395  
 'Astrorum princeps, signorum gratia fulgens  
 Et caeli stellantis honos, caliginis hostis  
 Ac nocturnorum triplex regina polorum  
 Atque tenebrarum splendens patrona nigrarum,  
 Cui cancer domus articulo clarissima mundi 400  
 Brachia contorquens stellat, quae mense peragras  
 Quod Phoebus radians toto uix explicat anno,

377 ut scripsi: in N et *Duhnus* || 380 electus n: elatus  
 (ec supra a) N || 382 festa N: sexta n || 384 nam *Buech.*: nec N ||  
 ipsa (e supra a) N ipse n || 385 mente illa scripsi: tamen  
 illa N || 386 dum scripsi: cum N || 387 Praeuia scripsi:  
 Premia N Prandia *Buech.* || 389 Captabat N, *correxi* || 391 sul-  
 phura lauro N, *correxi* || 392 fumant *Buech.* || 394 Stabat N,  
*corr. Buech.* || 399 nigrarum scripsi: mearum N || 400 articulo  
 (cf. *Man.* IV 164) scripsi: ora N || 401 stellis N, *correxi* | quae  
 q: sic N

Corporis et dominam uerax quam turba fatetur,  
 Tu nemorum custos, tu mors pinnata ferarum  
 405 (Vrsus ceruus aper pantherae damma leones,  
 Retia cum ueniunt aut cum uenabula uibrant,  
 Ante necem tua praeda iacent); te tertius heres  
 Participem regni, consortem iuris amari  
 Optauit mundumque dedit tibi dona secundum  
 410 (Sub tua terribilis rapiuntur sceptrum tyranni,  
 Dives pauper inops raptor pirata sacerdos  
 Aduenient sub lege pari, non sorte sub una:  
 Tu punis post fata reos et uiscera saeuo,  
 Persephone, das nostra cani), post regna barathri  
 415 Quae uultum mutare soles uisura Tonantem:  
 Da ueniam, Medea precor: cum clade suorum  
 Non decet ira deos. mereor pro crimine poenam,  
 Te feriente tamen, non ut maledictus Iason  
 Sit uindex, regina, tuus, qui criminis auctor  
 420 Ipse fuit: miseram solus non puniat, oro,  
 Qui mecum ferendus erit; cuiusque iubebis,  
 Colla (dabo) feriat: tantum ne uirgo Creontis  
 Discidium pariat nautam ductura maritum.  
 Exaudi famulam: dolor est, non zelus Iason.  
 425 Quinque dabo inferias (sat erunt pro crimine nostro)  
 Inlustres animas, niueam cum Iasone Glaucen,  
 Mortibus amborum regem super addo Creonta  
 Et natos miseranda duos, mea pignora, supplex  
 Offero, sacrilegos nostro de corpore fructus  
 430 Ne prosit pecasse mihi.' sic fata sacerdos  
 Suspexit: non ire polus nec Luna uidetur

405 pantere N | 406 ueniunt *uix sanum* | 412 *puto* Adueniunt ||  
 414 cani n: eam N | baratri N || 418 maledictus scripsi: men-  
 dicus N mentitus *Duhnus* || 421 erat N, *correxi* || 422 dabo  
 scripsi: pare N || 423 parat N; *corr. Duhnus* || 424 Zelus n:  
 Telus N || 425 dabos N, *recte* n | erint N teste *Duhnio* || 426 ani-  
 mae N, *corr. idem* | Glaucem N || 431 non iure polos N, *correxi*  
 (tonuere poli *Buech.* non ire polos *Rosb.*)



Hic tauros urgere suos, sed crinibus astra  
 Ignitis responsa dabant. gauisa sacerdos  
 Vertit ad infernum gemitus regemque barathri  
 Secura iam uoce eiet Furiasque precatur: 435  
 'Impie rex Erebi, qui formidabile regnum  
 Mortis habes, quem terra premit, qui funera mundi  
 Excipis et tantis non explēs luctibus aulam;  
 Anguicomae uos quoque deae, quibus impius horror  
 Turpia uipereae funduntur membra cerastae, 440  
 Plurimus ora tegit pendens de uertice serpens  
 Et sinuant orbes per pallida colla dracones:  
 Si manibus laniata meis mala uictima uestros  
 Ad manes peruenit homo, si uiscera matris  
 Vos propter scindens homines in uentre necaui, 445  
 Nunc nostras audite preces. regnator Auerni,  
 Crastina cum Glauce ueniet nuptura marito,  
 Mox Furias admitte tuas. properate, sorores  
 Tartarae: Thebis iterum iam nota geruntur,  
 Currite, per thalamos Iocastae frater et heres 450  
 Coniungit natam. gens en est uestra: dicauit  
 Mortibus impietas, affectus funera praestant.  
 Cur mora? nam nihil est quod non me exaudiat usquam.  
 Virginitas si casta placet, retinere pudorem  
 Si libet et numquam contagia blanda mariti 455  
 Quaeritis, innuptae nuptam exhorree sorores.  
 Si Furias saeuire precor nec sponte nocetis,  
 Non estis Furiae: nomen mutate domosque,  
 Ponite serpentes, alienas reddite flammās

432 Hic scripsi: Sic N | crinibus scripsi: cursibus N ||  
 434 baratri N || 436 iam pie N, corr. *Duhnius* | herebi N ||  
 440 conieci ludunt per membra || 441 Plurimis n || 450 Iocaste  
 — heres N || 451 genus N | en addidi: om. N, haec *Buech.*  
 dicabit N, correxi || 452 nonne effectus (scil. impietatis) ?  
 praestent *Buech.* || 453 quod om. n | me non exaudiat N, corr.  
*Duhnius* | umquam N, correxi || 454—56 post 460 ponit *Schen-*  
*kelius* || 458 nonne modosque ?

460 Et puerum Veneris, quem iam tempsistis, amate.  
 Dixerat; et terra strepitum tremibunda ciebat,  
 Quo steterat Medea loco, telluris hiatus  
 Panditur. attonitas inclinat cautior aures  
 Et surgens 'audimur' ait, 'nam terra tremescit,  
 465 Verbera plaudentum resonant per inane sororum,  
 Sibila uipereis uibrant sub dentibus angues.  
 Res melior tempusque monet redeatur ad urbem.  
 Ante tamen fluuio corpus mergatur et undis.'  
 Quod maga degrediens mox perficit et petit urbem.  
 470 Exilit interea tectarus Lucifer astra  
 Puniceo praeuectus equo rutilusque micansque  
 Concusso de crine iubar diffundit in orbem  
 Flammigeri roseas praecedens solis habenas:  
 Coeperat aula ducis strepitu resonare clientum.  
 475 Iam Phoebus scandebat equos et luce nitebat  
 Post noctem uentura dies, iam tecta Creontis  
 Regibus implentur, iam proxima uirgo marito  
 Sederat et tabulas calamo sulcabat Iason.  
 Conuentum pactumque sonant signatque tabellas  
 480 Horrida Tartareo ueniens de gurgite uirgo  
 Tisiphone signumque premit gauisa Megaera,  
 Allecto testis ceras adamante notauit:  
 Anguibus horrendis per regia tecta flagellant.  
 Interea Medea nouam formare coronam  
 485 Coeperat et niueis miscebat sulphura ceris,  
 Pix et stuppa ligat, species dat quattuor aris  
 Mascula tura cremans, sterili suffire cypresso  
 Cura fuit, cyproque ligat quod naufraga puppis

460 amate *Duhnius*: aetate cum nota corruptelae N || 461  
 strepitum *Buech.*: spatium N || 463 Finditur N, correxi || 464  
 tremiscit N, recte n || 466 Sibyla N || 469 digrediens N, correxi ||  
 471 prouectus *Buech.* || 473 abenas N || 475 nitebat scripsi:  
 ruebat N rubebat *Buech.* || 479 Coniectum n | signat tabellas N,  
 correxi || 481 Tisiphone N || 482 Allectos N || 484 no coronam N ||  
 486 aris scripsi: artis N || 488 cypus puppis N

Perdiderat; cristata manus sancire iubetur:  
 Lambere caeruleis permisit sarta cerastis. 490  
 Exitiale tegit mox praemia tetra uenenum,  
 Atque aurum mentita nocens radiare corona  
 Creditur et gemmas flores imitantur iniqui.  
 Dum funus Medea parat haec munera Glaucæ,  
 Processit roseis sol mundum amplexus habenis. 495  
 At maga sulphuream ponens ad busta coronam  
 Haec ait: 'o mundi facies pulcherrima, Titan,  
 Naturam feruore tenens, elementa coartans,  
 Ne dispersa fluant aut mundi machina mergat,  
 Stelligeri iubar omne poli, quem sphaera polorum 500  
 Sustinet et prohibet rutilam plus ire per aethram,  
 Dum contra rapis axe rotas et colligis ignes,  
 Ipse pius animas admittens claudis in aeuum  
 Orbe tuo: miserere tuae, deus optime, neptis.  
 Insidant haec sarta comis et uirginis ora 505  
 Digna corona premat: sint, inquam, regis in aula  
 Munera nostra rogi, dent praemia tanta sepulchrum,  
 Ignea mors rapiat sponsum cum paelice adusta.'  
 Sic effata minax Solis mox numen adorat.  
 'Tempus adest, pergamus' ait. sic fata coronam 510  
 Tollit et insontem fingit se. tecta Creontis  
 Venerat, oblata sponsae dat sarta puellae:  
 'Accipe, uirgo, libens auratam en fronte coronam,  
 Quam captiua dato, qualem mea pignora sumant.'  
 Dixerat et capiti, quod iam diademate regni 515  
 Splendebat, fera sarta locat. laudata recedit

491 tegit scripsi: repit N rapit Buech. || 494 funus (uel inmanis) scripsi: munus N (funera postea Buech.) | Glaucæ N || 495 mundumq; N, recte n || 496 At n: Et N || 499 uergat Buech. || 501 prohibes N, corr. Duhnius || 503 admittens scripsi: mitis et N mittis et n (mites et Buech.) || 504 nepti N, correxi || 507 dant N, corr. Buech. || 508 pelice N | adusta Rossb.: busta N || 510 adest Duhnius: est cum nota corrupt. N || 511 fingens ad tecta N, correxi || 513 en scripsi: in N del. Buech. || 514 dabo N, correxi || 516 Splendebat N, recte n

Colchis, et infaustas uomuerunt munera flammæ:  
 Has radians nam Phoebus alit. iam creuerat ignis:  
 Uritur ingratus usta cum uirgine nauta;  
 520 Cum genero nataeque parat succurrere, rector  
 Uritur ipse Creon; rogos est mox aula tyranni.  
 Diffugiunt omnes, populi conuiuia ministri,  
 Saltantum fugere chori; nam festa canentes  
 Ambusti lamenta sonant nec tympana plausu  
 525 Percutiunt, sed turba gemens hinc inde lacertos  
 Verberat et flentes pars et sua funera plangunt.  
 Stabat sola nocens necdum satiata sacerdos  
 Et secura tamen: numquam sic posse uenena  
 Credidit aut precibus tantum seruire sorores.  
 530 Sed postquam solos quos iusserat ignis adussit,  
 Tunc natos furibunda petit. nam Mermerus insons  
 Et Pheretes matrem blanda pietate uocabant.  
 Ut flammæ uitare queant, infantia simplex  
 Affectu petit ipsa necem uel sponte pericla  
 535 Quaerit inops, passura necem mucrone parentis,  
 Ignari, quæ mater erat, quid saeua pararet.  
 Tunc genetrix furibunda manum suspendit et ensem  
 Ac fatur: 'Sol testis auus Solisque ministra  
 Luna, decus noctis, Furiae, Proserpina, Pluton:  
 540 Accipe, Sol radians, animas; tu corpora, Luna,  
 Nutrimenta animæ; fundit quem mucro cruorem  
 Sumite uos, Furiae; noctis rex exigit umbras.  
 Spiritus in uentos . . . . .

524 fortasse Ambustis || 526 pars et temptauit: sed non N || 528 Et scripsi: Nec N || 529 sorores scripsi: furores N || 530 adussit N || 531 petit scripsi: premit N | Mermerus n: Mercurius cum cruce N || 532 ferentes cum cruce ante u. posita N, correxi (Feretis Duhnius) || 533 queat N, corr. Buech. || 534 necem mucrone parentis uel N, recte n || 535 necem uel sponte pericla mucrone N, recte n || 538 Af Ac fatur N, recte n | Solisque scripsi: sol persce N sol perste n | ministra n et N ita ut ni litterae supra lin. extant (sic) | Sol Persice Mithra coni. Duhnius || 543 sine lacuna N, quam statuit Duhnius

. . . . . satis est punisse nocentes  
 Insontesque simul. miseros hoc ense necabo,  
 Quo genitor feriendus erat: nihil ipsa dolebo, 545  
 Si ingrata me urat nullus de gente superstes.  
 Haec ait et geminos uno simul ense nouerca  
 Transegit pueros. quos sic portabat ad arcem  
 (Vt proceres uidere nefas, timuere cruentam  
 Et doluere simul), ceu quondam baccha Lyaei 550  
 Saeua caput iuuenis mater gestabat Agaue.  
 'His' inquit Medea 'rogis, ubi pulchra nouerca  
 Et pater ipse Creon uel perfidus arsit Iason,  
 Vos, miseri, commendo, mei.' sic fata minorum  
 Corpora saeua parens funestos mittit in ignes 555  
 Et currus metuenda petit. uenere dracones  
 Viperea ceruice iugas et colla leuantes  
 Squamea, cristato radiabant uertice flammae.  
 Currus taeda fuit, sulphur iuga, temo bitumen  
 Et rota cypressus, solidabat frena uenenum, 560  
 Plumbeus axis erat raptus de quinque sepulchris.  
 Occupat illa grauem funesto corpore currum,  
 Ire toro residens tetros simul imperat angues.  
 Tolluntur celeres mox e tellure, leuatae  
 Iam nutant per inane rotae hinc inde labantes, 565  
 Aera saeua petit uolitans quadriga; uenena  
 Et poterant fuscare diem, corrumpere uentos,  
 Ni Phoebus rubuisset auus de crimine neptis  
 Et totum meliore coma perfunderet orbem.  
 Saeue Furor, crudele Nefas, infausta Libido, 570  
 Impietas, Furiae, Luctus, Mors, Funera, Liuor,

546 meurat N, recte n (maneat Duhnus) || 551 testabat N, corr. Buech. || 554 meis N, corr. Duhnus || 560 cypressus N | solidarat N, correxi || 563 Ire furore sidens N, correxi (Ire Furor residens Duhnus) | tetros n: atros N || 564 mox e tu tellure N, recte n | leuabant N, correxi (se t. leuabant Duhnus nimia cum tautologia) || 567 poterat N, correxi || 569 profunderet N, corr. Buech. || 571 fur furig N

Linquite mortales miseroque ignoscite mundo,  
 Parcite iam Thebis, diros cohibete furores.  
 Inde uenit quodecumque nefas, ut Cadmus aratis  
 375 Obruit infaustis crudelia semina sulcis,  
 Vnde seges ferri pullat uel Martis anhel  
 Heu male conceptis praegnatur terra uenenis:  
 Emicuit galeata cohors aciesque nefanda,  
 Rumperet ensiferis cum ferrea messis aristis,  
 580 Insurgunt clipeis, rapiunt simul arma phalanges  
 Mortibus alternis et mutua fata minantur  
 Fratrumque nefas qui gessit uindicat ensis;  
 Inde Athamas miserandus erat, miser inde Palaemon,  
 Inde Iocasta fuit, turpis fuit Oedipus inde,  
 585 Inde Eteocles erat frater Polynices et hostis,  
 Et Polynices inops germani morte peremptus.  
 Blanda Venus lasciuia, puer Semeleie Bacche,  
 Parcite uos saltim, Thebis quibus auctor origo  
 Aut soboles praeclara fuit: tibi mater, Iacche, est  
 590 Thebana de stirpe, tuam Cadmoque, Dione,  
 Harmoniam nupsisse ferunt: pro munere Thebae  
 Et pro tot meritis si funera tanta merentur,  
 Crimen erit genuisse deos! iam Creta Tonantem

572 Linquite N || 574 ut scripsi: sic N | aratis addidi: om. N, qui marg. ab alia manu adscriptum habet oratio (scil. ad finem carminis pertinens), quod aratro legere sibi uidebatur Duhnus || 376 Inde N, corr. Duhnus | ferri n: ferra (i supra a) cum nota corrupt. N ferrata Duhnus | pullat temptauit: micat N || 578 galeae galeata N || 583 Athamas Duhnus: thalamas (u supra a) N thalamus n || 585 Eteocles Duhnus: Thocles N | fratri N, recte n | Polinices N || 586 Polinices (-ceps n) N | ferentus Duhnus, terentus me teste N, corr. Buech. (cruentus Rossb.) || 587 lasciuie N, correxi (quis locus hic Amori?) | Semeleiae bacchae N | 588 saltis N, corr. Duhnus || 589 tibi n: ubi N | Iacche est scripsi: iacet N Iacche Duhnus || 590 tuam Cadmoque Dione temptauit: Tartara ubi (tibi n) Diones N tuam Thebisque Dione Buech. || 591 Armonia N, corr. Duhnus || 592 sic N, correxi || 593 fort. tenuisse

Depositum nutrisse neget, iam Delos in undas  
 Fluctuet et pauca partus meruisse deorum, 595  
 Te Venerem freta uestra negent, abiuret Amores  
 Cyprus et Idalium pigeat coluisse Dionen,  
 Vulcanus Lemno, Iuno spernatur ab Argis,  
 Gorgone terribilis Pallas damnetur Athenis,  
 Sitque nefas coluisse deos, quia crimen habetur 600  
 Relligionis honos, cum dat pro laude pericla.

## XI. De mensibus.

## Ianuarius.

Purpura iridicis sacros largitur honores  
 Et noua fastorum permittit nomina libris.

## Februarius.

Sol hiemis glacies soluit iam uere niuesque;  
 Cortice turgidulo rumpunt in palmitum gemmae.

## Martius.

Martia iura mouet, signis fera bella minatur, 5  
 Excitet ut turmas et truncet falce nouellas.

## Aprilis.

Post Chaos expulsum ridet primordia mundi,  
 Tempora pensantur noctis cum luce diei.

## Maius.

Prata per innumeros uernant gemmata colores,  
 Floribus ambrosiis cespes stellatur odor. 10

594 fort. in undis || 596 adiuues N, corr. Duknius || 597  
 Cypris (u supra i) N | Dionem N || 600 Sit nefas N, corr.  
 Buech. || subscribit N Τέλος. Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii  
 testamento.

XI et XII ex Corii historia urbis Mediolanensis sumpta:  
 cf. supra p. 127 || XI, 2 permutat Corius, correxi || 3 iam uerbere  
 niues Corius, correxi

## Iunius.

Messibus armatis flauae crispantur aristae:  
 Rusticus expensas et fluctus nauta reposcit.

## Iulius.

Humida dant siccas messes domicilia Lunae;  
 Fontanas exhaurit aquas, ut Nilus inundet.

## Augustus.

15 Atria solis habet, sed nomen Caesaris adfert.  
 Mitia poma datat, siccas terit area fruges.

## September.

Aestuat autumnus partim uariantibus uuis,  
 Agricolis spondens mercedem uina laborum.

## October.

Promitur agricolis saltantibus Euhus imber;  
 20 Rusticitasque deo est gaudens, plus sordida musto.

## November.

Pigra redux torpescit hiems; mitescit oliua,  
 Et frumenta capit quae fenore terra refundat.

## December.

Algida bruma niuans onerat iuga celsa pruinis,  
 Et glaciale gelu nutrit sub matribus agnos.

## XII. De origine rosarum.

\* Dicitur \* alma Venus, dum Martis uitat amores  
 Et pedibus nudis florea prata premit,  
 Sacrilega placidas irrepsit spina per herbas  
 Et tenero plantas uulnere mox lacerat.

11 Crispae flauantur Corius, correxi || 16 datat scripsi:  
 dabit Corius || 19 Euhus scripsi: ebius Corius || 20 deo est  
 scripsi: decet Corius || 22 foenore Corius

XII. 1 Dicitur corruptum || 2 praemit Corius



Funditur inde cruor, uestitur spina rubore;  
 Quae scelus admisit, munus odoris habet. 5  
 Sanguine cuncta rubent croceos dumeta per agros,  
 Et sancit uepres astra imitata rosa.  
 Quid prodest, Cypris, Martem fugisse eruentum,  
 Cum tibi puniceo sanguine planta madet?  
 Sanguineis Cytherea genis, sic crimina punis, 10  
 Mordacem ut spinam flammea gemma tegat?  
 Sic decuit doluisse deam, sic numen amorum,  
 Vindicet ut blandis uulnera muneribus!

## XIII.

Quis deus hoc medium uallauit uepribus aurum,  
 Iussit et inclusam sentibus esse rosam?  
 Aspicite ut magni coeant in foedus amantes:  
 Martem spina refert, flos Veneris speculum est.  
 Quid tibi cum magnis, puer, est, lasciue, sagittis? 5  
 Hoc melius telo pungere corda potes!  
 Nee flammis quaeras, sit ut alti pectoris ignis,  
 Set tibi tormentum praebeat ista facis.  
 Pallens herba rubet: color est hic semper amantum;  
 Tam fugitiua rosa est quam fugitiuus amor. 10  
 Nam quod floricomis gaudet lasciua metallis,  
 Aurum significat uilius esse rosa.

6 croceus *Corius* || 11 Mordacem *scripsi*: Veracem *Corius*  
 XIII (*Anth. lat. Burm. V 212, Mey. 1141*) sine auctoris  
 nomine tituloque existat in uetustissimo Terentii codice *Bembino*  
 fol. 96 a manu saeculi XV teste *Umpfenbachio* (ed. Terentii  
 p. XIII), ab *Angelo Politiano* teste *Heinsio* adscriptum: *Drac-*  
*contio ego uindicauit* (cf. supra p. 127) || 1 uallauit *scripsi*:  
 flammabit *B* -uit *uulgo* | uepribus *Heinsius*: erinibus *B* || 2 in-  
 clusam *scripsi*: in dumis *B* in duris *Heinsius* in densis *Bueche-*  
*lerus* || 3 Aspicis *B, correxi* | amantes *B* || 4 speculum *scripsi*:  
 pretium *B* || 5 Quit — lasciuae *B* || 6 pungere c. potis *B* ||  
 7 flammis uras *Heinsius* | sit ut alti *scripsi*: neque alti *B* ne-  
 que adusti *Heinsius* neque anhelii *Buech.* || 8 tormentum *scripsi*:  
 uernantum *B* (Se tibi uernantem *Heinsius*) | preueat *B* || 9 erba  
*B* | rubet *scripsi*: uiret *B*

## XIV.

Fabula constituit toto notissima mundo  
 Gorgoneos uultus saxificumque nefas.  
 Hoc monstrum natura potens nouitate ueneni  
 En oculis nostris iusserat esse malum.  
 5 Hanc auro genitus Iouis ales praesule diua  
 6 Mactans aerato conspicit in speculo.  
 9 Sic praesens absensque simul caecusque uidendo  
 10 Ludit et ignaro raptor ab hoste redit.  
 7 Deriguit mirata necem fatumque ueneni  
 8 Vertit et in morem decidit ipsa lapis.

XIV in eodem *Bembino* fol. 97 ab eadem siue saec. XV  
 sine *Politiani* manu adscriptum sine titulo || 1 mundo *B* || 4 En  
*scripsi*: Ex *B* Trux *Buech.* || 5 prae sole *B, corr. Heinsius* ||  
 6 erato *B* | in speculo *scripsi*: ingenio *B* in clipeo *Buech.* in  
 gremio *Ellisius* || 9, 10 ante 7 posuit *Buech.* || 9 absensque *B* |  
 caecusque (i. ipse non uisus) *scripsi*: cecumque *B* || 10 sapetor  
 ab oste *B* || 7 Diriguit *B* || 8 in morem num sanum? (in rorem  
*Ellisius*)

## LV.

## ORESTIS TRAGOEDIA.

Carmen epicum Orestes, cuius tacent codices auctorem (non sine iure Dracontium fuisse post A. Maium statuere plerique) traditum est in duobus diuersae plane indolis codicibus, scilicet in uetusto libro Bernensi 45 saec. X (B), ubi post Lucani Pharsaliam extat, et in recenti libro Ambrosiano O. 74. sup. saec. XV exeuntis (A).<sup>\*</sup> quamquam autem nunc nemo dubitat quin solo B duce et auspice perficienda sit huius libelli emendatio, tamen hoc remanet ambiguum, sitne A (quem foede ab Italis esse interpolatum primo apparet optutu) ex ipso B an ex huius gemello profectus; nam etsi pleraque, quae A propria habet, correctoribus inputare pronumst (uix est quod moneam, ubi solius B lectiones in notis adferantur, id quod textus praebeat in A extare), tamen restant pauca, quae ex meliore exemplari fluxisse tibi persuadeas.

<sup>\*</sup> pauci Orestis uersus fluxerunt in florilegium quoddam ex uariis poetis latinis compositum, quod exhibent codd. Harleianus 2745 saec. XIV (*incipiunt prouerbia honesti*), Dietzianus B Sant. 60 saec. XIV et Leidensis Vulc. 48 saec. XIII; quos uu. indicaui in apparatu. unum u. 661 etiam Mico recepit in libellum suum prosodiacum. — alia lectitati diligenter per medium aeuum libelli testimonia conguessit Hagenus l. infra l. p. 167.

ceterum neglecti uiliores scripturas, praesertim ad orthographiam spectantes, ex A adferre. — his duobus libris a se excussis innixus primus Orestem edidit C. G. Muellerus in libello scolastico Rudolstadiensis a. 1858 (1859), quo usi sunt et Fr. Haasius (miscell. philol. III. Vratisl. 1861) et A. Rothmalerus (progr. scolae Nordhusiensis a. 1865). insecuta est editio Iacobi Maehly (Lipsiae 1866), quae ansam dedit L. Muelleri disputationi musei Rhenani uol. XXI p. 455 sqq. insertae. tertius editor extitit C. Schenk (Pragae 1867); cf. et Schwabius in programmatae uniuersitatis Dorpatensis et Rothmalerus in Fleckeis. ann. a. 1867 (p. 861 sqq.). iam cum Hagenus (Philol. XXVII p. 157 sqq.) nouam eamque accuratissimam libri B conlationem publici iuris fecisset, a. 1871 quartum Orestis fabula emissa est in appendice ad opera A. Maii solo libro A (quem ipse iterum excussit a. 1876) innixi. ipse de nonnullis locis disputauit mus. Rhen. XXVI p. 493 et Fleckeis. ann. a. 1872 p. 636. denique quintus editor R. Peiperus (Vratisl. 1875), qui Haasii et Hageni quoque commenta prompsit. post quem nonnulla attulit Conr. Rossbergius in duobus libellis Stadae a. 1878 et Nordae a. 1880 editis et in Fleckeis. ann. a. 1879 p. 478. ut par est, ubique primos emendationum auctores nominaui solos.

Gaudia maesta canam detestandosque triumphos,  
Victoris pro laude necem, festiua cruenta,  
Funeris effatus et lamentabite uotum  
Coningis Iliacae, non quae iugularat Atridem,

Incipit orestis tragoedia *litt. mai.* B Horestis fabula ab enoch asculano reperta incipit *rubr.* A || 3 effatus *Maehly*: affectus *codd.* || 4 iugis iliace nō (*ex nā corr.*) in *ras.* B | iugularat B

Aurea regali rutilantia sarta cruore  
 Et diadema ducis foedatum tabe cerebri,  
 Extinctos titulos uictriciaque arma sepulta,  
 Criminis ultorem dum criminis amputat auctor  
 Et thalamis uindex thalamo spectante necatur:  
 Ante toros iacet ille tori genialis amator,  
 Ductorum ductor, regum rex dux Agamemnon  
 Post duo lustra redux et post duo bella triumphans!  
 Te rogo, Melpomene, tragicis descende cothurnis  
 Et pede dactylico resonante quiescat iambus:  
 Da ualeam memorare nefas laudabile nati  
 Et purgare foro quem damna . . . . .  
 Quem dolor accendit, pudor excitat, erigit ira,  
 Mens leuat, attollunt animi, bonus impetus arguet:  
 Dat furor arma pius, pietas dat noxia ferrum  
 Et medicinales quatiant ense ire furores  
 Matris in exitium memorem oblitumque parentis,  
 Inpietate pius, reprobæ probitatis Oresten;  
 Da iustos sine iure deos ratione referre

5 Laurea *Schwabius* | regalia et seria B || 6 foed.] o supra  
 lin. B | cerebrum B || iii. qui sunt in codd. 7—12 et 21—26 inter  
 se locum mutare iussi || 21 uictriciaque B || 22 auctor B || 23 tha-  
 lami A, at cf. u. seq. | thalamo sectante A talamos rectante B,  
 corr. *Rosbergius*; thalamos rex ante *Maehly* || 24 genialis A:  
 gealis (a supra lin.) B || 25 rex dux A: dux rex B | agamemno  
 ex -mno corr. B || 26 duo (o ex corr.) — duo (sic) A: duo —  
 dua B, qui et relux — nella — triumphans || 13 melponmen —  
 cuturnis B || 14 puto Vt | dactylico (-quo A) codd. || 15 ualeam A:  
 balem B || 16 om. A | damnant inopia facta *Maehly*, publica iura  
*Schenkl*, damnauere sorores *Haasius* explent || 18 lebat B: labat  
 A | atollunt uonus B || 19 noxia | ia in ras. B || 20 ense ire  
 scripsi: sanare codd. (quaerunt sanare *Schwabius* nequeunt s.  
 liquores *Maehly*) || 7 patetis B || 8 reprobæ A: prebe B prauæ  
 L. *Muell.* | horestem A, qui semper per h nomen exhibet || 9 Da  
 iustos sine iure scripsi: iniustos sed iure codd., quod trans-  
 positione facta interpolatum est male, cum dei austerum ius  
 negligentes æquumque respicientes minime fuerint iniusti | ratione  
 referre scripsi: ratione feroci B ratione moueri (mgo at feroci)  
 A sine sensu; et ipsa duplex lectio uitii indicium est

10 Insontemque reum, purgantia templa furorum  
 Thraecia, uirginitas qua dat de clade salutem,  
 12 Fraude pia mendax melior germana sacerdos.  
 27 Martia bellipotens referebat classica princeps,  
 Puppibus Argolicis rex Pergama uicta reportans  
 Iliacasque nurus et Troica germina matrum.  
 30 Diuitias Asiae rex censens corde silenti  
 Maxima fulmineo dictabat dona Tonanti,  
 Optima Iunoni scribebat munera magnæ  
 Atque Mineruali dona addicebat Athenæ,  
 Omnibus et superis, Danais quicumque fauebant;  
 35 Nescius uxoris scelerumque ignarus Egisti  
 Dona Clytaemestrae non dignæ multa parabat,  
 Plurima subridens genitor disponit Oresti,  
 Quæ aptabat pietatis amor uel origo paterna,  
 Non tamen æqua simul meritis animisque futuris  
 40 Dona uerecundæ seruabat pulcra puellæ.  
 Interea findebat iter per caerula ponti  
 Irato tranquilla deo recidentibus euris:  
 Candida fluctuagi tendebant carbasa uenti  
 Non quo cursus erat, sed quo dux inpulit aestus;

10 purgantia B | at furorum A mgo: sororum codd. ||  
 11 Tertia B Thracia A, correxi (Taurica *Rosbergius*) | qua  
*Schwabius*: q; B cui A || 12 om. A | melior mendax B, corr.  
*Maehly* || 28 Puppibus A (ut solet fere) || 29 Iliacasque B || 31 fu-  
 mineo B || 32 iunonis A tunonis B, corr. C. *Muell.* | scriuebat  
 B || 33 mineruales (-bales B) donis addebat athenas (atenas B)  
 codd., correxi conl. *Vellei* II 25; interpolatio orta est, ubi ad-  
 dicebat abiit in addebat (Mineruali dona ampla addebat Athe-  
 nae *Maehly*; ceteri augebat et ditabat et adolebat conicentes  
 et urbem pro dea fere patientes neclaxerunt u. 34, quem ante 33  
 ponebat *Haasius*) || 34 fauebant B || 35 Nestius B || 36 elitemestr(a)e  
 codd., ut et ceteris locis | diene B || 38 abtabat B m. 1; aut  
 Quæ delet aut Quæ praestat scribit L. *Muell.* | patena B, corr.  
*Haasius*; parenti A || 39 simul B: suis A || 40 ante 37 ponebat  
*Rothmalerus* (unde plura pro pulcra *Rosb.*) | serbabat B || 42  
 fortasse residentibus || 43 caruasa ponti (in penti corr.) B ||  
 44 Non quo scripsi: Quo non codd. | lux B; an trux ? | aestus  
 scripsi: ester B aether A auster *Schwabius*

Taurica perducunt ad litora castra Pelasga. 45  
 Imperat hinc dominus praedam praecire Mycenis,  
 Ipse secuturus post nota soluta Dianae.  
 Ingreditur templum supplex, ueneranter adorat  
 Numina casta deae. dum ferret munus ad aram  
 (Stamina purpureum pingebant serica uelum, 50  
 Pepla coruscabant uariis gemmata lapillis),  
 Vidit Iphigeniam turibula sacra ferentem.  
 Haeret et attonitos oculos in uirgine figit:  
 Obstipuit pietas et mens sibi conscia prauī.  
 Agmine pro Danaum cultro feriente litatam 55  
 Nouerat et similem nasci potuisse putabat.  
 Candida uirgo tamen plus iam cognoscere patrem  
 Coeperat, officium citius dedit ipsa ministrare.  
 Mystica continuo sumtum uas igne repleuit;  
 Regia uirgo cito per patria colla pependit, 60  
 Oscula pura petens et dans commercia munda;  
 Mox imber rigat ora pius nataeque patrique.  
 Conticuit genitor, dum uultus gaudia rorant  
 Et gemitus crebris singultibus oscula rumpunt;  
 Tandem uocis iter pietas reserauit et infit: 65  
 'Filia, noster amor set noster nata reatus,  
 Viuis an effigies et imago uolatilis extas?  
 Si Diti non es sacrata morte dicata,

45 transtra *L. Muell.* | pelasea *B* pelasgi *A* || 46 hinc dominus  
*L. Muell.*: indomitus *codd.* | micenis *B* || 47 pos *B* || 48 suplex *B*  
 49 dae *B* | ferre *B* feret *A* || 50 pignebant *B m. 1* | seriga *B*  
 uela *B* uellum *A* || 52 ifig. *B* ephig. *A* | thuribula *A* turibula *B*  
 sacra *C. Muell.*: sera *B* sero *A* || 53 atonitos *B* || 54 Obstup. *A*  
 siui constia prabi *B* || 55 Acmine *B m. 1* | cultor — litata *B*  
 59 Mistica *codd.* | sumtum *Peiperus*: esutum *B* summum *A*  
 60 patria *A*: pauca *B* || 61 das commertia *B* | mundi *codd.*, *corr.*  
*Maehly* || 62 Nox imber — ore *B* || 63 cenitor *B* | plorant *codd.*,  
*correxi* || 64 gemitu crebro *A* | sincultus *B* singultus *A*, *corr.*  
*C. Muell.* || 65 ita p. reserabit *B* (*unde* itum *Haasius*) || 66 Iulia  
 nosterra mors et *B* (amor et *A*) | nota *B* (*unde* nota *Schwabius*) || 67 Viu  
 non es *scripsi*: Sic *l* on es *B* Si uiuis et non es *A*

Gaudeo; da ueniam, si conruis ense deorum;  
 70 Nam uiuam te membra docent actusque fatentur.  
 Dic igitur, qua sorte manes a matre diremta  
 Ad delubra deae posita per tempora uitta  
 Et, quod plus miror, per *iniquae* sacra Dianae.  
 Dixerat haec genitor, cui sic est uirgo locuta:  
 75 'Cum, pater, Hectoreos peteretis classibus agros,  
 Fraudis Vlixee formatur epistola mendax,  
 Nomina uestra tenens, quasi iusseris ipse uenirem  
 Ocius ad thalamos coniunx sponsantis Achillis.  
 Credula mater erat, quae me commisit Vlixī;  
 80 Nec uocor ad thalamos set uictima trador ad oras.  
 At mitis per templa dea est: miserante Diana  
 Pro me cerua datur ducenda uicaria: pullis  
 Sic rapior cultris et seruiο Tauris alumna.  
 Casibus auditis doluit gausus Atrides,  
 85 Qui numen ueneratus adit prece ture recepto:  
 'Plectriferi germana dei, Letoia Phoebe,

Si diuis *Peiperus* Si cultro *Hagenus* || 69—71 *bis* habet *B* || 69  
*fortasse* Gaudeo de uenia, qua non ruis ense, deorum | si *B*:  
 sic *A* | corruis *priore l. B*, *A* || 70 uiuante *B l. posteriore* | tactus-  
 que *A* || 71 Dicitur *B l. priore* | manes] uenis *Maehly*; an meas? |  
 direpta *A* || 72 posita per tempora *Schenkl*: posterarum tempora *B*  
 post tergum brachia *A* circumdata t. *C. Muell.* | uitta *B* uincta *A*,  
*corr. C. Muell.* || 73 per *iniquae* ego: per . . . *B* nemorali (*ex*  
*mem. corr.*) *A* per taurica *Schwabius* || 75 sacros *B* || 76 ulixeeor  
 firmatur *B* || 77 ipsa *codd.*, *corr. L. Muell.* | uenire *B* || 78 coniunx  
 s. acillis (*cil supra lin.*) *B* achilli *A* || 79 quē m. c. uliati *B* ||  
 80 ad aras *A* || 81 At mitis per t. dea ē *scripsi*: Et mitis at  
 pia t. de *B*, Et mitis pia t. deae *A* At mitis pia t. deae *uel*  
 Mitius at per t. deae *Rothm.* Mittor at in pia t. deae *Schenkl*,  
*alii alia* | dianae *B* || 82 datus *B* | ducenda *C. Muell.*: ducendo *A*  
 lucenda *B* (*unde* lugenda *Rothm.*; at cf. 26, 44 *ectr.*) | pullis  
 ego: nullis *A* nullus *B* uilis *Maehly* nulli *Rothm.* || 83 cultrix *B* |  
 Tauris *L. Muellerus*: turis *B* thuris *A* || 84 Casibus *B* || 85 adit  
 prece *Rothm.* ture recepto *Schenkl*: agit precepto reture *B*  
 agit (*ex ait corr.*) precepta repertae *A*, ait precibusq. profatur  
*Hagenus* || 86 Plectriferi *A* Peletriuri *B*, *unde* Plectriferi *Pei-*  
*perus* | Letoia *C. Muell.*: lectnia *B*, letima *A* | foebē *B*



Nomine tu quocumque dea praeclara uocaris,  
 Numine mox ipso praestas quodcumque rogaris; 88  
 Tu rapis ex aris animas et morte parata 93  
 Mitior existens, sacrum largita cruorem, 89  
 Luctibus omissis damnas lamenta parentum 90  
 (Mucro sacerdotum feruet ieiunus et expers 91  
 Sanguinis humani, contentus sanguine uili): 92  
 Pignora redde precor reduci post funera patri, 94  
 Vt prosit demissis neci: tibi, Delia, supplex 95  
 Mille dabo pecudes, ceruos hircosque suesque,  
 Cornibus armatas lunata fronte iuencas.  
 Nil actum Troiaest, si non comitante Mycenae  
 Virgine pergo redux plangenti reddere matri:  
 Quam putat extinctam, uestra pietate redemptam 100  
 Sentiat et uertat proprios in gaudia planetus.  
 His precibus commota dea crudescit in iras:  
 Auertit uultus oculos mentemque rogata.  
 Sensit ut armipotens flammari corda Dianae,  
 Terretur retroque pedem cum uoce coercet, 105  
 Tristis ad aequoreos celerat nestigia fluctus,  
 Puppibus inpositus proscindit cursibus aequor.

87 deae *codd.*, corr. *Rothm.* || 88 prestas B: tribuis A | quodque B quocumque A, corr. C. *Muell.* || u. qui est in *codd.* 93 post 88 traiecit *Schenkl* || 93 iura pis B || 90 et missis L. *Muell.* amissis *Schwabius* aptissimum uerbum ob lenissimum uirium reuocantes | damnas scripsi: donans *codd.* || 91 feruet *Rothm.*: febet *codd.* uibret C. *Muell.* uibrat *Schenkl* | expers B || 94 reduci scripsi: regi *codd.* regis (*Priami*) *Schwabius* nilo melius | past B | puto munera | patri ex patris B || 95 nectibi — suplex B || 96 dauo B || 97 armata B (*quo seruato* lunatas *Schwabius*) || 98 altum B | troies B troes A | comitante licenas B || 100 extinetam (ne supra ras.) B | nestigia B ara (*pro ūra.*) A, corr. C. *Muell.* || 101 planctos B: uultus (*in*o luctus) A || 102 non mota L. *Muell.* | dea crudea crudescit B || 103 Auertit in

Abentia corr. B | oculos uultus A | rogatam *codd.*, corr. *Schenkl*; an roganti? || 104 ramipotens B | flammari *codd.* || 106 aethereos A || 107 Puppibus *codd.* | proscindens (u *Hageno*, en C. *Muelleri* *erasum uidebatur*) B; proscindere *Schwabius*

Interea dum carpit iter spumantibus undis  
 Fama Mycenaeas uolitans repleuerat oras,  
 110 Aduenisse ducem ditatum sorte duelli.  
 Nec mora: praeda uenit palmatis puppibus omnis,  
 Occurrunt oculi Danaae de turribus urbis,  
 Moenia femineis replentur cuncta cateruis.  
 Captiuos uisura Phryges Agamemnonis uxor  
 115 Affuit, aduentus metuens inapura mariti.  
 Qua uisa cessere loco matresque nurusque:  
 Constitit inficiens ut adultera regia coniunx  
 118 Publica planetigeris execrans gaudia uotis  
 121 Atque oculos per cuncta iacit mandante timore  
 120 Supplicium expectans scelerum ueniente marito:  
 119 Anxia sollicito quatiuntur corda pauore,  
 122 Et pallor premit ipse genas: feruore recenti  
 Attamen infelix animo uersatur adulter.  
 Ast ubi non uidit descendere puppe tyrannum,  
 125 Impunita putans sua crimina posse manere  
 Gaudet et internae mentis secreta fatetur:  
 Permixtus candore rubor pallore fugato,  
 Et lasciuia reos pulcrescunt gaudia uultus.  
 Credidit aequoreas quod rex sit mersus in undas,

108 Interea *Maehly*: Pr(a)eterea *codd.* || 109 moeceneas B | repleat B impleuerat A || 111 pupibus A || 112 dane — uruis B || 113 implentur A | cuncta caterbis B || 114 Captibus (u *supra* b) u. friges (*ex fringes*) B Captiuos u. reges (*in*o phryges) A || 115 aduentum *Maehly* || 116 uisae B | loco A: lom B || 117 inficiens scripsi: insipiens B incipiens A inspiciens *Maehly* | adultaera — coniunx B || 118 planetigeris A plantigeneris B, corr. *Rothm.* || u. qui sunt in *codd.* 119 et 121 inter se traieci (118 et 119 *Rothm.*) || 121 Adque B | mandante ego: mandante B mandata A qui et timori (stimulante *Maehly* mordente *Hageno*) || 120 Supplicium B | expectat *Maehly* || 122 ipse ex ipsos B feruorque recedit *Maehly* terrore *Schwabius* rigenti *Hageno* || 123 Ac tamen L. *Muell.* | obseruatur *Maehly* seruatur L. *Muell.* || 124 puppe *codd.* || 125 Impunita putans] ta pu *supra* lin. B || 127 runor B; pudor A || 128 reo — uultu L. *Muell.* || 129 aequoreis — undis A | rex it merus B

Nec nult scire moras, tantum contenta quod absit, 130  
 Et celeri cupit ire gradu dictura maritum  
 Non reduce[m] moe[chi]; set spes ibi fallitur audax  
 Propterea: sors regis erat Cassandra sacerdos,  
 Inter Dardanias clades Danaumque triumphos  
 Non habita indigne, licet esset portio praedae. 135  
 Ipsa Clytaemestrae sacro correpta furore  
 Longius exclamat: 'salve regina Pelasgum,  
 Ultio Dardanidum, captae solacia Troiae,  
 Tuque triumphalis domitor bone pastor Egiste,  
 Plumea cui praestant post pelles stramina lectum, 140  
 Quem post tecta casae regalis suscipit aula,  
 Quid dubitatis adhuc uestros releuare timores?  
 Pergite, ne pereat uestri cito fructus amoris  
 (Tempus adest et fata iubent et culpa perurguet):  
 Amputet eripiens uictricia colla bipennis! 145  
 Vos licet et similis maneat censura polorum,  
 Fit saltem mora longa reis, dum crescit Orestes.  
 Victima carnificis nati post funera patris  
 Mater eris, tecumque ferox ferietur adulter  
 Pyladis fodiente manu (mihi credite) cari; 150  
 Mox miserum furor ultor habet purgandus Orestem.  
 Dixit et enisam retinent per transtra rudentes.

130 concepta A || 131 gradū B || 132 moecos set (in sed corr.) — fallitur B | ubi A || 133 Propterea scripsi: Pr(a)eterea codd. || 134 triumphos B || 135 hauita (h supra lin.) — esse B || 137 acclamat Maehly | salbe regna pelagum B || 138 dardanedum (-nidum corr.) B | solacia ex solucia B solatia A || 139 Tuquū triumphalis — uone B || 140 lectum om. B || 142 dunitatis (u in b corr.) aduc u. relebare B || 143 Perdite codd., corr. A. Maius | fructus B || 144 adeste fata iubant B || 145 Lamputet B (unde iam putet Hagenus) | uictricia (ultricia Rossb.) collo pupenis B || 146 li—et B | polorum Rossbergius: pulorum B malorum A || 147 Fit L. Muell.: Sit codd. || 148 Victimā (n deleta) B || 150 Pyladis codd.: uati Maehly || 151 Mox scripsi: Me codd. Heu Maehly Vae Schwabius | miseram A | ultor scripsi: alter codd. | purgandis orestes B; recte A || 152 Dixit et A: Det B | elisam codd., correxi (Dixerat et classem Maehly)

Prouida terruerant reginam dicta nefandam:  
 It pallor super ora redux facinusque parare  
 155 Disponit sub corde truci, furor urget amoris  
 Sollicitusque timor grassatur mente paenti.  
 Maesta domo quasi laeta redit terrente pauore,  
 Ingrediens thalamos suspiria longa trahebat  
 Corde premens gemitus et gaudia uultibus aptans.  
 160 Quid rumor, quid fama ferat, quid nuntia portent,  
 Oribus adtonitis lasciuus quaerit Egistus.  
 Quae sexus armata dolis sub fraude latenti  
 Incipit effari: 'iuuenis, dic, quid sit agendum.  
 Occidimus: redit ille meus post bella maritus  
 165 Victor et armatus zelo mordente minatur  
 Moribus Argolicis leges inducere castas.  
 Tristibus imperiis alieni criminis ultor  
 Quid faciat pro iure suo? moriemur inulti  
 Et periet iam noster amor: mactabit utrumque  
 170 Turbidus ante diem, solitus punire nocentes  
 Letifero mucrone ferus. spes nulla salutis  
 Est, nisi uitalem contemnimus ambo salutem.  
 Gloria belligeri feriat et arma tyranni,  
 Et prior occumbat quam nostros sentiat ignes,  
 175 Prospera bellorum quem sic fecere superbum  
 Et Priami fortuna iacens, ut sanguinis usu  
 Humani generis uilem putet esse cruorem.  
 Per te casta negor, per te fero damna pudoris,

153 terruerunt et 154 patrare L. Muellerus || 156 pabenti B || 157 reddit B || 159 addens A || 160 nuntia B: numina A || 161 Oribus scripsi: Anribus codd. | attonitus A | lascibus B || 164 nela B || 165 telo A | mordentē inatus B m. minatus A, corr. A. Maius || 168 faciet Maehly; at coniuictiuus pro futuro || 170 Turuidus B m. 1; Feruidus Maehly || 172 amuo B || 173 ulligeri B | feriantur codd., corr. Maehly | armara B; fortasse et deleta amara || 175 uellorum que sic B || 176 iacens L. Muell.: nocens codd. | usu Rothm.: usti B ulti A (qui ut habet) || 178 gasta B

Nec uolo tam multi sceleris reperdere fructum.  
 At uerbis inimica loquens en torpeo factis. 180  
 Communis nos casus habet uitaeque necisque,  
 Est nobis commune bonum, commune periculum,  
 Sors pariter nos una manet: iubeoque rogoque  
 Pastorem regina monens; formidine mortis  
 Territa sollicitor miserandi femina sexus, 185  
 Conueniens tamen hortor opus, dum congrua uitae  
 Inpero, ne moriar tecum peritura cruenta;  
 Nam mecum miser ipse cades Agamemnone uiso.  
 Inpie, funereis nos casibus eripe sollers;  
 Nec labor ullus erit uictorem sternere ferro: 190  
 Semper iners securus agit, qui perculit hostem,  
 Et patet insidiis nullo terrente quietus.  
 Non est quem metuas: breuis est et paruus Orestes,  
 Unaque natarum cinis est per templa Dianae,  
 Altera sexus iners residens miseranda quid audet? 195  
 Exulat interea Menelaus alter Atrides.  
 Quidquid agis, impune geris, scelerisque peracti  
 Sic merces, non poena datur; felicius ibis  
 Atque Agamemnonio regno potieris et aula;  
 Exemplumque recens tibi iam superaddo, Lacaenam 200  
 Interfectricem tot regum tot populorum  
 Viuere felicem post funera tanta quiete.

179 multis B | deperdere A. *Maius* rea (uel te) perdere  
*Haasius* || 180 At ego: An *codd.* | en torpeo *scripsi*: extorqueo  
*codd.* extorpeo *Maehly*; se utpote feminam nil posse agere monet  
 regina socium ad agendum instimulans || 181 nos (*supra lin.*)  
 causa habet — necis (q; *euamuit*) B || 182 nobis (b ex u) c.  
 bonum (b ex u) c. per(ictum *euamuit*) B || 184 monens] *num*  
 necem ? | morus B || 185 femina B || 186 hortor tamen B || 187  
 Inpersone B || 188 agamemnone uisu B; an uiuo ? || 189 funereos B ||  
 191 habent *florilegia* | iners B: mars *floril.* inops A enim *Maehly*;  
 at amant hi poetae *asyndetice iungere* | agit *Peiperus*: egit B  
 erit A *floril.* | ostem B || 193 brbis — parbus B || 195 recidens  
*codd.*, *corr. Schenkl* || 196 Exolat B *m. 1* | frater *Maehly*, unde  
 Atridis ego olim || 198 ibus B || 199 Adque gamemnonio B || 200  
 regens *codd.*, *corr. C. Muell.* || 201 Interfecturitem B

Nec metuam Danaos: heredem seruo Thyestis.  
 Dixerat haec mulier, spes est data maior Egisto.  
 205 'Tramite, dic, quo' pastor ait 'geminare ualebo  
 Hoc tam grande nefas? labor est extinguere regem  
 Atque triumphantem, quod plus, in principis aula.'  
 Tunc pandens regina uiam scelerata profatur:  
 'Bellorum maculis et crassa sanguine ueste  
 210 Rex ferus indutus ueniet; mutare necesse est  
 Indumenta duci; tunicam dabo uertice clauso.  
 Dum caput inductum cupit exertare tyrannus,  
 Egredere praeuentor atrox: uiolentus Atridis  
 Finde secure caput ceruicem colla cerebrum.  
 215 Ultima res tantum quae restat sola iuuabit.  
 Consilio succumbe meo: haec una medella est,  
 Ictibus inlatis auertere funera nostra.  
 Dum moror, adueniet nostri modo criminis ultor.'  
 Haec infausta loquens lacrimis simul ora rigabat.  
 220 Turbidus in ferrum rapitur flammante timore:  
 Audacem facit ipse pavor terrorque proteruum  
 Et mouet armatos ictu quatiente lacertos  
 Absentemque ferit rabidus quem non uidet hostem.  
 Sic solet anguis hians obsesso fonte uenenum  
 225 Fauce parare necis fatis mortalibus aptum  
 Pectore sublatus linguam uibrando trisulcam.

203 metuam B | seruo L. *Muell.*: sterno *codd.* | t(h)iestis  
*codd.* || 205 ualeuo B || 206 lanor ē B: laborem A || 207 Adque  
 B || 209 crasso (gr. B) — uestem *codd.*, *correxi*; crassam —  
 uestem *Maehly* || 210 ferus C. *Muell.*: feris B erit A || 211 dauo B ||  
 212 indutum *codd.* (e u. 210), *correxi* | nolet A | hec sarta B ||  
 213 om. A || uiolentus B *m. 1* || 215 puto *Vnica* | q; B | iuabit B  
*m. 1* || 216 subeumbē eo B; succurre *Haasius* || 217 Ictibus *scripsi*:  
 Iuctibus *codd.* | abertere B || 218 nostris B || 219 infausta B |  
 rogans A || 220 Turbidus B *m. 1* || 221 facit ipse pavor *Rothm.*:  
 om. B faciebat amor A | proterbum B: superbum A || 222  
 m=uet B | ictus q. lacerto *Haasius* || 223 rabidus *Rothm.*:  
 pauidus *codd.* | uidet] i *supra* e A | ostem B || 224 ians  
 obsesso B || 226 linguam — trisulcam *Rothm.*: lingua —  
 trisulca (-cat B) *codd.*; uibrante C. *Muell.*

Motibus his mulier melius gauisa resumpsit  
 Turpiter infames animos: redit illa uoluptas  
 Inpia, et amplexi per rustica colla pependit  
 Dulcia lasciuis defigens basia labris. 230  
 Ille uicem redhibens dabat oscula crebra per artus.  
 Dum commune nefas aequali mente fruuntur,  
 Regia puppis adest uariis ornata coronis.  
 Plus magis audaces animos de crimine sumunt:  
 Illa rapit tunicam, pastor rapit inde bipennem. 235  
 Officio stat quisque suo: celatus adulter  
 Intra claustra latet, mulier progressa parumper  
 Morte maritali tunicam subnixa ferebat.  
 Rex rate descendens tacta tellure triumphat:  
 Bellorum maculis rutilabat, sanguine pulcher, 240  
 Grandis in aspectu, pugnarum horrore decorus;  
 Qualis erat referens caelo post bella gigantum  
 Iuppiter astriferam stellata fronte coronam  
 Atque coruscales fundebat uertice flammis.  
 Pignora naturae concurrunt dulcia patri; 245  
 Itur in amplexus et reddunt oscula danti.  
 Lumina uoluebat genitor uisura iugalem,  
 Pergit et ad thalamos post publica limina portae;  
 Inpia qua reducem fallaci uoce salutat:  
 'Belliger armipotens, cultus depone minaces 250  
 Atque habitus dignare pios ut pacis amator.

227 resumpsit A || 229 Inpia et amplexi L. Muell: Inplete-  
 plecti sequente rasura B Implentem amplecti A Inplexum am-  
 plecti Schenkl Implere amplexum Haasius || 230 lascibus B  
 231 retibus B, corr. Rothm.; reddens A || 233 pupis codd.  
 uarios o. choronis B || 234 Plus B: Hinc A Post Haasius  
 discrimine A | suniunt B m. 1 || 235 rupit inde uipennem B  
 securim A || 237 Inter A || 239 rate d. tracta tellure B || 241  
 orrore B || 242 caelo referens — gygantum A | uela B || 244  
 Adque B | coruscantes Rothm. | fundebat A || 246 danti Rothm.:  
 panti B nati A || 247 post 248 poni uult L. Muell. uertens pro  
 portae scribens || 248 Pergit et A: Pertinget B | num per ?  
 249 qua scripsi: quae codd. || 251 Adque B | ut scripsi: uix B  
 uir A

En tibi uestis adest nostro contexta labore,  
 Aurea purpureo radiantur fila colore.  
 Dixit et exutum tutanti tegmine regem  
 255 Callida funereo perfundit corpus amictu;  
 Sed capiti dum quaerit iter tunicaeque fenestram,  
 Illa manum retinens armatum acciuit Egistum.  
 Erigit ille trucem dextra uibrante bipennem  
 Et ferit incautum caput inpius inpete mortis  
 260 Ac diademalem frangit cum uertice frontem  
 In partes hinc inde duas; geminantur et ictus,  
 Terque quaterque ferit; diffundit testa cerebrum.  
 Regina laudante manu rex concidit insons,  
 Saucius et tremulo quatuebat corpore terram;  
 265 Sic aper implicitus uenantum cassibus ingens,  
 Dum cupit exiliens euadere retia toruus,  
 Concutit ora ferox spumantia dentis adunci  
 Et perdit uacuos conlisis morsibus ictus.  
 Sic Asiae domitor consumtus sine cruenta:  
 270 Heu, pastoralis populauit membra securis.  
 Aspera sors hominum uel mens ignara futuri!  
 Credere quis posset, si centum flatibus acta  
 Delphica fatidicos quateret cortina recessus  
 Antra mouens tripodasque ciens et plectra fatigans,  
 275 Euersorem Asiae foderet quod cultor agelli  
 Aut desertor iners, ouium pecorumque magister?  
 En caret igne rogi, dederat qui Pergama flammis!

252 tibi (b ex u) — contesta lauore B || 254 D . . . et B |  
 tecmine B | malim exuto — rege || 257 accipit B accepit A,  
 corr. Rothm. || 258 dextram A | uib=ante uipennem B || 260  
 faucem A || 261 seminantur B || 262 testa scripsi: exta B in  
 exta A in ora Machly dextra uel diffunditur extra Haasius ||  
 263 laudate m. r. condidit B | plaudente Hagenus | manum  
 Haasius || 264 corporet B || 266 euaderet r. torbus B || 268 puto  
 uanos | elusus Rothm. elisis Schenkl | morsibus B: dentibus A ||  
 269 cruento A || 270 populabit B || 273 Del=ificatidicos B || 274  
 mobens B || 275 Euersorem Rothm.: Desertorem codd. || 276 de-  
 sector Machly | pecudumque A || 277 En L. Muell.: Et codd.



Discite felices non umquam credere fati:  
 Sunt faciles dare summa dei, tamen ante relinquunt  
 Et miseris in fine nocent aut forte repente 280  
 Destituunt poenasque petunt de sorte secunda.  
 Credere qui non uult, Priameia fata reuoluat  
 Atque Agamemnoniam uideat male credulus aulam.  
 Clade repentina premitur Pelopeia uirgo,  
 Sed tamen ultorem patris seruauit Orestem. 285  
 Quae ratis aduexit regem, quoque pignora regis  
 Resque Agamemnonias et Troica gaza reportat: 289  
 Faucibus eripiens germanum Electra parentis  
 Inposuit puppi secumque adduxit Athenis 286  
 Et bene sollicita studiis sapientibus addit. 288  
 Cuius erat nimium fidus Pylades amicus; 291  
 Iunxerat hos studium sollers et gloria linguae.  
 Velle fuit commune uiris et nolle duobus:  
 Exercebat opus iuuenes si forte palaestrae,  
 Pacatum luctamen erat; per lustra ferarum 295  
 Venandum fuerat, socios uenatus habebat;  
 Cornipedem si quisque leuem frenabat habenis,  
 Hoc similis faciebat amor; proludere telis  
 Si fuerant animi, iuxta iaciebat uterque;

278—281 habent florilegia || 279 Sunt faciles *codd.*: Felices *floril.* | sum *om. in lac. B* | relinqunt (*v supra lin.*) *B* || 280 Et miseris *floril.* (*A ex corr.*): Et miseris *codd.* | sine fine *floril.* | at *A* | forte] *r in ras. B* || 281 sorte *floril.*: morte *codd.* || 282 Adque *B* || 285 tamen *in ras. B* | sereabit *B* | horestem *A* || *uu. qui sunt in codd.* 289, 90 post 285 traieci || 289 aduexit *A*: abexit *B* | quoque *ego*: heque *B* haec quoque *A* || 290 Resque *L. Muell.*: Spesque *A* Spes *B* | agamemnias *B*, in quo post troica *rasura* || 287 abduxit *L. Muell.* | atenis *B*: athenas *A* || 288 sollicitum *codd.*, *corr. Rothm.* | sapientis *B* | num abdit ? || 291 erā *B* | pilades *codd.* | amoris *A* || 292 Iunxerat *B* || 295 Paecatam *codd.*, *sed in B prior e punctata* | ferar *B* || 297 si quis celerem *Maehly* || 298 Hunc *A* | proludere *Maehly*: pro-ducere *codd.* | tellis *B m. 1* || 299 iuxta *scripsi*: iubalenis *B* iubilans *A* iuuenis *Maehly*

300 Par bene lusus erat pueris, si calculus esset:  
 Nec uinci est quisquam metuens nec uincere feruens.  
 Sic amat atque fouet germanum Castora Pollux  
 Et paribus uotis Pollucem Castor amauit,  
 Coetibus alternis et uitae damna repensant.  
 305 Vestibus induitur Tyrii homicida et adulter  
 Et poenale caput cingit diadema coruscum.  
 Tamquam legitimus heres Agamemnonis aulam  
 (At magis heredem conuenerat esse Thyestis)  
 Intrat et orbatum per singula quaerit Orestem  
 \* \* \*  
 310 Ast ubi res Danaum defessas sentit Egistus,  
 Troianas raptare it opes (spes una manebat):  
 Has quoque cognouit regis cum pignore raptas.  
 Aestuat inpatiens, quod regni nomen inane  
 Offendit, quia perdit opes, quibus esse tyrannus  
 315 Posset et armari ferroque auroque ualeret.  
 Callida participem sceleris solatur et arte  
 Fraudis et ancipitem confirmat in arce manere:  
 Femineas ostentat opes quas sexus habebat  
 Et diademales, profert quas seruula, capsas,  
 320 Turpibus inducens pretiosa monilia membris.

300 *om. A* | Paruene *B* | lusus *Rothm.*: insus *B* nisus *Peiperus* | sic acullus *B*, *corr. Rothm.* | esset *Maehly*: es *B* ibat *Rothm.* | isset *Peiperus* || 301 Nec] *e supra lin. B* | uinci ē *ego*: cuiner (*v corr. in ec rubr.*) *B* uinci *A* | quicquam (*s supra e*) — serens *B* || 302 aque *B* | pastora *B* || 303 postlucem pastor amabit *B* || 304 Coetibus *scripsi*: Ventibus *B* Mortibus (*t supra lin.*) *A* Mentibus *Peiperus* || 305 omicida *B*, qui *u. in marg. inferiore habet* || 307 aulā *ego*: aulē *B* aulae *A* alti *L. Muell.* || 308 At *L. Muell.*: Et *codd.* | tietis *B* || 309 oruatum *B* || post 309 lacunae signa posui || 310 defessas *A*: defossa *B* defossas *Maehly* diffusas *Schenkl* | sentit *A* || 311 raptaret *codd.*, *correxi* (raptare et *L. Muell.*) || 312 reges *c. p.* castas *B* || 313 Extuat *B* || 314 Ostendit *A* || 315 auraque *A* || 316 particem *B* | solaturearte *B* solatur et alte *A*, *corr. C. Muell.* (et apte *L. Muell.*) || 317 antici-pitem *B* | arce *scripsi*: arte *codd.* || 318 quos *A* || 319 seruula *scripsi*: sarrula *B* scrinia *A* garrula *Rothm.* sedula *L. Muell.* arcula *Haasius* | gapsas *B*, unde malim gazas || 320 pretiosa munilia *B*

'His' ait 'Argolicos emimus per regna fauores  
Muneribus proceresque novos ueteresque trahemus  
In nostram transire fidem; nam principis uxor  
Cuiuscumque libet, licet extet pura pudica,  
Censibus his donata nitens placare maritum 325  
Adgreditur: praefulta suae dulcedine linguae,  
Deliciis armata suis in dulce uenenum  
Auribus adtonitis fundet blandita perite,  
Mollibus artifices iungens amplexibus artus,  
Et faciet nobis sublimes sexus amicos. 330  
Auro foeda placent, auro decorantur honesta;  
Est aurum pulcrum, sed femina pulcrum auro: 332  
Emollit Cytherea truem per praelia Martem. 333  
Crede mihi, iuuenis, de sexu femina tracto.  
Artibus his sollers animos reparauit amantis 335  
Et gratis gauisus agit muliebribus ausis:  
Sordida mens regnare cupit, dux sceptrum tenere.  
Extinctum sub fraude ducem nil tale timentem  
Coniugis insidiis, ausu pastoris iniqui, 339  
Murmure sollicito flentes haec dicta loquuntur, 341  
Dum tacito sub corde fremunt de principe, ciues: 340  
'In pia sic Lachesis Parcarum lege bipenni 342

321 pauores *codd.*, *corr. C. Muell.* || 322 tremens (v *supra* *ras.*) B || 324 exte B | pura *scripsi*: pulc(h)ra *codd.* || 325 donata *scripsi*: ornata *codd.* || 326 praefulta *scripsi*: praesum(p)ta *codd.* praestructa *Maehly* || 327 Deliciis (uel Illiciis) a. suis *scripsi*: Diuitiis (-ias B) a. meis *codd.* | en *Schenk.*: et *codd.* || 328 perite B || 331 et 332 *traiecit L. Muell.*; *habent eos floril.* || 332 decorantur (n *supra lin.*) onesta B || 331 Est aurum pulcrum *floril.*: Pulcrum est aurum *codd.* (unde Pulcra est res a. *ego olim, alii alia*) || 333 citerea B cythara A (*corr. mgo*) | tricem B || 334 feminea B || 335 repabit B || 336 agit *in ras.* B | mulieribus A || 337 Sordida — cupit *habent floril.* || 338 timente B || 339 Coniugis *ex -giis corr.* B || 340 et 341 *inter se traieci (inter utrumque lacunam statuit Maehly)* || 341 loquuntur B || 340 Dum — fremunt *scripsi*; Et (A Et B) — premunt *codd.* || 342 sillacensis B si lachesis A — bipennis A uipennis B, *corr. Haasius*

Censuerat regem tam turpi morte perire?  
Atque utinam iuuenem per bella feriret Amazo  
345 Penthesilea fremens, quam uix euasit Achilles,  
Et non infami prostratus morte periret  
Crimine cum gentis Danaum, cum clade suorum  
Nec pede tractus humo iacisset ab arce remotus,  
Cuius honore carens tumulatur nocte cadauer.  
350 Dic mihi, Musa, precor, qua re materna nouerca  
Quaerere neclexit pueros et tradere captos  
Patris in occasus? Dorylas libertus Atridis  
Et pueri nutritor erat fugientis Orestis.  
Consilium mendax sollerti pectore sumsit  
355 Fingere quod pelagus rabidum demersit Atridas  
Fluctibus aequoreis, qui stans in litore dixit:  
'Di maris et terrae, pietas et origo polorum,  
Naturae caelestis amor, mendacibus ausis  
Vos, precor, annuite et fallacia uota iuuate:  
360 Credar et aduertar mendax adsertor honestus.  
Tollere nam insontes cupio de sorte paterna,  
Quam mater pellenda parat uel uiricus hostis.  
Dixit et undiuagis uestitus fluctibus intrat

343 Censuera — periret B || 344 *ex B dedi, qui mialenē per uella periret habet, quod Rothm. correxit*: illum bellatrix utinam strauisset amazon A || 345 Pentes. *codd.* | furens L. Muell. | quam uix Haasius: quauis *codd.* | Achilles Maehly: atrides *codd.* || 346 infanda — perisset A || 347 clade A: clamide B || 348 Nec Rothm.: Et *codd.* | perdetractus B, *corr. Rothm.*; detractus A | humi Maehly || 349 cadens — cadauer B (tumul. *habent codd.*) || 350 quā B | re C. Muell.: spe *codd.* || 351 negl. A || 352 ocase A || dorilas A dodilas B | linertus B | atridae A || 353 horestis *codd.* || 355 Finge B | raudus B, *corr. Rothm.*; rapidum A | demserit atridis B || 356 littore *codd.* | dixit A: d B || 357 Dii *codd.* | populorum B, *corr. Rothm.*; bonorum A || 359 annū B | et *add. Haasius: om. codd.* | iubate B || 360 honestus Hagenus: honestis B horestis A Orestis uulgo || 361 insortes B || 362 pellenda *ego*: plenda B non flenda A plectenda Maehly penitenda L. Muell. | biticus B || 363 Dixit et A: Det B | undiuagis B

Et mare caeruleo tumide spumantibus undis  
 Mersus ad usque caput tunc litora sicca petiuit. 365  
 Turbidus haec plangens funesta cucurrit ad urbem  
 Et querula sic uoce boat: 'pro Iuppiter, hostis  
 Sic placet ulcisci Troes uel perdere Graios?  
 Pro Phrygibus pelagus saeuit, mare uindice Troiae.  
 Quid pueri gessere nefas, quid mollior aetas 370  
 Gessit in Iliacis bellorum tempore campis,  
 Ne fuga sit miseris optata per aequora uectis?  
 Vidi ego mergentem fluctu sorbente carinam,  
 In qua uectus eram comes et nutritor Atridum, 375  
 De qua solus inops euasi remige planta.  
 Esto Clytaemestra inmitis, crudelis Egistus:  
 Saeuior unda maris, quae nec post bella pepercit  
 Pignoribus Danaum! felix iam Troia uocanda!  
 Diceret haec cum uoce pia, raptatus ad aulam  
 Muneribus cumulatur opum, quod gaudia ferret 380  
 Mentibus incertis. nam mox regina proterua  
 Inperat acciri populos (uenerere coacti)  
 Aedibus in mediisque est sic exorsa profari:

364 om. A | ceruleum B, corr. Rothm. (hoc seruato In mare  
 Maehly) || 365 littora A littore B, qui et petebit (i supra alt.  
 e) || 366 om. A | Turbidus B m. 1; conicias Vmidus | funestam  
 currit B, correxi (funesta accurrit Maehly) | irbem B | 367 uocat  
 B, corr. C. Muell.; uocat A | estis (mgo hostis) A || 368 uel  
 Peiperus: et codd. sic C. Muell. || 369 frigibus B | saeuit pela-  
 gus A || 370 pueri om. A in lac. || 371 iliacos bellorum (b ex u)  
 t. campos B || 372 Nec codd., corr. Rothm. | sopita L. Muell. ||  
 373 Du (ū corr.) uidi ego B | mergentes codd., corr. C. Muell.  
 (mergendam Rothm.) | fluctus orrente B | carinā A || 374 nectus  
 eram come= s B, in quo nutrit add. rubr. | atridas A || 375  
 inops B || 376 Esto Maehly: iusta codd. | elitemmestra (r supra  
 lin.) B | inmitis Maehly: tremitis B mitis A, tristis Schenkl  
 (Frustra Cl. tremitis uel Sistē Cl. tremitus L. Muell.) || 377 bella  
 C. Muell.: uela codd. || 379 malim raptatur || 381 incestis codd.,  
 corr. Peiperus || 382 acciri A: citu (lac. ante e) B || 383 mediisq.  
 ē scripsi: mediis quae codd. (quis L. Muell.) | extorsa B (est  
 orsa Peiperus) | profatur A

Eximii proceres Danaum populique pusilli,  
 385 Quos Agamemnonii per ferrea lustra triumphii  
 Non mersere neci, sed adhuc superatis inanes  
 Visceribus uacuis, exhausti sanguine fuso:  
 Quod uos sic minuit saeuus Bellona duellis,  
 Regis culpa fuit, qui exhausit ciuibus urbem,  
 390 Conis uiduare nurus, orbare parentes  
 Et natos spoliare rudes pietate paterna.  
 Inde ferox percussus obit sub morte securis  
 Atque sua proles iacuit modo uindice fluctu.  
 Spondeo iam requiem placidam, sperate quietem:  
 395 Otia pacis erunt, nullum nocturna cubantem  
 Classica sollicitant, nullas tuba uerberat aures:  
 Temporibus licitis blandos decerpente somnos.  
 Aspera tela uacant: curuentur falcibus enses,  
 Ossibus et neruis et flexis cornibus arcus  
 400 Ad solas aptate feras celeresque uolucres.  
 Deliciis epulisque bonis refouete senectam,  
 Pignora natorum dulces nutritre nepotes.  
 Unica mors restat morbis finire salutem:  
 Tramite naturae finem labentibus annis  
 405 Iam sperare licet uel praeter uulnera ferri  
 Corporis exitium; fas est sperare sepulchra  
 Ordine legitimo, flammis sperare rogales,

385 agamemnonin perferre B || 386 necis sed aduc super-  
 tis B (unde superestis Haasius) || 387 exhausti B || 388 sic mi-  
 nuit uos A | uellona B || 389 quē exausit ciuibus (ui supra  
 lin.) B; malim qui ciuibus exuit || 390 To nisus B Tot nixus A,  
 corr. Rothm. | oruare B || 391 rudes A: ciues B (unde cibus  
 Rothm.) || Atque sua L. Muell.: Quae sua B Quo sua cum A |  
 fluctum B || 395 cubante B || 396 sollicitent A | nullas tuba  
 uerberet A nulla stipula uerat B, unde uerberat commendari  
 uidit Rothm. || 397 recerpente B decerpere A || 398 uacant A |  
 ensens B || 399 et flexis Haasius: deflexis A deflexos B || 400  
 agitate A | scelerisque B || 402 nutritae B | 403 finire] alt. i in  
 ras. B | senectam A || 405 uel L. Muell.: et codd. (qui praeter  
 habent)

Et tumulum sibi quisque paret post busta perennem.  
 Germinis ille sui crudelis et impius hostis  
 Rex Agamemnon erat, patriae dominator amarus: 410  
 Cuius Egistus erit memem profitente maritum.  
 Dixerat et cunctos decedere iussit ab aula  
 Ac domibus remeare suis. sed uilis adulter  
 Nesciis atque rudis regnorum frena tenere  
 Ipse sibi genium fastu facit: ore minaci 415  
 Asper erat famulis; regalibus aduena seruis  
 Imperium non mite dabat, quibus ipse profecto  
 Si famularetur, crimen sibi turpe putarent.  
 Sceptra triumphorum data sub pastore tyranno  
 Pro pretio scelerum, mercedem sanguinis ostrum, 420  
 Matronale nefas, uxorem dedecus aulae  
 Quis, rogo, non generet? tamen hos formido iubebat  
 Infami parere bonos: timuere bubuleum  
 Acrius, Hectoreos qui non timuere furores.  
 \* \* \*  
 Ius Agamemnonium: fuerat post Pergama capta 425  
 Verbero plectibilis comes armipotentis Achillis.  
 Occidit regem Tamyris regina Getarum,  
 Sed nil turpe gerens uindex fuit illa suorum;  
 Si fecit Medea nefas, flammata dolore  
 Dulcis amoris erat, cum regia tecta cremabat 430

408 perhennem B || 409 impius heres A || 410 agamemnon — patri B || 411 Cuius A | memem Rothm.: me codd. | proficiente A (sic) || 412 cunctos] eun in ras. B | decedere ego: descendere A discedere B || 414 adque B || 415 Ipsa A || 416 serbis (v supra b) B || 418 sibi A: siue B | uile A | putaret C. Muell. || 419 triumphorum B || 420 mercede B | ostrum B: hostem A || 423 bono (ex uono corr. B) codd., corr. Rothm. | subuleum B || 424 ectoreos B || post 424 lacunam statuit Schenkl (itidem post 426) | fuerat] fuerat Maehly || 426 Verbere A | plectibilis B | acillis B achilli A; puto Atridis || 427—452 post 271 traiecit L. Muell. || 427 Possedit regnum codd., corr. Maehly; an Medum? | tamyris codd. || 428 suor B || 429 Sic A || 430 cremaret A

Incolumi uiduata uiro de paelice Glauce;  
 Inpia Lemniades sumserunt arma puellae  
 Atque maritali foedarunt sanguine lectos,  
 Sed Veneris furor acer erat facinusque nefandum,  
 435 Quod Scythicae gessere nurus: in crimine tanto  
 Barbara turba fuit. nam tu, regina Pelasgum,  
 Graecia quam genuit legum fecunda creatrix,  
 Clara Mycenaei coniunx et uindicis uxor  
 Crimen adulterii geminasti caede mariti.  
 440 Alcestis meminisse subit, quae morte maritum  
 Manibus eripuit, pia coniugis, inpia de se.  
 Quid loquar Euhadnen Thebanis ignibus ustam  
 Et post fata uiro flamma crepitante sodalem,  
 Inpia quam pietas, affectus dulcis amaram  
 445 Iussit auere necem, quae contra uulnera luctus  
 Fortior igne fuit, crudelibus usa medellis  
 Et simul ad manes in puluere coniugis iuit?  
 Pertulit urna duos, funus quos iunxit amantes.  
 Conubium felix! exemplum grande pudoris!  
 450 Inpia sacrilego nupsit post fata marito:  
 Pronuba flamma fuit, thalami rogos et pyra lectus.  
 Quid sit honestus amor, multae docuere puellae!  
 Dum regnaret iners Parcarum crimine pastor

431 Incolomi B | pelice B pellice A | glauce B || 433 Ad- que B | fedarunt codd. | lectus A || 434 veneris B || 435 Quos qui tice B || 436 tu A: tum B | pelascum B || 437 ceatrix B || 438 micenei coniux B || 439 adulteri B | seminasti B (recte A) || 440 subit scripsi: fuit codd. iuuat Maehly fugit A. Maius || 442 euuaden B euadnen A | tebanis B || 443 uiror B, corr. Rothm.; uiri A | crepidante B | sodalem Rothm.: redalem B nealcan A || 444 quam C. Muell.: cum codd. | amara B || 445 auere Rossbergius: habere codd. || 446 Fortiortior B | usa A: a B | medelis A || 447 in] cum Maehly | ibit B || 449 Coniuuium (ui supra lin.) B, corr. L. Muell.; Coniugium A || 450 En pia L. Muell. || 451 Pronuba (b ex u) — thalami B | pira codd. || 452 (post 439 traiecit Schenkl) habent florilegia, in quibus didicere || 453 iners A: inheret B | crimina codd., corr. C. Muell.



Et simul illiciti sese fruere amoribus  
 Annorum septem spatiis et mensibus octo, 455  
 Ibat alumna manus tumulis regalibus omnis  
 Noctibus in mediis flens per haec tempora regem.  
 Anxia quae gemitum tremulis ululatibus usa  
 Temperie moderante premit terrente pauore.  
 Tunc ibi libertus sollers nutritor Orestis 460  
 Euomit in gemitus uoces et uerba doloris:  
 'Optime rex quondam, sed nunc miserabilis umbra,  
 Prosperitas cui scaeva fuit, uictoria crimen  
 Intulit et mortem peperit post bella triumphus,  
 Cuius adoratus constat per templa precantis 465  
 Iratos audisse deos, flammata negabant  
 Numina prouentus: Danaos si uincere rectum est,  
 Si gremio Paridis remans est rapta Lacaena,  
 Nonne laborastis, Helenam ne pastor haberet?  
 Ecce, tuam nunc pastor habet! si transitus est mors, 470  
 Si sensus post fata manent, post membra soluta  
 Si remanent animae, si stat post fata superstes  
 Spiritus, exaudi lacrimas fletusque tuorum!  
 Rumpere solum, findatur humus telluris hiatu,  
 Nixus et armatus subito furialibus umbris 475

454 illiciti sese — amoribus A: illicitis ēē (= esse) — amoribus B (inlicito *Maehly* amore C. *Muell.*; latet aliquid in sesse) || 455 post 453 ponendum puto | spatiis B || 457 fluens B | per haec tempora regem B: tempora perdita regum A haec per temp. C. *Muell.* || 458 gemitum et B gemitu et A; et *deleuit Rothm.* || 459 tremis *codd.*, corr. *Rothm.* | pauorem B || 462 miserabilis B m. 1 || 463 scaeva *scripsi*: s(a)eva *codd.* | crimen num cladem? || 464 uela triumphis B || 465 presentis B || 466 flammata *scripsi*: placata *codd.* placitosque *Schenkl.*; cf. u. 104 || 467 rectum est A: tecta B certum *Peiperus* || 468 pauidis B | remans *scripsi*: remans B remanens A | est rapta *Peiperus*: et rapta B erepta A || 469 laboratis B | elenam B; aliam *Rothm.* | pastorali haberet B || 471 census — salutem B || 472 malim si fiat post busta superstes || 473 fletusque A: fluctusque B (luctusque C. *Muell.*) || 474 unus — iatur B || 475 furialibus B

Surge, uelut quondam tumulo surrexit Achilles:  
 Exige subplicium de coniuge, soluat adulter  
 Tot poenas quot membra gerit, morieris inultus,  
 Et pastor tua regna tenet? post busta seueri  
 480 Exegit mortem de uirgine Thessalus heros.  
 Moribus innocuis tu dux impune relinques  
 Tot scelerum auctores uictoria regna tenere?  
 Di, regitis quicumque chaos crudele barathri,  
 Rumpite tartareas proscisso gurgite fauces,  
 485 Mittite uirgineas funesta in tecta cerastas!  
 Ne dubitate: truces uenient ad regna Thyestis,  
 Notum iter inuenient, sua per uestigia current.  
 Non estis Furiae, si quaeritis ante rogari  
 Ad quodcumque nefas, si non et sponte nocetis.  
 490 Sed dubito quia iusta peto; tamen oro cruenta.  
 Spes mihi maior adest: Thebis uicina petuntur  
 Moenia tartareis quondam sacrata tenebris  
 Et claro priuata die sub luce diurna.  
 Ergo precor, cum iusta truces sententia mortis  
 495 Participes scelerum percusserit ense seuero,  
 Vos Acheronteis tortoribus addite flammis

476 surrexit A | acillis B achillis A, corr. *Maehly* || 477 suppl. A || 478 quod B || 479 sebere B || 480 tessalus (prior s. supra lin.) B | eros B heres A || 481 relinques B || 482 actores A | teneret B || 483 Dii *codd.* | geritis *codd.*, corr. *Maehly* | caos B | baratri *codd.* || 484 Rumpite (ū corr.) thartareas B | proscisso B, corr. C. *Muell.*; proscisso A proscisso L. *Muell.* | gurgite *scripsi*: gutture *codd.* || 485 uirgineas *Peiperus* || 486—493 sic collocauerim: 490, 488 sq., 491—493, 486 sq. || 486 dubitate? (b ex u) B | truces *Peiperus* | uenient a. r. testis B || 488 fueris B m. 1 || 489 non et sponte nocetis *scripsi* (cf. *Drac.* X 457): non licet sponte potestis B non nisi sponte uenitis A non fit sp. potestas *Rothm.* non hoc et sp. petetis? L. *Muell.* || 490 oro cruenta B || 491 theus B | puto petentur: *precis impetrandae maior fiducia inde oritur quod eundem est Furiis in Thebarum ex Oedipodis sceleribus bene notarum* (cf. *Drac.* l. l. 449 sq.) uiciniam et ipsam non incognitam || 494 malim Parua precor: cum eqs.; fit enim gradatio || 495 tense B || 496 acheronteis B | flammis *codd.*

Et Furiis augete malum mortale uenenum,  
 Torqueat auctores scelerum crudelis Enyo:  
 Non sat erunt quaecumque reis tormenta paratis.  
 Dixit; et ex imo gemuit uox missa sepulchro: 500  
 'Parcite funesto mentem uexare dolore  
 Meque piis onerare malis: releuare sepultum  
 Debuerat famularis amor, quem pessima coniunx  
 Criminibus succensa suis et amore pudendo  
 Vel fama prostante sua muliebribus armis 505  
 Extinxit, cui uictor eram regressus ab hoste  
 Erro decennalis fraternique ultor amoris,  
 Ultor adulterii, quem fudit adultera coniunx,  
 Nec timuit foedare domum, maculare penates  
 Impete mortifero subita cum fraude profana. 510  
 Nam nec inultus ero, ueniet his poena cruenta.  
 Sed ne plura loquar, uera est Cassandra locuta:  
 Credite Cassandrae, uerax Cassandra sacerdos.  
 Dixit, et abscedunt omnes linquendo sepulchrum.  
 Illa nocte tamen uolitans Agamemnonis umbra 515  
 Venit Athenacis mox sedibus (altus Orestes  
 Illic quippe fuit, cum quo Pylades amicus:  
 Flatibus alternis perfians commercia somni  
 Lassus uterque fuit, concussus amore palaestrae);  
 Et stetit ante toros ambobus uisus Atrides 520  
 In somnis, non qualis erat post bella triumphans,

497 furis B m. 1 | malum ferale perenne L. Muell. || 498  
 actores A | enio codd. || 499 erū — parentis B (unde parentur,  
 i. e. parabuntur, conicias) || 500 gemuit B gemitu A || 501  
 labore (do supra la) A || 502 sepulchrum codd., corr. Rothm. ||  
 505 prostrante codd., corr. Machly || 507 Erro scripsi: Credo  
 codd. (Retro Machly Praedo Rossbergius) | decennalis A || 508 ad-  
 ulterii — adulter coniunx B || 509 fedare codd. | penates A:  
 pente B; an repente ? || 510 cum A: tunc B || 511 om. A || 512  
 loquor B m. 1 || 514 absedunt A | liquendo B || 516 atheneis  
 codd. | alter horestes A || 517 pilades codd. (ut et infra) || 518  
 comertia A || 519 puto more || 520 Exiit Rothm. Vt stetit  
 Rossb. | thoros ambibus B || 521 uela B

Sed qualis cecidit percussa fronte bipenni,  
 Tristis iners tremulus, gemitu suspiria rumpens,  
 Pallida puniceo perfundens ora cruore  
 525 Et tremulas languore manus, ceruice uaganti  
 Ac pede uincla trahens quibus est abstractus ab aula.  
 'Non pudet, o iuuenes', dixit, 'pubentibus annis  
 Vestitos sub flore genas lanugine crisper,  
 Grandibus instructos stadiis et fortibus armis,  
 530 Quod pastor mea regna tenet promotus in arcem  
 Sanguinea mercede? cluat sub crimine inulto  
 Laetus et indomitus, tumida ceruice supinus,  
 Gaudeat infamis uos iam (nam fama) perisse?  
 Set peto Cecropidas uindictam sospite nato,  
 535 Incolomi Pylade suo. Patroclus Achillen,  
 Thesea Pirithous non sic expertus amauit.  
 Armati gladios in bella domestica ferte  
 Atque adfines nefas cognato abscondite ferro:  
 Nullum crimen erit matrem punisse nocentem;  
 540 Morte maritali sceleratam iure necabis.  
 Natus amore pio flammatus morte paterna  
 Vindicet ut patrem quo matrem strauerit ictu,  
 Crimina purgabit matris de tempore prisco.

522 uipenni B m. 1 || 523 puto trepidus || 524 ante 523  
 ponendum puto | Pallea B | perfundens scripsi: perfunderat B  
 perfunderat A perfusus et Machly || 525 post 526 habet A | puto  
 tremulus | languore A || 526 abstractus B || 527 pudentibus B ||  
 528 Vestita codd., corr. Rothm. | gena A || 529 Gradibus B ||  
 530 Quod — tenet L. Muell.: Vt — notet codd. | arce codd.,  
 corr. Rothm. || 531 luat A | inulto scripsi: multo codd. || 533  
 Gaudeat scripsi: Plaudeat B Plaudat A Haud eat Rothm.  
 Prodeat Schenkl. Plaudat et A. Maius | nam scripsi: non  
 codd. | perissem B || 534 S; peto scripsi: Si peto B Spero A |  
 cecropidas B || 535 Incolomi B | acillen B achillem A || 536  
 Tesera pirithous B perithous A | amabit B || 537 gladio A |  
 uella B || 538 Adque B | ascendite codd., corr. L. Muell. (excind.  
 Rothm.) || 539 habent floril. (punire) || 541 paterne B || 542 quo  
 m. s. ictu L. Muell.: qui m. s. ictam B m. s. ictam (om. qui) A

Nam patrem docet esse suum qui uindicat armis:  
 Dignus adulterii uindex, pius ultor es heres 545  
 Noster, amor Danaum. sunt omina laeua deorum.  
 Ite pares animis: uobiscum uernula turba  
 Sentiet, irati potius quod tardius istis.  
 Ore fremunt famuli, qui carpere dentibus optant  
 Corpus Egisteum uel uiuae tradere flammis 550  
 Coniugis infandae crudelia membra cremanda.  
 Dixerat haec, gemitus somni rupere quietem.  
 Mox Agamemnonia proles instructa sodali  
 Dum narrare parat, sua somnia noscit ab ipso  
 Ae stupet adtonitus, quae tanta potentia patris 555  
 Tempore sidereo mentes monuisse duorum.  
 'Dic mihi, frater', ait, 'dic iam modo quid sit agendum.  
 Pectora cor sensus animum praecordia mentem  
 Conturbat pietas dolor angina maeror origo  
 Affectus natura pudor reuerentia fama. 560  
 Transigo funereum materna in uiscera ferrum?  
 Viscera, lucis iter uel magni ianua mundi,  
 Quae perpessa diu bis quino mense per athla  
 Conceptus portare meos stimulante dolore, 563  
 Semina naturae, blandae primordia uitae!  
 Ast ubi sortitus nascendi iura peregi, 566

544 *habent floril.* (Hic — iudicat) | suum] sicū B | qui  
*scripsi*: quem *codd.* || 545 ultores theres B, *correci*; ultor et  
 heres A || 546 danais B | omina laeua L. *Muell.*: odia s(a)euā  
*codd.* || 547 turba B | 548 Sentient B, *corr.* L. *Muell.*; Saeuiet  
 A | quo t. itis A || 549 *puto* Corde *coll. u.* 340 || 550 uiuae  
*scripsi*: uiuum *codd.* uiua C. *Muell.* || 551 infandae B: infraude  
 A | ore manca B || 553 agamemnonia B || 554 ab illo A || 555  
 adtonib; B | q; B: quod A | potentia B || 556 *puto* monuisset  
 eorum || 559 angina *scripsi* (*coll. Tertull. anim.* 48): anxia *codd.*  
 angor *Maehly* || 560 famae *Zingerleius* || 565 *post* 561 *traiecit*  
*Maehly* || 562 perpessa *scripsi*: perpēda B perpēdo A | bis  
 quino mense L. *Muell.*: uie qui nomen se B uix primo mense  
 A | per athla *scripsi*: pericla B periclo A peracto *Maehly* ||  
 563 portasse A | mei *Peiperus* | stimulante B

Flumine pectoreo dedit ubera lactea labris  
 Dulcia nectareo fundentia mella sapore:  
 Fit nutrix quae mater erat, regina ministra,  
 570 Exhibet affectus patrios ignara soporis.  
 Haec pater, haec mihi mater erat pugnante parente,  
 Donec ab undecimis aetas exemerat annis.  
 Inmemor existam tantorum in matre bonorum  
 An pater extinctus per me remanebit inultus?  
 575 Facta luat pastor solusque superstite matre  
 Conruat: hoc patrios manes satiabo cruore.  
 Poena sit haec matri, ut prostrato uiuat Egisto:  
 Ante oculos recidissee suos muliereula tristes  
 Aspiciat moechum, quae gaudens uidit Atriden.  
 580 Dixerat haec dubius, sed non cunctator amicus  
 Dentibus infrendens suspiria traxit ab imo  
 Pectore longa ferox et sic aggressus Orestem  
 Increpat: 'sic sensus iners tua corda tepeseit,  
 Ut facienda putes quae nec dicenda fuissent?  
 585 Dicere grande nefas, scelus est audire nefandum:  
 Imus ad Argolicas ueniam donare Mycenae  
 Criminibus matris, mage sit quae dignior aura!  
 A scelus indignum, poenis ferienda duorum!  
 Quaeso caue, iuuenis, Danaum praescripta dolentum,  
 590 Ne, iugulatricem patris dum uiuere censes,

567 pectoreo B: perpetuo A || 568 nectareo — sapore  
*scripsi*: neciareum — saporem B nectareum (i *supra* um) —  
 saporis A || 571 mihi] *sic codd.* | parentē B || 572 aetas *scripsi*:  
 mea etas B aetas me A me aetas *uulgo* | exemerat *Haasius*:  
 eximeret B duceret A || 573 uonos B || 575 solusque B: solus A |  
 matrem B || 576 hoc *scripsi*: et *codd.* (*quo seruato* satiato  
*Maehly*) | saciabor B || 578 recidissee *scripsi*: recidente *codd.* ||  
 579 mecum B | qui A | gaudens A: garrula B | atridem A ||  
 580 diuius B | cunctatur A (cunctanter L. *Muell.*) || 582 ag-  
 gressos B || 583 si A | sub corde L. *Muell.* || 585 est om. A |  
 audibe B audiri A, *corr.* C. *Muell.* || 586 micenas B || 587  
 mageitque d. ora B magis est quae d. hora A, *correci* (mage  
 dic quae d. Orco *ego olim* mage sit quae d. oro *Schenkl*) ||  
 588 Ad A || 590 uiuere A: uidere B

Credaris non esse suus. non iure parentis  
 Umbra, soporatum quae te conuenit Athenis,  
 Occurret per mille uias? per limina portae  
 Obsidet et tremulis haec uocibus astra lacessens  
 Inuehitur: "sic, nate, paras defendere patrem,  
 Sic decet extincti genitoris fata dolere,  
 Sic dabis inferias nostris tu manibus ultor?  
 Vitricus optabit tali se morte perire,  
 Ut sit quae post membra rei crudelibus umbris  
 Ingerat inferias animam parentis Orestis:  
 Victima seruaris, fuerit nisi uictima mater."  
 Quid facias genitore tuo tibi maesta loquente?  
 Parcitur infestis: pius es pietate repulsa,  
 Ad tumulum patris fundantur membra reorum!  
 Surge iuuentutis melior spes indole regni,  
 Excitet ingenium uirtus et gloria mentem,  
 Armentur pietate manus, crudelior ensis  
 Truncet in extremo gemitu fera colla duorum.  
 Ibo libens comes ipse tuus per tela, per ignes  
 Nec metuam quemquam. nostri sunt patris alumni;  
 Sed dabo consilium sollers inmane salubre:  
 Explorator eam tacitaque hos uoce monebo  
 Aduentus sperare tuos. quae turba ministra  
 Credula dum fuerit, nobis mox corde fauebunt

592 soporat B, corr. Maehly; soporati A | atenis B || 594  
 Obsidete tremulis B Obsidet tremulis A, corr. Rothm. | la-  
 cessent B || 595 Inuenitur B, corr. Rothm.; Immeritum A nate B ||  
 596 g. f. d.] fata genitoris adepti A || 598 Vitricus B || 599  
 puto crudelior || 601 Victimam et uaris B || 602 tam maesta  
 Maehly; puto tibi iusta | loquentē B || 603 infaustis codd., correxi |  
 es C. Muell.: est A an B (quo seruato repulsa es? Rothm.) || 604  
 fundentur B | expecto m. duorum || 605 melior, spes indue regni  
 Rothm. || 608 gemitus feracula B semifera colla A, corr. Rothm. |  
 hic malim reorum || 609 Idboldibens (utraque d punctata) B ||  
 610 Nec A: Hanec B (Haut Rothm.) | uestri B || 612 tacita  
 (-tā B) quos codd., corr. Maehly || 613 turba minis B || 614 faue-  
 bunt Rothm.: frugerunt B ferentur A

615 Ae pro te rapiunt gladios: sic tutius itur?  
 Talibus adloquis accensus felle doloris  
 Erigitur iuuenale fremens: mortale minatus  
 Dentibus inlisis frangebat murmura motus  
 Et, quasi adulterium caperet pastoris Egisti  
 620 Matris in amplexus infamia membra ligantis,  
 Percutit absentes nullo moriente reorum:  
 Qualiter infremuit post somnia Pyrrhus Achilles,  
 Quae sensus monuere suos sub nocte sopora  
 Aeacide stimulante truci, cum posceret heros  
 625 Virginis inferias in Pergama saeuior umbra.  
 Ergo ubi consilium placuit Pyladis Oresti,  
 Tenuibus armantur solis mucronibus; usi  
 Callibus occultis, qua semita ducit euntes,  
 Ibant obscuro quaerentes ausa latere,  
 630 Donec in infames iugulos uindicta ueniret.  
 Sic Diomedeos gressus comitatus Vlives  
 Dardana nocturnus peteret cum castra uiator,  
 Sollicitum carpebat iter, non indice cornu  
 Classica bellisonis quatiens clangoribus aeris,  
 635 Sed pede suspensio tacitus sine flatibus oris  
 Ibat ab Argolicis progressus puppibus audax  
 Fortior Oenides, sollers Laertius heros:  
 Sic et Athenaei iuuenes petiere Mycenae.

615 rapiunt B | tutius C. Muell.: totius B ocuis A || 616  
 adloquis B || 617 iuuenile A | mortale scripsi (cf. 324): morte B  
 mortemque A || 618 inlisis B illesis A, corr. Maehly (qui et  
 frendeabat) | murmure A | motus (i. e. irae) scripsi: morsus codd. ||  
 620 ligantis Maehly: ligaret codd. (cum inf. m. ligaret Schenkl) ||  
 621 Perculit C. Muell. | eorum B || 622 pirrus B || 623 sub  
 Rossbergius: cum codd. || 624 Aeacide codd. | cum posc. B:  
 depose. A || 625 inferia B || 626 Sic ubi A | pyladis codd. || 627  
 Tenuibus scripsi: Mentibus codd. sine sensu | uulgo mucronibus  
 usi coniungunt || 629 obscuro q. causa B || 634 aeris L. Muell.:  
 auras codd. || 635 Sed C. Muell.: Si codd. || 637 inides s.  
 lertius B || 638 et Athenaei iuuenes Rothm.: aetate neiuenes B  
 tacite iuuenes ambo A | micenas B



Qui dum iter inceptum peragunt, nutritor Orestis  
 Apparet Dorylas sibi iam trepidantibus illis: 640  
 'Vnde uenitis', ait, 'iuuenes, quiae estis, amici,  
 Quoue tenetis iter?' qui nullis uocibus usi  
 Dum transire parant, Dorylas cognouit Orestem,  
 Cuius in amplexum per dulcia colla ruebat  
 'Viuis alumne?' sonans; 'quia uiuis, uiuimus omnes. 645  
 Cessimus insidiis, dum luxuriatur adulter,  
 Deliciis fruitur, polluta matre potitus  
 Templata triumphorum, regalia tecta potentum,  
 Et delubra deum uel puluina regum  
 Crimine prostituens gaudet fecisse lupanar. 650  
 Nos tamen ad tumulum magni genitoris euntes  
 Plangimus adsidue; cuius promissa tenemus,  
 Quamuis Cassandrae fuerint responsa priora,  
 Quod superest cita poena reis. properate, sodales,  
 Indole Cecropia: nobis diuina fauebunt; 655  
 Regia familia scelus hoc punire precantur.  
 Ne dubitate, uiri, uestras accendere mentes  
 Et capulis armare manus et stringere ferrum:  
 Hunc stimulet pietatis amor, te foedus amici,  
 Hinc dolor exurgat, hinc famae pulchra cupido. 660  
 Nec labor ullus erit mulierem sternere turpem;  
 Rustica praeterea quae sit mora frangere membra?'  
 Dixerat haec senior, spes hinc accendit amicos  
 Accelerare gradus: prope iam non esse Mycenae  
 Quisque dolent iuuenes; et percitus inquit Orestes 665

639 inceptum A: coeptum B || 640 doloiras B dorilas A | sibi iam scripsi: sibi B subito A || 643 dorilas codd. || 644 amplexu B || 646 luxuriatur B || 648 triumphorum B || 649 deum Maehly: ducum codd. | puluina B || 653 fuerit B || 654 cito codd., corr. C. Muell. || 655 fauebant A || 656 Regales famuli A || 657 dubit. ex duuit. B || 658 et string. A: astring. B || 663 hinc scripsi: haec codd. aequa L. Muell. | amicus B || 664, 65 om. A || 665 Quidque dolentia lenes B, corr. Rothm., qui et Quippe (an Vsque?) | et percitus scripsi: sed pergimus B pergamus Maehly et pergens Schenkl | inquit B

'Adceleremus iter'. subicit Pylades et inquit  
 'Ito prior, senior; non festinare necesse est;  
 Audiatur haec seruilis amor secretus in aurem  
 Et subito speret nos quarta luce uenire.'  
 670 Dixit; et abscedens senior praecessit ad urbem:  
 Gaudia dant gressus celeres, quos denegat aetas.  
 Iamque iter emensum: fessus peruenit ad arces,  
 Indicat occulte paucis, quia uiuit Orestes  
 Et uenturus erit uindex sub luce futura  
 675 Sanguinis auctoris; monitique urgentius omnes,  
 Ut taceant furtimque ferant cuiusque ministro:  
 Cunctis nosse licet, solis rescire negatur  
 Complicibus scelerum, ne se subducere possent  
 Aut armis conferre manum, defendere uitam.  
 680 Aduentum ad domini retinet pars uernula portas,  
 Altera pars aedes, pars obsidet altera muros.  
 Reddidit interea rutilum post astra refundens  
 Depositum natura diem, stridentibus undis  
 Sol micat et melior compensat damna Thyestis.  
 685 Viderat Atrides muros, quos liquerat infans,  
 Et memor illorum dextram cum uoce tetendit:  
 'Salue, prisca domus, patriae saluete Mycenae,  
 Execranda prius, sed post ueneranda manebis,  
 Sanguine si matris cineres satiabo paternos.  
 690 Sentiet umbra potens ultam se uindice nato,

666 Acceleremus A: Adceleramus B | subicit A | pilateset inquit B ('at' inquit Haasius) || 667 non scripsi: nos codd. (B supra lin.) uos Haasius || 668 serbilis B || 671 habent florilegia | dent g. celeris B || 672 emensum B (emensus C. Muell.) | ad arces (in ras.) B: uterque A || 675 moniti surgentibus B monitis urgentibus A, correxi || 676 circumque A || 677 rescire scripsi: hoc nescire B (hoc e glossa) hoc scire A nam scire Rothm. sed scire Schenkl || 678 possint A || 680 ad om. A | pars retinet A | portus codd., corr. Rothm. || 682 rustilum B || 684 migans (e supra g) — thyestis B || 685 arides — liquerat B || 686 Set. — dextrum B || 687 salue micent B || 689 saciabo codd.; num satiabo?

Quando percussam funebri uiderit ictu  
 Vxorem, Eriphylen uelut auguris Amphiarai.  
 Dixerat et trepidus muros circum inspicit hospes;  
 Qua meminit, carpebat iter comitatus amico.  
 Postquam introgressum cognoscit turba ministra 695  
 Os Agamemnonium gressus oculosque manusque,  
 Affectu gaudente fremunt sine uocibus oris.  
 'Iam portae claudantur', ait Pylades Orestis.  
 Claustra ligant aditus, crepuerunt classica martis.  
 Securi stipuere rei, terretur Egistus: 700  
 'Non ego promisi Danaïs per saecula quietem?  
 Nullus ad Argolicos moueat qui bella remansit  
 Hectore consumto, Troia pereunte sub armis.'  
 Dicebat regina furens irata ministris:  
 'Vindico, sic uiuam mecumque senescat Egistus.' 705  
 Talia dum loquitur quasi uindex saeua minata,  
 Vna puellarum male concita currit anhelans;  
 'Venit Orestes', ait, sed statim credita non est.  
 Dum dubitant somnumque putant et uana locutam,  
 Apparet uiolentus atrox Pylades in aula, 710  
 Qualis in hoste fuit trux inreuocabilis Ajax,  
 Hectora cum peteret clipeo septemplici tectus;  
 Ore fremens et fronte minax mucrone coruscus

691 sq. Quando erifile (eriphilem A) percussam uulneris ictu Viderit uxorem uelut auguris amphiarai (aguriis anfiarat B) *codd.*, *correxi* (Quando Clytaemestram *egs Machly* Quando Eriphylaeam *egs. L. Muell.* Vxorem quando p. u. ictu Viderit Eriphylen u. a. A. *Haasius*, *omnes uulneris ictum, qui nullus est, patienter ferentes*) || 693 circumspicit A | ospan B hostes A || 695 introgressu cognosci B || 696 Hos agam. B | manusque B: minaces A || 697 Affectu *scripsi*: Et planctu *codd.* | gaudente A: gaudentes B (Planctu gaudentes *uulgo*, *unde fremunt uarie immutauere*) || 698 pilades *codd.* (*ut et infra*) || 699 mortis *codd.*, *corr. L. Muell.* || 700 stupuere A || 702 Vilus A | at Argolicis *Machly*; an in ? | quid *codd.*, *corr. Rothm.* | uella B || 704 Diceba B || 705 si A | senescet C. *Muell.* || 706 minatur *codd.*, *corr. Rothm.* || 707 puellaru — anelans B || 709 locuta B || 711 oste B || 712 septemplici B || 713 coruscis B

Intonat auctores scelerum: 'crudelibus ausis  
 715 Regnantis nunc usque truces euadere iustas  
 Sperastis uos posse manus? modo saeua luetis  
 Supplicia scelerum non una morte peremti.'  
 Dixit et ad famulos ultricia uerba retorsit:  
 'Praecipitate nefas solio de principis actum  
 720 Et pede tractus eat fera uictima regis Atridis.  
 Carnifices frangant durissima membra securi,  
 Et pereat pastor qua regem morte peremit;  
 Ante tamen nostram perfundat sanguine dextram.'  
 Dixit et exertum costis inmerserat ensem.  
 725 Saucia membra trahunt famuli pede uincla ligantes  
 Postque fores portae, quibus est prostratus Atrides,  
 Ossibus efractis minuunt per mille secures,  
 Et male partitos per uulnera palpitat artus.  
 At genetrix dilata putat sibi parcere natum,  
 730 Et secura sui iam pro pastore dolebat,  
 Cum subito truculentus adest immanior hoste  
 Matris in exitium famulorum nixus Orestes  
 Agmine terribilis, qui captam crine trahebat  
 Incepitans: 'inpune tuum post funera patris  
 735 Sperasti regnare nefas tumuloque parentis  
 Iungere natorum uoluisti fata duorum?  
 Viuo (uides), scelerata parens. moriere cruento  
 Et manibus iugulata meis super ossa mariti.'  
 Conturbata parens nudis exerta papillis  
 740 Orabat natum: 'per te, puer, ubera sacra,

714 A Intonat B | autores B actores A || 715 Regnantis A || 716 suos B || 717 Suplia — perenti B || 718 ad famulos suos B || 719 ictum *codd.*, *correxi* || 720 atridae A || 721 spurciis. *Machly* turpius. *Schenkl* diriss. *Peiperus* | securis B || 722 rege B || 725 traunt B || 727 et fractis B efractis A || 728 partitus C. *Muell.* || 729 Ad B genitrix A (*ut et postea*) || 730 iam om. in lac. B || 731 oste B || 732 nisus A || 733 crimine traebat B || 737 Vibo (*v supra b*) B || 738 Et *Machly*: Sed *codd.* || 739 mamillis A; *fortasse* nudas e. papillas || 740 per te puer *scripsi*: pe hec puer B puer ista per A per haec p. C. *Muell.* per te haec precor *Machly* per

Per superos patremque tuum, per cara sororis  
 Pectora, quae nostro te tunc rapuere furori,  
 Et per Pyladen, quod plus est, testor amicum:  
 Da ueniam, miserere, precor, miserere parentis,  
 Si dici sum digna parens.' tum natus inanes 745  
 Perdis' ait 'lacrimas, genitor te expectat ad umbras.  
 Ilias ingemuit domini Cassandra ruinam,  
 Nec ferit Andromache famulans post Hectora Pyrrhum,  
 Cum regina Phrygum fieret captiua Pelasgum:  
 Praelato pastore ducis tu colla cruentas. 750  
 Haec mihi Pylades meus imperat et soror urget,  
 Vt iaceas mucrone meo, truculenta uirago.  
 Ast ubi nil potuit mulier de prole mereri,  
 Mox redeunt animo Phrygiae praesagia uatis.  
 'Si placet ulcisci genitorem' dixit 'in ambos, 755  
 Pyladis me dextra necet, necet ensis et idem,  
 Et super ossa ruam recidens spirantis Egisti,  
 Qui scelerum complex et nostri criminis auctor.  
 Mixtus uterque cruor testabitur omnibus umbris,  
 Consortes scelerum quia sors manet una malorum.' 760  
 'Quod super ossa rogas moechi moribunda iacere',  
 Natus ait, 'melius recides super ossa mariti;  
 Nec cruor amborum miscabitur ense minaci,  
 Criminibus ne fructus eat morientis amoris  
 Aut operae pretium capiat sorte malorum: 765

ego haec p. L. Mueller (sed te illud testor requirit) || sacra scripsi: parce codd. e glossa || 741 clara codd., corr. Rothm. || 742 q; — furore B || 743 piladem A | estor B || 744 parente B (unde parentem Rothm.) || 745 dieis — tu B || 746 d umbras om. B || 747 casandra B || 748 andromache B | ora pyrrhum om. B || 749 frigum B || 752 iactas B | uirgo B || 754 frigie B | uatis Sinnerus: satis B sortis A || 756 net necet B necet nec A. corr. Sinnerus || 757, 58 sic ponunt codd. (traiecit P. Daniel) || 757 recedens B || 758 Qui Haasius: Et codd. | et B: sit A | autor B || post 760 A habet 766 litteris Va cat inclusum (iterum suo loco) || 761 osa — moeci B || 763 Ne A | mense B || 764 nec B

Supplicio sociante nefas discreta iacebis.  
 Dixit et ad patris ueniens dat uerba sepulchrum:  
 'Sancte parens, quia sensus inest et spiritus extas,  
 Accipito inferias, quas offero. uictima iusta est:  
 770 Macto Clytaemestram matronam regis Egisti  
 Atque utinam non ante tuam. solacia nosce:  
 Nam iacet ille loco, quo tu percussus obisti.  
 Aetatis mora iusta fuit: quod tardius hoc fit,  
 Olim uelle fuit.' subicit Danaeia mater:  
 775 'Sol pietas elementa poli mare flumina tellus  
 Et rerum natura parens tuque atra uorago,  
 En spectate uices nato redhibente parenti  
 Quod genitus fuerit, mercedem cernite lactis.'  
 Dixerat haec genetrix, surdis tamen auribus inquit.  
 780 Quod potuit pietas, uultus auertit Orestes.  
 Sol negat almus equos iterum de more Mycenis  
 Atque tenebroso subtexitur aere caelum,  
 Et non legitimam timuit mox Graecia noctem,  
 Extimuit natura chaos elementa tenebras;  
 785 Laudat Enyo nefas, dextram culpabat Erinys.  
 Pallia purpurea praestricto dente momordit,  
 Concidit et tunicam manibus tendebat ad imos  
 Vsque pedes metuens, ne mortua nuda iaceret:  
 Maesta uerecundo uoluebat lumina uisu,

766 Supplicio B || 768 pater A | inest Rossbergius: iners codd. || 769 infecias B || 770 Mato B | clitemestram B (A ut solet clitemestram) || 771 Adque B | solatia A || 772 iam A || 773 quod Rothm.: quo codd. || 774 dang B daneia A, corr. C. Muell. || 777 En sp. scripsi: Exp. B Haec sp. A | uices Rothm.: ciues B truci et A | nato et hibente B nato perhibente A, corr. Rothm. | parente A || 778 Quo fuerit genitus A || 779 haec A: et B inquit B || 780 potum A | orestis B horestis A, corr. C. Muell. || 781 quos — micenis B || 782 Adque — aerem B m. 1 || 784 Exhibuit ego olim || 785 enio codd. (at emio A mgo) | puto nefas dextrum (i. e. ut oportumum) | culpabat Maehly: capulabat codd. | erinis B herinis A || 786 purpureo codd., corr. C. Muell. | constricto A

Vix semel infelix extrema in morte pudica,  
 Quod non ante fuit, metuens in funere famam.  
 Candida puniceo rutilantur membra cruore,  
 Verbere corporeo pressas quatiebat arenas,  
 Tandem iussa mori uitam cum sanguine fudit.  
 Tunc repetunt pariter regalia limina torui:  
 Sic duo terribiles fulua ceruice leones  
 Caede iuencarum satiati lustra reposcunt.  
 Regia sanguineos susceperat aula sodales;  
 Conueniunt Danaï, regis sub honore salutant,  
 Pars dolet Atriden, set pars dolet altera matrem,  
 Nemo tamen facinus uerbis culpabat apertis,  
 Nec fuerat quisquam qui non damnaret Egistum.  
 Transierat funesta dies, sol merserat undis  
 Oceano stridente rotas, redeunte sorore  
 Roscida somnigerum reuocabat palla soporem,  
 Tempus adhuc medium uoluebant sidera noctis:  
 Nuntius Hermione uenit de uirgine pacta,  
 Stirpis Achilleae Pyrrhi praedam ire rapina.  
 Mox furit Atrides, qui sic est orsus amico:  
 'Nos alius uocat ecce labor, nouus ignis amoris.  
 Quid faciam? scelus en passim est: raptatur adulta  
 Sponsa toris promissa meis! tu regna gubernas;  
 Ibo ego per gladios flammam et mille cohortes,

790 Vix *ex* Vox B || 793 harenas A arena B || 794 ante 792  
 ponendum *puto* | Taïnde B || 795 lumina A || 796 Sic *ex* Tunc  
 corr. B || 797 saciati A saciari B || 800 prius dolet *ex altero*  
*ortum puto; fortasse* probat | atridens et B atridem et A |  
 mater B || 804 sororem B || 805 Rosida A || 806 uoluerant B ||  
 807 ermione B hermionae A | pacta *scripsi*: rapta (-tam B)  
*codd. (e u. seq.)* || 808 achille B | pyrrhi A: piriti B Pyrrho  
 C. Muell. | praedam ire *scripsi*: pr(a)edante *codd. (quo seruato*  
*rapinam Rothm.)* || 809 extorsus B, *correxi*; exorsus A | amicium  
*codd., corr. Rothm.* || 810 uerba nouus — 811 est om. A | nouus  
*scripsi*: notus B uocat *Rosb.* | amoris *Peiperus*: laboris B ||  
 811 en passim est *scripsi*: est passim est B est passim: en  
*Rosb.* | rapiatur B || 813 coortes B

Dum tamen eripiam clamantem nomen Orestis;  
 814 Nam decet ultorem patris sibi quippe mereri.  
 816 Dixit et accinctus capulo prodiit in hostem.  
 Repperit Aeacidem subientem templa deorum,  
 Adgreditur iuuenem, securum obtruncat ad aras  
 Et redit ad Danaos elatus caede secunda.  
 820 Dum solio fruitur patrio diademate pulcher,  
 Astitit ante oculos genetrix sua non ut inermis,  
 Sed faculis armata rogi, subcincta cerastis.  
 Ignibus admotis resolutos orbibus angues  
 Ingerit in faciem iuuenis, mortale minatur.  
 825 Terruerant haec monstra uirum, fugit atria lustrans,  
 Sed sequitur metuenda parens; petit ille recessus  
 Per secreta domus, illic magis inuenit hostem.  
 Obice postposito mox ianua clauditur omnis:  
 Repperit interius matrem in penetralibus aulae.  
 830 Infremuit conata loqui: 'crudelior', inquit,  
 'Inpie, non sat erat pietatis uulnus acerbum,  
 Ut scelerata manus macularet sacra deorum?  
 Claude adamanteas ferrato cardine portas,  
 Obstrue per clauas: mihi sunt ibi mille fenestras:  
 835 Omnibus ipsa locis adero tibi saeuior umbra  
 Per freta per campos per siluas flumina montes.'  
 Dixit et igne rogi crepitanti pectora turbat;

814 et 815 *inter se traieci* (815 ante 813 *Maehly*); *cf. et*  
*adn.* 836 || 816 prodiit *scripsi*: produxit *codd.* prorupit *Maehly*  
 procurrit *Schenkl* || 817 subeuntem A || 818 obtruncat B | ara B,  
*correxi*; aram A || 820 pulcher B: frangit A || 822 facibus A |  
 rogis B || 823 post 824 B (*quo seruato ordine minata Rothm.*) ||  
 823 orbibus B, *corr. Rothm.*; crinibus A || 824 iualenis B || 825  
 monstra] n *supra lin.* B | fugit *Rothm.*: fuit B furit A || 826  
 recensens B || 828 clauditur B (clauditur *conicias*) || 829 inferius  
*codd., corr. Maehly* || 830 inquit B | 831 Inpie non aterant —  
 aceruum B || 832 Ni A | maculare B || 833 adamanteos —  
 postes A || 834 Estrue B | clauas mihi sunt ibi *scripsi*: calliū  
 est si sunt tibi B calcem si sunt tibi A | fenestras B || 836 *num*  
 post 813 *traiciendus?* | campos B: terras A | silua B || 837  
 angue rogi B



Ast ubi pernicem non est fas uincere matrem,  
 It manus ad capulum, set crebris ictibus auras  
 Diuidit et uacuum reuocat sine uulnere dextram 840  
 Ac miser increpitat: 'meus est hic mucro cruentus,  
 Quo, meretrix, percussa iaces: feriere secundo.'  
 Dixit, et agnoscens gladium grauis umbra fugatur  
 Aera per tenerum, tamen heu remanente furore.  
 Perfurit Inachus uindex Agamemnonis heres, 845  
 Vt furit ex Baccho male sobrius ille Lycurgus,  
 Vt furit Alcides saeua terrente Megaera,  
 Vt quondam furuit Danaum fortissimus Aiax  
 Infremit, inpatiens tota discurrit in aula,  
 Qui famulos matrem, matrem putat esse sodales: 850  
 Mater erat quicumque fuit, uicinus ubique  
 Aspis et ignis erat; fugit hos simul adpetit illos,  
 Pyladis tantum facies non terret amicum.  
 Inter delicias epulis regalibus aptas  
 Esurit et facibus prohibetur tangere mensas. 855  
 Sic interna fames animo torquebat inanem:  
 Prandia conspiciens dapibus conferta potentum  
 Ingemit, ac nullus cibus est, sed imago ciborum,  
 Quos ne contingat furia aduumbente uetatur.

838 perniciem *codd.*, *corr. Schenkl* (pernici *Rothm.*) | matr  
 B, *corr. Rothm.*; matris A || 839 In manib; ad B | set *Rothm.*:  
 et *codd.* uel *L. Muell.* || 843 agnosces B | fugatur (u *alt. supra*  
*lin.*) B: grauat A || 844 eu r. furorem B || 845 inachus B ||  
 846 ex uaco B | licirgus B ligurgus A || 847 alcides (l *ferre*  
*erasa*) B: egides A | puto torrente | megebat B || 848 quandam  
 B || 849 inpaciens B | tota — aula B totam — aulam A || 850  
 puto Dum | matrem *semel* B, *qui et putant* || 851 fuit] *num*  
 subit? || 852 os B || 855 Esuriret faucibus B || 856 inferna *codd.*,  
*corr. Maehly* | animo torquetur inane *codd.*, *correat* (fame  
 nimium torquentur inani *Maehly*) || 857 Grandia conspiens B |  
 conserta A || 859 Quos nocet adtinguat B Quos nec ut attingat  
 A, *correat*; *illud nocet ortum puta ex ne cot(tingat), spectat*  
*autem ad ad sequentia* | accumbente A: ccibente B, *id est eu-*  
*bente, cui praeposendum est prius ad; latere cohibente opina-*  
*batur Hagenus, at cf. Verg. Aen. VI 606*

860 Quid faciat? quos ille deos, quae numina poscens  
 Eliciat supplex, ut tertia regna fatiget?  
 Dum deslent omnes et tota plangitur aula,  
 Alter adest gemitus, tristis dolor et metus ingens.  
 Venerat Andromachae soboles Pyrrhique Molossus  
 865 Vltorem genitoris agens. Pylades Orestem  
 Tollit et externas subtractum mittit ad oras.  
 Litora contigerat, fuerant ubi templa Dianae.  
 Mos ibi saeuus erat: miser aduena uictima ferri  
 Ducitur, erectas mox stat uittatus ad aras.  
 870 Vidit ut, armetur quod ferro more sacerdos,  
 Expulsus terrore furor: mors proxima mentem  
 Reddidit et partem tribuere aduersa salutis;  
 Nam miser ingeminans Agamemnona saepe uocauit.  
 Audierat sollers Iphigenia nomen Atridis:  
 875 'Hostia, die, quis eras, aut cur Agamemnona clamas?'  
 Saucius ille refert: 'ego sum miserandus Orestes  
 Matre Clytaemestra genitus, regnator Atrides  
 Noster erat genitor: non ultra passa loquentem  
 Proiecit cultrum percussa fronte sacerdos:  
 880 'Soluite, carnifices, trepidantia membra ligati:  
 Sanguine corda carent, non est haec hostia grata.'  
 Dixit et exutum uittis summouit ab ara,  
 Omnibus exclusis non se negat esse sororem;

860 quae A: quo B | poscent B || 861 suplex B | ut B: an A  
 aut *Schenkl* uel *Kossb.* || 862 deplectent B || 863 Vltor adest A ||  
 864 andromace — pyrrhique B | molosus B m. 1 A || 866 et A:  
 e B | extremas A || 867 Litera conticera B, *corr. Rothm.*; Littore  
 constiterant A | ibi A || 868 ubi saeuus A serbus ibi B, *corr.*  
*Rothm.* || 869 erectus *codd.*, *tum* mox statuitatus B mox ipse  
 staturus A, *corr. Rothm.* || 870 Vidit ut armatur (-metur *corr.*)  
 B, *qui* quod ferro *omittit* || 871 mors B: mox A || 872 triuere B ||  
 873 agamemnona s. uocant B || 874 sifigenia B ephigenia A |  
 atridae A || 875 Ostia — agamm. — clamans B || 876 Ocuis  
 L. Muell. | refret B || 880 ligatis *codd.*, *corr. Rothm.* || 881 ca-  
 rent B: micant A | hostia] h *supra lin.* B || 883 uittis sumouit  
 A: uittis sumouita B

Sed uidet interdum uitata mente furentem  
 Nil sano sermone loqui. quem nocte precatu 885  
 Purgat et ablata migrat cum fratre Diana.  
 Vt patriam rediere suam, mox fama Molossum  
 Instruit: accusat gemino de crimine Orestem:  
 Legibus exhibitum mediis induxit Athenis.  
 Conscendere patres templum praebente Minerua; 890  
 Surgit Achilleus stimulatus amore paterno  
 Et sic orsus ait: 'proceres, legalis origo,  
 Arguo mortiferum sceleratae mentis Orestem,  
 Sanguinis oblitum, humani iuris egenum,  
 Sacrilegum superum, perfusum sanguine matris 895  
 En dextra fundente sua. sed adultera forsam  
 Mater erat. Pyrrhus numquid fuit alter Egistus,  
 Quem necat in templo caelestia dona ferentem  
 Euersorem Asiae, natum armipotentis Achillis?  
 Forte refert, quia mater erat scelerata profana, 900  
 Crimen adulterii cumulat quae morte mariti.  
 Percutienda fuit rea maxima iudice iusto,  
 Non tamen ense suo. quid iam peccasse pudebit,  
 Cui prius est in matre nefas? censete seuera,  
 Cecropidae proceres: decet ultio talis Athenas! 905  
 Huius in exitium sat erit non culleus unus;  
 Talibus hic opus est: aequentur uulnera membris,  
 Partibus absceisis sibi sit de morte superstes,

885 quem A: q̄e B | precatum B || 887 patria — sua B  
 (unde patriae — suae Haasius) | molossum A || 888 discrimine  
 A || 889 exhibitum B | inducit A || 890 Conscdere A || 891 atihil-  
 leus B || 893 scelerate B || 894 Sanguinis oblitum et 895 Sacri-  
 legum superum inter se traiecit Rothm. || 896 En ego: Et codd.  
 Hac Rothm. Vel Peiperus | adultera L. Muell.: altera B et  
 altera A || 897 pirrus B || 898 ferante B || 899 Auersorem (or in  
 ras.) B | achillis (c ex t) B achilli A || 900 refret B m. 1 || 901  
 q; B || 902 trea B || 903 quid — nefas habent florilegia (Cum) ||  
 904 censet hec reuera B || 905 Cecrop. ex Cercop. B || 906 Huius  
 scripsi: Cuius codd. | culleus A || 907 hic C. Muell.: hoc codd. ||  
 908 superstes B

Tempore sit modico uinax laniando cadauer.  
 910 Haec ait et tacuit. cui sic respondit Orestes:  
 'Summates Danaum, sapientes lumine cordis,  
 Culmen Athenaeum, censores iuris honesti,  
 Gaudeo securus quod apud uos causa mouetur,  
 Sunt quibus uxores, quibus est affectus amandi,  
 915 Et meminisse reor primaevi temporis annis,  
 Quid sit amor sponsae, thalami quae uota futuri.  
 Dis superis grates, quod post tot funera mentis  
 Arguor adsistens inter subselia sospes,  
 Incolumis ueneror sanctum per iura tribunal,  
 920 A licito discerno nefas. tractate, uerendi.  
 Non de lite mea sententia uestra ferenda est,  
 Sed de iure deum, qui me purgasse probantur,  
 Dum medicinalem tribuunt per corda salutem;  
 Nemo poli seruare reum, puto, uellet inicium  
 \* \* \*  
 925 Iustior inuenior: num matrem uindicat ultor?  
 Vlascenda reast genetrix? quid? iam pater insons?  
 Quis rogo sacrilegus, quis demens audeat almos  
 Accusare deos, quibus est perfecta potestas?  
 Scilicet accusans uocet in certamina diuos,  
 930 Quin faciat facinus, praesumat bella gigantum!

909 Tempore sed — cadaber B || 911 lumina B || 912 ate-  
 neum B || 914 amandus codd., corr. C. Muell. || 915 annos codd.,  
 corr. Schenkl || 916 Quod B || 917 Diis A || 918 adsistens B |  
 subselias opes B subsellia sospes A || 919 Incolumis — iara B  
 920 disterno B | tractante A | uerendi B || 921 est om. A ||  
 923 salutes B || 924 reum scripsi: deum codd. | uelle tunicum  
 B (iniquum A) || sine lacunae indicio codd.: uu. 925, 26 post  
 920 ponit Maehly, praeposito 934 post 916 Schenkl; sed ultor  
 hic est Molossus, et oportet reus crimen interfectae matris pluri-  
 bus refellerit || 925 num scripsi: dum codd. || 926 Si ulc. rea  
 gen. codd., corr. L. Muellerus || 927 om. A | sacrilegos (gos in  
 ras.) B, corr. Maehly | uerba quis prudens (sic) a. a. Ineusare  
 — potestas habent florilegia || 928 perfecta ex perrecta corr. B ||  
 929 accusans scripsi: accuset (anc. B) codd. | duos B || 930 Quin  
 faciat Maehly: Quid faciat A Oniciat B (quo caue utaris ad

Forsitan obiciat: fuerant cur ergo furores?  
 Cura doloris erat, proceres, non poena reatus:  
 Taedia sollicitant animos mentemque fatigant.  
 Pyrrhus erat raptor, uindex existo rapinae:  
 Arguit unus iners quae conprobat ordo deorum. 935  
 Quaeso, duces legum, sententia uestrae resoluat  
 Purgatum sub iure deum, sub sorte benigna.  
 Dixit et inposuit moderata silentia linguae.  
 Consilium petitur, facta tractantur Orestis.  
 Mos erat arbitris, quo dispar calculus iret: 940  
 Albus adest uitae, nam mortem russeus urguet.  
 Iudicii certamen erat, sententia duplex  
 Discrepat, et numerus par est utriusque coloris.  
 Calculus albus erat, habuit quem dextra Mineruae:  
 Is datur ad uitae numerum, purgandus Orestes 945  
 Dicitur et procerum talis sententia fertur:  
 'Si decreta deum homini tractare liceret,  
 Posset Orestis opus legali tramite quaeri;  
 Sed quia praescripto capimur, clementia caeli  
 Non sinit inquiri, iuris censura quiescat. 950  
 Quis temere auctor erit caelestia iussa mouere?

*malas coniecturas, uelut Peiperianam Obiciat; latet enim Qui . . . ciat archetypi* | uella B || 931 fuerint C. Muell. | furores B: nocentes A || 932 non A: ne B || 933 Tedia B Toedia A || 934 Pirrus B | uindex existo scripsi: uindex post bella codd. (u. paro bella Maehly peto bella Schenkl) || 935 quae (scil. me in templo caedem patrasse; cf. 955) ego: quem codd. | deor B || 936 sentia B || 939 fata B || 940 arbitri quos B, correxi; arbitrii quod A (cf. Drac. de deo II 725 Arbitratur) || 941 urguet (alt. u supra lin.) B: urget A || 942 duplex A: suplex B || 943 par est C. Muell.: paris codd. parilis Haasius | utrique B utrinque A, corr. Maehly (colori Peiperus) || 945 His B | orestis B horestis A || 946 Dicitur (ex Ducitur) et pocerum B | fertur Rothm.: perra B uera A aperta Peiperus || 947 deum bis B || 949 prescribto B || 950 Nec Maehly | inquiri scripsi: audiri codd. anquiri Maehly austeri Schenkl | tensura B || 951, 52 bis habet B (951—952 impunis etiam florilegia) || 951 Qui A (pars floril.) | temerator codd., corr. L. Muell. | iussa B altero loco: iura B priore loco A floril.

Non erat impunis Paris arbiter ille dearum,  
 Teresias nec erat iudex impune Tonanti.  
 Raptor obit Pyrrhus iusto mucrone peremptus:  
 955 Quod per templa ruit, fuit en perfecta potestas,  
 Si nellent, punire deis. securus Orestes  
 Sitque redux patriae nullo damnante reatu.  
 Actum erat. excipiunt populi clamore fauentes,  
 Suscipit egressum Pylades laetus amicum,  
 960 Amplexaeque tenent laeua dextraeque sorores,  
 Quatuor et reduces laeti petiere Mycenae,  
 Regia diuitiis replentur tecta relatis.  
 Di, quibus imperio est facilis concessa Tonantis  
 Aeris et pelagi terrae caelique potestas,  
 965 Vos pietas miseranda rogat, uos mitis honestas,  
 Vos bona simplicitas, affectus sanguinis orat,  
 Vos genus humanum, consortia sancta cruoris,  
 Stemmata uos generis, cognatio iuncta precatur:  
 Crimina Laiadum sat erant, Danaeia pacta,  
 970 Quae thalamos fecere rogos, et facta Thyestis  
 Innumerumque nefas, quod sit narrare pudoris.  
 Ecce Mycenaea triplex iam scena profanat  
 Graiugenum famam: uestro iam parcite mundo  
 Atque usum scelerum miseris arcete Pelasgis.

952 Non ex Nnon B pr. l. | erat B altero loco: erit B pr. l. A floril. || 953 Tiresias nec erat L. Muell. (Nec T. erat Rothm.): Nec terestas erat B Non praestatus erat A | inpone B || 954 pirrus iuxta B || 955 litterae d per t in ras. B | en scripsi: est codd. et C. Muell. || 957 damnantes B || 958 Attuerant B || 959 egressus codd., corr. C. Muell. || 960 Amplexaeque B: Amplexuque A | tent B || 962 diuitis B | replentur C. Muell.: reputantur B implentur A repetuntur Rothm. reparantur Haasius || 963 Dii codd. || 965 honestos B || 966 bona A: una B || 968 uos A: hos B | iuncta codd.: cuncta C. Muell. || 969 Laiadum L. Muell.: naiadum A lemniadum B | daneia codd., corr. C. Muell. | pacta L. Muell.: facta A facta B || 970 effecta tiestis B || 971 narre pudoris (re pudoris in rasura) B pudori A || 972 miceneas B myceneos A, corr. C. Muell. | stena B || 973 Gradumgenum famamque B | nostro A || 974 Adque B | sceleris A, qui Finis subscribit.

## LVI.

## PRISCIANI CARMINA.

I. Prisciani grammatici de laude imperatoris Anastasii carmen in duobus legitur codicibus, A siue Vindobonensi 16, olim Bobiensi, saeculi VIII—IX fol. 50—52, quem in nostrum usum diligenter contulit Iosephus Huemerus Vindobonensis; B siue Bernensi 363, uiris illo Horatianis bene noto, saeculi IX fol. 195, qui tamen in u. 44 desinit (conlationem debeo Hermanni Hageni comitati). primus ex A hoc poema edidit S. L. Endlicherus [Vindobonae 1828] largoque commentario instruxit. de quo libro censuram scripsit Peerlkampius [bibl. crit. nouae I p. 101 sqq.].

II. Dionysii periegetae opus a Prisciano in sermonem latinum conuersum nouisque additamentis (ex Solino maxime petitis) auctum recensui adminiculis usus hisce. una librorum familia eaque melior constat ex A siue codice Turicensi 78 (olim 451) saeculi IX [cf. uol. III p. 105] fol. 127—148 cum titulo *Periegesis Prisciani grammatici*, quem ipse contuli. alteram autem familiam peiorem communique siglo B comprehensam conformant libri hi a me omnes conlati: Leidensis M. Lat. Bibl. Publ. 67 saec. IX [cf. M. Hertzius praef. Prisciani p. XIII] titulo carens;

Durlacensis 36 f. a. 850 scriptus fol. 1—17 *Incipit periegesis Prisciani grammatici Cesariensis*; Vossianus L. F. 67 saec. X fol. 24—28 sic inscriptus *liber Prisciani grammatici qui peregesis nominatur. id est descriptio orbis terrarum et maris incipit* (praecedunt fol. 23 capitula operis; desinit in u. 837); Vossianus L. Q. 33 saeculi X fol. 135—144 [cf. uol. III p. 105] cum titulo ceterorum codd. simili; Bruxellensis 14792 saec. X fol. 18 constans cum inscriptione *Incipit periesis id est descriptio orbis terrarum et maris Prisciani grāmat scdm Dionisium*; Parisinus 8309 fol. 1—18 saec. X titulo carens; Parisinus 7499 saec. X fol. 63—71 suo titulo et capitulorum indice instructus; Cottonianus Vesp. B. XXV saec. XII fol. 78—98 cum inscriptione libere efficta. ad quam familiam etiam alii libri haud pauci a prioribus adhibiti pertinent. non potui autem a me impetrare, ut singulorum huius classis testium scripturas saepe foede deprauatas enotarem ingentemque adcumularem uariarum lectionum molem. unde ex solo A adscripsi omnes scripturas, selectas quaeque alicuius momenti esse uiderentur ex B. licet enim haec familia B ex eodem cum A archetypo profluxerit huiusque imaginem interdum puriorem reddat, multo tamen pluribus locis ab A negligentiae conuincitur; processitque degeneratio, ut par est, in singulis classis B testibus; qui si hic illic meliora praebent, ad coniecturas scribarum sine dubitatione referemus. neque operae pretium est, singulorum inter se cognationem persequi aut indicare, quomodo locis nonnullis inspecto familiae A libro quodam textus enaserit contaminatus. — editiones sunt commemorandae Wernsdorfii [P. L. M. V p. 265 sqq.] et Caroli Muellerei [Geogr. graeci min. II p. 190 sqq.].



## I. De laude Anastasii imperatoris.

Summi poetae quae solent in uersibus,  
 Quos imperatorum modulantur laudibus,  
 Proferre, caelum cum petunt et sidera  
 Aduersa naturae sequentes impie,  
 Tibi sciens quod displicent nimis pio, 5  
 Nihil nefandum, nil nisi uerum loquar.  
 Nam qui tribuit mortalibus caelestia,  
 Sapientium damnatur arbitrio pari;  
 Et si qua uere praedicat, non creditur,  
 Cum falsa ceperit canens exordia. 10  
 Quare, precor, libenter audias tua,  
 Quae cuncta non ego potero producere  
 (Non mille dentur si mihi linguae, simul  
 Fons ingeni sit carmen effundens nouum),  
 Sed parte ferre qua ualeo pro uiribus, 15  
 Decerpta lucem conferat quae cantibus.  
 Quod more miro fit; solent nam carmina  
 Addere decus rebus magis quam sumere.  
 Deo fauente iam subibo pondera  
 Laudis, serenus quae releuat uultus mihi, 20  
 Praesens ubique cernitur qui sensibus,  
 Arcana nudans principis mitissimi.

Accipe romanum clementi pectore carmen,  
 Accipe, quod soleo caelesti reddere regi  
 Munere pro uitae, pro pulchro lumine solis;  
 Namque deum sentis placari carmine tantum,  
 Quem sequeris princeps animo iustissime recto, 5

I. Incipit praefatio prisciani de eqs. A Praefatio prisciani  
 grammatici de eqs. B uersus praefationis non distinguens ||  
 4 impie B || 5 pio om. B || 6 Nihil — nihil compendiose AB ||  
 9 praedicant AB | creditur ex credetur B || 10 coeperit AB,  
 corr. in A m. rec. || 14 ingenii AB | sit scripsi: si AB || 17 puto  
 scient nam carmina || 20 serenus B

Qui tibi regna dedit, cui debes omnia soli  
 Prospera, quae bellis pariter uel pace tulisti.  
 Andax nam uenio praeconia dicere uestra,  
 Quae finit caelum, quibus omnis cingitur orbis.  
 10 Nec mirum tales ex tanta stirpe creatos  
 Pompeii, proprio quem culmine Roma locauit;  
 Cuius quis meritos ualeat numerare triumphos,  
 Quos uidit Titan linquens repetensque profundum,  
 Quos medio ueniens steterat miratus Olympo?  
 15 Sed tamen egregio, Pompei, cede nepoti.  
 Namque genus, quod tu, terrarum uictor ubique,  
 Indomitum Tauri linquebas collibus altis,  
 Hic domuit penitus conuellens semina belli;  
 Quod celso positum fortunae uertice nuper  
 20 Et nullum finem credens felicibus esse  
 Impia condebat terris monumenta dolorum  
 Vexatis domibus raptu stuprique furore:  
 Cum similes omnes ad pessima damna putabant,  
 Non honor aut aetas potuit defendere quemquam,  
 25 Legibus euersis, certo munimine rerum,  
 Vique potestatem sola tellure tenente:  
 Tunc prauis scelerum capiebant praemia laeti,  
 Iudiciiis nimium iustos damnare coactis;  
 Nam uanum nomen retinebant inrita iura,  
 30 Vmbraque iustitiae rebus restabat inanis.

S ñ (= non) B || 12 meritos Peerlkampius: merito AB ||  
 13 tytan B || 14 olimpo B olymp (o abscisso) A || 15 cede A: e  
 de B || 16 noctor A, ut uid. || 17 id mortis supra tauri m. 1 B ||  
 18 conuellens A: et uellens B | uellis (t b supra u) B || 21 monu-  
 menta dolor B: mon teste Huemero monumenta do teste End-  
 lichero A ceteris abscissis || 22 raptu. Stupriq; B raptu stupriq;  
 (ceteris abscissis) A; an raptus luerique? || 26 Vique A: Vique B |  
 sola tellure scripsi: telluris sola (alt. s supra lin. B) codd. sola  
 telluris habente Peerlkampius (Visque — sola tenebat End-  
 licherus) || 27 prauis A: prauis B || 28 coacti. s B || 29 Nō B |  
 irrita codd., nisi quod in A m. 1 n supra pr. r || 30 ūb (ex-  
 punctum) umbraq; B | rebus] terris Peerlkampius; equidem  
 malim Vmbra reis et iustitiae r. i.

Paupertas nulli tenuis prodesse ualebat,  
 Quae solet esse salus prauorum tempore regum;  
 Namque dabat poenas, ut non praesentia ferret,  
 Et stupuit sese damnis maioribus esse  
 Quam plenos opibus largis grauiusque metallis. 35  
 Corpora nam, spoliū si copia nulla dabatur,  
 Vexabant uinclis, uexabant stipite duro.  
 Cladibus his tandem caeli rex liberat orbem,  
 Cum dominum (melius sed patrem dicere possum)  
 Praebet Anastasium tanta pietate uigentem, 40  
 In cuius uita uirtutes cernimus omnes:  
 Est iustus, sapiens, castus fortisque piusque,  
 Est clemens, stabilis, moderatus, mitis, honestus,  
 Et, loquar ut breuiter quod sentio corde sub imo,  
 Possidet hic ueterum quidquid laudatur in ullo: 45  
 Antoninum huius pietas, sapientia Marcum,  
 Et mitem Neruam lenissima pectora uincunt,  
 Promeruitque Titus non tantum mente benigna;  
 Gloria magnanimi Traiani cesserit isti:  
 Nam quis tot domuit simul uno Marte tyrannos, 50  
 Rupibus aduerso quos duxit Isauria fato?  
 Quos bonitas domini placidissima cedere iussit  
 Moenibus ex urbis, uoluit nec laedere prorsus,  
 Quamuis supplicium debentes soluere mundo;  
 Sed non ille pater, qui sustinet omnia dextra 55  
 Atque pari libra iusti momenta repensat,  
 Adnuit impune sceleratam linquere gentem.  
 Nam furor immissus commouit Marte nefando

31 tenuis B || 32 prauorum (uel rabidorum) scripsi: raptorum  
 codd. (ruptarum — legum Endlicherus raptarum — rerum  
 Peerlkampius) || 35 largus grauiusq; B || 36 spoliis et B; malim  
 spoliis si || 38 urbem B || 42 castus supra lin. A || 43 om. B ||  
 44 quod sentio A: psentio B, qui in hoc u. desinit || 46 Anto-  
 nium pietas A, corr. m. 1 || 49 cesserat A, correxi || 50 tot  
 supra lin. A || 51 Isaria A, corr. m. 1 || 56 monumenta A,  
 corr. Peerlkampius || 57 Adnu teste Endlichero Adnuit imp teste  
 Huemero abscissa in A

Et Romae caecos rapiendas traxit ad arces,  
 60 Vindicta ut pereant merita lucemque relinquunt.  
 Tristia nam rursus cupientes damna referre  
 Et Latiis multo regnis peiora minantes  
 Principis inuicti felix exercitus armis  
 Ductoresque fide nec non uirtute potentes  
 65 Omnibus adficiunt caesos profugosque ruinis  
 Cum ducibus sceleris ducentibus improba signa.  
 Ut leo, qui regnans silua dominatur in alta  
 Per Libyae saltus, nisi nobilis ira lacessat,  
 Non mouet arma, suas stimulat nec uerbere uires;  
 70 At si commoueat clamor, si turba coronae,  
 Infremit horrendum simul et distendit hiatus  
 Sanguineis torquens ardentia lumina flammis  
 Et ruit in medium, prosternens arma uirosque  
 (Nec uis ulla potest uementi obsistere contra:  
 75 Impetus hos frangit, pulsos hos demetit unguis,  
 Pars lacerata iacent inimici dentibus oris,  
 Hos metus exanimat pereuntes uulnere nullo):  
 Viribus Augustus sic saeuos perculit hostes  
 Per uarios sternens casus non fanda furentes.  
 80 Graecia iam taceat iactans mihi Bellerophontem,  
 Qui uicit Solymos, ut rursus bella mouerent:  
 At semel hos dominus noster felicibus armis  
 Sic domuit, post haec ne possint esse rebelles;  
 Quod nec ductorum Seruilius optimus olim,  
 85 Pro merito laudum cui nomen Isauricus illo  
 Marte datum fuerat, potuit praestare Latinis.  
 Non illos aurum, non uis, non copia ferri,  
 Ne castella quidem praeruptis ardua saxis,  
 Nec tantae ualidis munitae moenibus urbes  
 90 Quantas non ullus uictorum ceperat ante,

62 minantes m. 1 ex manentes corr. A || 64 Ductoresque  
 A || 74 uementi A, correxi || 75 emetit A, corr. Peerlkampius ||  
 80 taceas idem || 88 Nec castella A, correxi || 90 Quantas  
 a alt. supra lin. A

Exitiis rapiant dignis et principis irae;  
 Et qui spe fluxa frustrati cuncta tenebant  
 Nil satis esse sibi credentes tela mouendo,  
 Cantibus angustis conclusi fata trahebant  
 Peioremque famem crudeli morte tulerunt, 95  
 Quae plus corrumpit quam cetera funera uictos,  
 Et mentes audias orbis consumpsit egestas.  
 Principe pro iusto taceat quis fulminis ictus?  
 Nam quos non ualuit robur corrumpere Martis  
 Nec tot ductorum circumdata moenia uallo, 100  
 Deiciit hos summi genitoris dextera flagrans  
 Iniustos contra praesenti numine pugnans.  
 O pietas praestans, toto memorabilibus aeuo,  
 Pro qua cum uentis sociantur proelia nimbis,  
 Ignibus et rabidis armantur fulgura bello 105  
 Percutiuntque sono concussa tonitrua montes.  
 Quid tempestates memorabo fluctibus ortas,  
 Atque hostis Lyciae proiectas litore classis,  
 Cum uice romani functae sunt militis undae,  
 Sceptrafer et cepit pelago pugnante triumphum? 110  
 Omnia sic habuit uirtus elementa salutis!  
 Quis repetat totiens acies stragesque peractas  
 Aequatasque solo sublimi tegmine turres,  
 Agminibus domitis cum parte cadentibus omni  
 Flumina torrebant fluuiis mutata cruoris 115  
 Et prope corporibus raptis sunt ostia clausa;  
 Tunc mare confuso rutilauit sanguine tinctum  
 Et saturi pisces tempere cadauera plura.  
 Sic qui sperabant captiuas ducere matres  
 Atque frui spoliis urbis sacrique palati 120  
 Et reges iterum (infandum!) se reddere nobis,  
 Lumine cum caeli terrae caruere sepulcris.

91 ira A, *correxi* || 96 corrumpit A || 105 rapidis A, *correxi* || 108 classes, i *supra* e m. 1, A || 117 tinctum *scripsi*: nictum A || 118 tempere] p *supra* lin. A || 122 terraeq. (q. m. 1 *deletum*) A

At reliqui patrias sedes urbesque relinquunt  
 Orbati natis, lugentes pignora cara:  
 125 Moenia subuertunt, quaecumque reliquerat ignis,  
 Et uicti aetherio poenas sensere Tonanti  
 Reddere se iustas contempto mille per annos  
 Vltoremque deum post clades esse fatentur  
 Atque sui casus se causam scire fuisse.  
 130 Sed tamen Augusti superat elementia cuncta,  
 Qui stratos releuat, domuit quos Marte superbos,  
 Hostibus et pacis concedit munera pacis,  
 Gaudens nunc proceres securos fidere uita  
 Imperiumque suum uiuendi ponere fructum.  
 135 Insidias nemo diras metuitque uenenum  
 Linguae, quo multi ceciderunt crimine ficto.  
 Perdita res populi fuerat sub tempore diro,  
 Restituit tamen hanc domini prudentia mira,  
 Perficiens firmum quod cepit debile regnum.  
 140 Multa simul uario concurrunt ordine rerum  
 Diuersosque trahunt angusto pectore sensus;  
 Ac ueluti Delphis Phoebas cum numine plena  
 Omnia quae fuerant, quae sunt pariterque futura  
 Conspicit et cupiens prohibetur prodere luci,  
 145 Sic ego concipiens tua, princeps, plurima facta,  
 Quae tibi debentur diuersis partibus orbis,  
 Non possum uerbis animo proferre parata;  
 Quocirca laudum relego fastigia summa.  
 Nunc hominum generi laetissima saecula currunt,  
 150 Quos inopes dudum faciebant iussa nefanda;  
 Quae propter multi sedes fugere parentum,  
 Haec pater et dominus terrae deleuit in aeuum  
 Argenti releuans atque auri pondere mundum,  
 Perpetuoque parans sibi maxima praemia caeli

123 aedes A, *corr. Peerkampius* || 126 uicti *scripsi*: uix A || 135 *puto* metuituae || 137 *puto* duro || 144 *malim* Concipit et 145 conspiciens || 152 Haec *scripsi*: Quae A e u. *priore*

Dinitias temnit, quo prodest omnibus unus. 155  
 Namque cibum poterant qui uix acquirere uitae,  
 Oblato miseri thensauris munere flebant,  
 Munere cum gemitu tristi lacrimisque coacto;  
 Quippe dabat causas uiolentis lucra parandi  
 Et mala, quae plures pridem dixere canentes 160  
 Romano uestras uel Graio carmine laudes.  
 Et quo sceptrata loco dederat tibi rector Olympi,  
 Quo caput ipse tuum primo diademate cinxit,  
 Hic sibi donari librorum uidit aceruos  
 Censibus infestos, seruantes scripta dolorum, 165  
 Munera suscipiens flammis aeterna beatas,  
 Ad quas accessit placidus magis omnibus aris.  
 Aspexit uestros radiis sol aureus ignes,  
 Et placuere diem uiolantia lumina fumo,  
 Quae pura fulgens accendis mente serenus. 170  
 Ipse locus uobis ostendit iure tropaea,  
 Obtulit et uinctos oculis domitosque tyrannos  
 Ante pedes uestros mediis circensibus actos.  
 Aemilius quondam Paulus fortissimus ille  
 Sic regem Persen populo spectante latino 175  
 Curribus inuectus Tarpeiam traxit ad arcem  
 Placauitque Iouem Capitolia templa tenentem;  
 Omnipotens sed te superum conspexit ab arce  
 Numina placantem caelestia templa tenentis.  
 Auspiciis gaude, princeps, felicibus aulae, 180  
 Cui deus omniparens renouandum credidit orbem  
 Iustitiamque iubet descendere rursus ab axe  
 Et faciles precibus populorum praebuit aures,  
 Quorum prostratas recreasti funditus urbes  
 Portibus et muris, undarum et tractibus altis, 185  
 Nunc tuto nautae repetunt clusa ostia uelis,

157 thensauris] s. alt. supra lin. A || 158 lacrymisq. A ||  
 165 scribita A || 167 puto accessi placitas || 176 tarpeyam A ||  
 186 clusa (uel fida) scripsi: uix A hic Endlicherus | malim uelo  
 (cf. et Verg. Aen. I 404)

Qui dubio quondam peiora pericula ponto  
 Iam patrias oras tolerabant naue tenentes,  
 Naufragium ratibus fessis statione minante  
 190 Disiectis claustris, quibus aequor frangitur altum;  
 Sed nunc uota deo seruati pectore toto  
 Pro pietate tua, qua respicis omnia, fundunt.  
 Agricolas miserans dispendia saeua relaxas;  
 Curia peruersis iam cessat moribus omnis,  
 195 Nec licet iniustis solito contemnere leges:  
 Nunc equites horrent rectorum iussa uehentes  
 Nec lucri causa commiscent sacra profanis.  
 Iudicis ipse sedens iudex caelestis imago  
 Per te respondes populis oracula sancta,  
 200 Proicis et nullos, nisi qui non iusta reposedunt.  
 Aurum non adhibes, moderantes ante solebant  
 Quod dare, ne liceat socios euertere furtis,  
 Exemploque doces quaestum contemnere turpem.  
 Tirones forti numeros nunc milite complent  
 205 Veraque non pretio, sed robore signa merentur.  
 Quid quod dispensas cerealia munera uitae,  
 Luxurie prohibens urbes cautusque futuri?  
 Nec sensum populis caeli paenuria praebet,  
 Si desint imbres, nec linquit copia uictus,  
 210 Consiliisque tuis seruamur saepe paternis.  
 Aegyptum septem sic seruat Iosiphus annos  
 Ille, pudicitiae meruit qui sidera fama,  
 Cuius placauit sapientia numinis iras,  
 Memphitae regis soluens insomnia mira;  
 215 Horrea nam primus Nili construxerat oris  
 [Luxurie prohibens urbes cautusque futuri]  
 Atque famem potuit diuina uincere cura.  
 Per te seditio penitus deletur ab urbe

189 ratibus Peerlkampius: nauibus A || 194 iam scripsi:  
 nam A || 206 cerealia] alt. e supra lin. A || 216 deletur Peerl-  
 kampius (cf. 207)



Innocuos spolians sub terras sole retracto;  
 Nam ciues mediis caedebant moenibus ense 220  
 Bacchantes stimulis uini plausuque frementes  
 Et spoliis pacis gaudentes nocte paratis;  
 Ipse uetas ludos, animarum damna, nefandos  
 Atque uoluptates prohibes a sanguine sumi,  
 Corporis et causa pascendi perdere uitam, 225  
 Humanos arcens lacerari dentibus artus,  
 Dentibus, armatur rabies quibus atra ferarum;  
 Et superans omnes mentis nouitate benignae,  
 Sufficis haud animo cupienti commoda cunctis  
 Largiri; quamuis numerum uincuntia donas, 230  
 Ingenuos releuas occulte munera praestans;  
 Namque cupis superi te cerni lumine solo,  
 Corruptique tuum non ulla superbia pectus  
 Affectusque bonos minime fortuna nouauit;  
 Et quicumque prius, caperes quam sceptris rogatus, 235  
 Offendit propriae temeratus crimine culpae,  
 Felicis domini fruitur nunc tempore laeto  
 Praemia pro poenis speratis sumere mirans.  
 Omnia sed superat, princeps, praeconia uestra  
 Propositum, sapiens quo fidos eligis aulae 240  
 Custodes, per quos Romana potentia crescat,  
 Et quo, Roma uetus misit quoscumque, benigne  
 Sustentas omni penitus ratione fouendo,  
 Prouehis et gradibus praeclaris laetus honorum,  
 Ne damni patriae sensus fiantue dolores; 245  
 Fortunam quare tibi debent atque salutem  
 Votaque suscipiunt pro te noctesque diesque.  
 Nec non eloquio decoratos, maxime princeps,  
 Quos doctrina potens et sudor musicus auget,  
 Quorum Romanas munit sapientia leges, 250

228 *malim* bonitate || 231 releuans A, *correx* || 236 *puto* temerator || 242 Et quod (quod solito *compendio*, t *supra-scripta*) A

Adsumis socios iusto moderamine rerum;  
 Et solus doctis das praemia digna labore,  
 Muneribus ditans et pascens mente benigna.  
 Haec propter celsi dominator maximus axis  
 255 Infestos uestris auertit ab arcibus hostes,  
 Quos furor iniustus uiolato foedere mouit,  
 Euphratis uasti prope maxima flumina raptim  
 Ex improniso latronum more ruentes.  
 Sed deus in propriam cladem conuerterat illos,  
 260 Consiliisque tuis iustissima damna tulerunt.  
 Haec eadem cunctos, bello quicumque lacessunt  
 Imperii columen uestri pacemque, manebunt,  
 Vt sol oceano tollens mergensque iugales  
 Cernat Anastasii florere per omnia nomen:  
 265 Vtraque Roma tibi iam spero pareat uni  
 Auxilio summi, qui conspicit omnia, patris,  
 Quem placas omnem stabilis pietate per orbem  
 Tempa nouans renouansque deo fulgentia semper  
 Lucraque uera putans aurum consumere iuste.  
 270 Experti nuper sumus ergo, sceptrifer, omnes,  
 Quanta tuum pectus seruat praesentia regis  
 Caelestis, propria bonitate pericula pellens.  
 Nam cum mole sua supra te nauis iniqua  
 Sese cum uentis ferret uelisque nefandis  
 275 Atque salus dubiae penderet maxima uitae,  
 Vitae, qua leges Latiae, qua cuncta tenentur,  
 Ipse deus pelago praesens exhaustit ab alto,  
 Quantus adest pro te ostendens discrimine magno,  
 Non aliter summum solitus monstrare fauorem.  
 280 Sancta pios homines testantur scripta per aeuum,  
 In quibus historiae tales sunt mille bonorum,

261 *fortasse* lacessent || 265 iam *scripsi*: nam A || 267 omni A, *correx* || 269 an consumere in ista ? || 273 sua *scripsi*: noua A || 274 ferret *scripsi*: ueheret A || 277 *puto* pelagus (*siue hic ob euphonia praefers pelagum*) p. e. ab alno

Quorum sic uirtus praefulserat omnibus annis,  
 Dextra quod eripuit diuina e casibus illos,  
 Nec prius enituit pietas quam tecta salute,  
 Ex insperato dederat quam numen Olympi. 285  
 Hoc rex omnipotens in uobis ipse probauit,  
 Qui peperit mundum, qui lumine cuncta tuetur,  
 Quem recolens animo ueneraris tempus in omne,  
 Pignoribus dignis decoratus sanguinis alti;  
 Nam quid commemorem Pauli mitissima corda, 290  
 Quem tibi coniungit munimen laudis honestas,  
 Non solum generis uenerandi uincula sacra;  
 Nam mores sequitur mediocres pectore casto.  
 Ore canam quonam pietatis culmina tantae,  
 Qua fratris natos animo complecteris aequo, 295  
 Non patruum tantum, sed patris more colendo,  
 Indole quos nutris dignos et stirpe parentum?  
 Hypatii uestri referam fortissima facta,  
 Qui Scythicas gentes ripis depellit ab Histri,  
 Quem uidit ualidum Parthus sensitque timendum? 300  
 Qua laudes meritas Augustae dicere possim,  
 Auctor quae fuerat tantorum et causa honorum,  
 Dum patrium munit tam firmo principe regnum  
 Permittitque uiro mundum seseque tuendam?  
 Ex omni sensus inuicta cupidine praua, 305  
 Cuius fama piae uulgatur in omnibus oris,  
 Plus fecit quam quod sexus concesserat illi,  
 Prouida cum tantum Romano profuit orbi.  
 Numen, quod caelum, terram pontumque reuisit,  
 Ausoniis seruet regnis haec munera semper, 310  
 Barbariaeque ferae capiant iuga uera subactae,  
 Votaque firmentur populi sanctique senatus.

289 alti scripsi: apti A || 301 Quas A, correxi || 311 uera] ūa A uestra Denisius || subscribit A: Expliciunt laudes sacratissimi impatoris anastasio isaaurici et parthici et gothici uictoris dictae a prisciano gramatico.

## II. Periegesis.

Naturae genitor, quae mundum continet omnem,  
 Annue, rex caeli, positum telluris et undae,  
 In quas imperium mortalibus ipse dedisti,  
 Materiem tantam, me promere carmine digno.  
 5 Incipiens terrae tractus pontique meatus  
 Et fluuios canere atque urbes populosque per orbem  
 Discretos, late refluxum memorare parabo  
 Oceanum, tellus quo cingitur aequore tota,  
 Insula ceu sese diffundens litore uasto.  
 10 Non tamen assiduo teres undique margine circum  
 Clauditur haec, bifido sed brachia litore pandens  
 Artatur rapidos cursus ad solis utrimque,  
 Assimilis fundae. sed quamuis corpore toto  
 Vna sit haec, homines tres dicunt esse diremptas:  
 15 Et primam Libyen, post Europen Asiamque.  
 Sed Libyam Europae discernit finibus amplis  
 Linea, quam obliquant Gades atque ostia Nili:  
 Qua boreae excurrit Memphitis terra sub axes  
 Atque locum nouit Spartano fama Canopo.  
 20 Sed terras aquilo qua frigore damnat iniquo,  
 Europen Asiae Tanais disiungit ab oris,  
 Sauromatas linquens Scythiam qui gurgite uasto  
 Perstringit praicepsque ruit Maeotida poscens.  
 At medius finis iamiam decliuis ad austrum est,  
 25 Quas Hellesponti fauces dixere priores;  
 Sed magis australis sunt terminus ostia Nili.  
 Per mare sic fluuiosque duos discernitur orbis.  
 Ast alii terris malunt discernere terras.  
 Finibus est Asiae latus artum lingua supernis,

II. De codicibus cf. supra p. 262 sq. || 4 Materiem tantam A: Mater(a)e tanta B || 14 tris fere B || 17 gadis plerique B || 18 memphytes A || 20 dampnat A || 23 Praestringit A, B ex maiore parte | meotida A || 25 helles ponti A || 28 terras (i supra a) malunt A

Caspia quam mediam faciunt atque aequora ponti 39  
 Euxini: locus hic discrimen dicitur esse  
 Europae atque Asiae disiungens ruribus arua.  
 Ast alius finis longissimus exit in austros,  
 Qui secat Aegypti terras aequorque Sabaeum:  
 Separat hic Libyen Asiae confinia rumpens. 35  
 Talia mortales perhibent discrimina terrae.  
 Circuit oceani gurges tamen undique vastas,  
 Qui, quamuis unus sit, plurima nomina sumit.  
 Finibus Hesperiiis Atlanticus ille uocatur;  
 At boreae qua gens feruens Arimaspa sub armis, 40  
 Dicitur ille piger nec non Saturnius, idem  
 Mortuus ast aliis, minimo quod lumine solis  
 Perfruitur; tarde radios nam subicit ortus,  
 Nubibus et crassis premitur nimbisque grauatur.  
 Vnde tamen primo conscendit lumine Titan, 45  
 Eoumque uocant atque Indum nomine pontum.  
 Sed qua deuexus calidum polus excipit austrum,  
 Aethiopumque simul pelagus Rubrumque uocatur;  
 Qua deserta patet tellus ardore perusta.  
 Circuit oceanus sic totum maximus orbem, 50  
 Nomimbus uariis celebratus et aequore tanto.  
 Hinc atque inde sinus penetrabilis efficit ille  
 Exiguos multos, dirimens mare, quattuor amplos.  
 Persecat Hesperiam primas qui porgitur undis,  
 Pamphylumque latus Libyae pertendit ab oris. 55  
 Hoc minor est, reliquis maior, quem Caspia tellus  
 Suscipit intrantem uastis aquilonis ab undis,  
 Nomine Saturni quod Tethys possidet aequor.

32 Europae atque A: Europes B || 37 uastos (v supra o)  
 A || 41 i=dem A || 42 ast AB plerique: est B pauci || 43 subicit  
 scripsi: suspicit A (pauci B) suscipit B || 45 malim descendit  
 uel contingit (consurgit Wernsdorffus) || 48 Aethyopumq; A  
 49 ardore B: atq; ora A || 53 multos B: multo A || 55 libie A  
 portendit uulgo || 56 Hoc — reliquis B: Hic — reliquis A  
 57 = ab A || 58 tethys A: thetis uel tethis B

Caspianus iste sinus simul Hyrcanusque uocatur.  
 60 At duo, qui ueniunt australis ab aequore ponti,  
 Hic supra currens mare Persidis efficit altum,  
 E regione situs qua Caspia uoluitur unda;  
 Fluctuat ast alter Panchaeaque litora pulsat,  
 Euxini contra pelagus protentus in austros.  
 65 Hosce sinus perhibent quos Tethyos efficit unda  
 Maiores; nam sunt alii multique minores.  
 Nunc maris Hesperii Instrabo carmine tractus,  
 Flexibus in uariis qui frangitur aequore pontus,  
 Has stringens pelago terras, circumfluus illis,  
 70 Montibus et radens suppostasque urbibus oras.  
 Adsis, o numen studiorum praesul et artis,  
 Ordine principium capiens Atlantis ab unda,  
 Herculeo celebrant qua metae munere Gades  
 Caeliferasque tenens Atlans stat monte columnas.  
 75 Est primus uastis qui pontus Hibericus undis  
 Diuidit Europen Libya, communis utrique.  
 Hinc atque hinc statuatae sunt: ambae litora cernunt,  
 Haec Libyes, haec Europes, aduersa tuendo.  
 Gallicus hinc gurges, qui Celtica litora pulsat,  
 80 Excipit. hunc sequitur Ligurum cognomine dictus.  
 Qua domini rerum terris creuere Latinis,  
 Ad Leucen Petran aquilonis ab axe reductis,  
 Quae freta Sicaniae concludit litore curuo.  
 Insula sed Cynos propriis pulsatur ab undis  
 85 Inter Sardonium pelagus Celtumque refusis.  
 Inde salis tumidus Tyrrheni uoluitur aestus  
 Ad partes uergens australes. excipit istum  
 Sicaniae gurges solis deflexus ad ortus,

62 situm AB || 63 pancheaq; AB || 65 tethyos A: thetios  
 uel tethios B || 68 qui B: quo A || 73 gadis AB || 74 atlas (s ex  
 corr.) A || 76 lybia A || 77 hinc statuatae B: inde statuatae A  
 78 libies A | tuenda fere B || 80 hunc AB: hinc uulgo | dignus  
 fere B || 82 leucen petran AB: Petram Leucen uulgo || 84 cynos  
 — pulsatus fere B || 87 australis B

Qui procul effusus Pachyni distenditur oris  
 Ad Cretae summam, quae prominet aequore, rupem; 90  
 Qua Gortyna potens, mediis qua Phaestus in aruis.  
 Arietis hanc rupem simultantem uertice frontem  
 Prominulo Graii Criu dixere metopon.  
 Hoc mare Garganii concludit Iapygis ora.  
 Illinc incipiens extenditur Hadria uastus, 95  
 Ad boream penetrans pelago solemque cadentem  
 (Ionius pariter sinus hic perhibetur ab orbe),  
 Diuidit et geminas diuersis partibus oras,  
 Quas tamen extremas coniungit terminus unus.  
 Ad dextram partem protenditur Illyris alma, 100  
 Post hanc Dalmatiae populorum martia tellus.  
 At laeuam Ausoniae porrectus continet Isthmos,  
 Quem tria circumdant maria undique litore curuo  
 Tyrrhenum, Siculum nec non simul Hadria uastus;  
 Finibus at propriis exceptant singula uentos: 105  
 Tyrrhenum zephyro, Siculum sed tunditur austro,  
 Hadria succurrens eoo frangitur euro.  
 At post Sicaniam tractu diffunditur alto  
 Ad Syrtin pelagus, Libycis quae cingitur oris,  
 Maiorem; post quam minor excipit aequora longe, 110  
 Atque sinu gemino resonantia litora pulsant.  
 Finibus a Siculis Cretaeum tenditur aequor,  
 Ad solis ueniens ortus, Salmonida poscens,  
 Dicitur eous qui Cretae terminus esse.  
 Post hanc est geminum mare uastum fluctibus atris, 115  
 Flatibus Ismarici boreae quod tunditur acris,  
 Qui ruit aduersus celsae de partibus arcti.

89 pachini distenditur B: pachinis tenditur A || 91 gortyna AB | festus A: festos fere B || 93 Prominulo scripsi: Pro merito AB | graii (uel grai) B: grandi A || 94 gargani B || 95 adria nonnulli B, ut et postea | uestus (a supra e) A || 100 ylliris A || 102 istmos A || 103 Quam A || 107 succumbens Schraderus || 109 syrtim A syrtim uel sirtim B || 111 litora B: litore A || 112 siculi A, B ex parte

Quod prius est, Pharium perhibent; hoc litora tangit  
 Praecipitis Casii montis. post unda secunda  
 120 Sidonium est pelagus; penetrat qua gurgite pontus  
 Issicus, arctoas ad partes aequore uergens,  
 Non longe rectus; Cilicum nam frangitur oris.  
 Hinc zephyros poscens ueluti draco flectitur undis,  
 Qui iuga montiuagus uastat siluasque fatigat.  
 125 Partibus extremis Pamphylia clauditur isto,  
 Atque Chelidoniae rupes cinguntur eodem.  
 At procul hunc zephyrus finit Patareide summa.  
 Post haec arctoas ad partes aspice rursus  
 Aegaeum, superat qui fluctibus aequora cuncta,  
 130 Dispersas uasto qui gurgite Cycladas ambit.  
 Terminat hunc Imbros pariter Tenedosque coercens,  
 Angusta trahitur qua fauce Propontidis unda;  
 Asia quam supra populis distenditur amplis  
 Ad notiam partem, qua latus ducitur Isthmos.  
 135 Threicius sequitur post Bosphorus, ostia Ponti:  
 Hoc nullum perhibent terras angustius orbis  
 Esse fretum dirimens; hic sunt Symplegades artae.  
 Panditur hinc Ponti pelagus Titanis ad ortus;  
 Quod petit obliquo boream solemque meatu.  
 140 Hinc atque hinc medio procurruno aequore colles:  
 Vnus, qui ueniens Asiae de parte Carambis  
 Dicitur australi; sed contra finibus alter  
 Prominet Europae, hunc Criu dixere metopon.  
 Ergo conueniunt aduersi, gurgite tanto  
 145 Distantes quantum ternis transire diebus  
 Eualeat nauis. bimarem sic aequore Pontum  
 Aspicias similem cornu, quod flectitur arcus

118 uarium A || 123 zephiros A || 129 Aegeum A, et fere B || 135 bosphorus (s prior supra lin.) A bosph. uel bosph. uel bosp. B || 136 om. A, qui in marg. R || 137 arte B: arce A || 139 petit om., in marg. m. 1 add. A || 142 australis uulgo || 147 A=spicias A | quo pauci B | flectitur om. A, qui in marg. R



Neruo curuati distento: dextera neruum  
 Assimilat (recto trahitur nam linea ductu,  
 Extra quam, boream quod scandit, sola Carambis); 150  
 Sed formam cornu geminatis flexibus edit  
 Latus, quod Pontum cingit sub parte sinistra.  
 In quam Maeotis penetrans aquilonis ad axes,  
 Quam Scythiae gentes circumdant undique ripis  
 Et matrem Ponti perhibent Maeotidis undam; 155  
 Scilicet hinc Ponti uis exit gurgite multo  
 Cimmerium torrens per Bosphoron; hic ubi Taurum  
 Cimmerii gelidis habitant sub finibus imum.  
 Haec maris est species, splendens haec forma profundi.  
 Nunc tibi telluris regiones carmine pandam, 160  
 Ut cernas animo non uisas lumine terras  
 Atque docens alios lauderis pectore docto.  
 Incipiens Libye tenuisque a Tethyos undis,  
 Oceanus Tyrias qua pulsat gurgite Gades,  
 Tenditur ad notias partes et solis ad ortus 165  
 Et mensae formam reddit mensoribus artae,  
 Quam tradunt terrae non aequo margine cinctam.  
 Terminat haec finis Rubri prope litora ponti  
 Latos, Aethiopum populus quos possidet alter;  
 Quem calidis iuxta terris pascuntur Erembi. 170  
 Has pelli similes pardi dixere priores;  
 Namque solum squalens urbes distinguit opacas.  
 Haec sitis, haec umor latos uariatur in agros.  
 Sed summam Libyen habitant ad Tethyos undas,  
 Alcidae qua sunt statucae, Maurusia plebes. 175

148 curuati *codd.*: curuatus *uulgo* || 149 Assimilat *pars B* |  
 linia *A* || 153 meotis penetrans *A* || 155 meotidis *A* (*ut semper*) ||  
 157 bosporon *pars B* | taurus *pars B* || 160 Nunc] *N initialis*  
*grandior A* | regionem *ferē B* || 163 libyae tenuis qua tethios *A*  
 (*libyae et tethios etiam B fere*) || 164 tyrios (*a supra o*) *A* |  
 gadis *AB* || 166 artae *Camers*: artis *A* artes *ferē B* || 167 aequo  
 m. cinctam *A*: aequam (-quum *uel* -qua) m. cuncta (-ctē) *B* ||  
 168 fines *B plures* || 169 populos *codd.* (*ex mala adsimilatione*),  
*correxi* | alter *B*: anster *A* || 173 humor *ferē B* || 174 tethios *B*

Post hos immensae Nomadum de semine gentes  
 Atque Masaesylii nec non Massylia proles.  
 Saltibus hos duris asper silisque uagantes  
 Vietus alit saeua quaesitus caede ferarum;  
 180 Scilicet ignaros terras perfindere rastris  
 Agricolasque boues plostris domitare sonoris;  
 Namque errant nemorum per dumos more ferarum.  
 Quos prope tenduntur fines Carthaginis altae,  
 Perpetuas Tyrii celebrat quae condita laudes;  
 185 Qua regnans felix Dido per saecula uiuit  
 Atque pudicitiam non perdit crimine falso.  
 Hanc minor insequitur Syrtis maiorque secunda;  
 Qua tumor immensus Tyrrheni pellitur aestus  
 Accessusque furit siccisque recessus harenis.  
 190 Ast inter Syrtis urbs est, quam nomine dicunt  
 Esse Nean polin; hanc supra iustissima fertur  
 Hospitiis gaudens gens degere Lotophagorum.  
 Hos licet ad fines desertas cernere terras  
 Extinctis populis Nasamonum marte Latino.  
 195 Asboetae post hos terrarum rura tenentes  
 In medio, summus Libycais et gentibus Hammon.  
 Nec non Cyrene clarorum mater equorum,  
 Urbis Amyclaeae populus quam condidit olim.  
 Marmaridae post haec Aegypti ad flumina uertunt;  
 200 Gaetulique super sunt uicini Nigretes.  
 Continuo post hos sequitur Phaurusia tellus.

176 imm. *A cum parte B* || 177 masaesylii *codd.* (*sy ex corr.*  
*in A*) | massylia *A*: massilia (*masilia unus B*) || 180 perfindere  
 rastris, *sic AB* || 181 plostris *pars B* || 186 crimine falso *A*:  
 carmine falso *B* || 188 tyrrheni *A* || 189 Accessumq; *pars B* ||  
 191 nean polin *pauci B*: neapolim *A*, *sic uel neapolin plures*  
*B* || 192 gens gaudens (*signis appositis traiectum*) *A* || 193 affines  
 d. ≡ cernere *A* || 195 Ast boete *A* Asboet(a)e *ferē B* (*Ast boetae*  
*unus*); Asbystae *uulgo*; Asboetae *pro Asbystae* || 196 lybicis *A* ||  
 198 amyclaeae *A* amicleae *ferē B* || 199 post hos *Papius* ||  
 200 getulique; *B* | ≡ nigretes *A* || 201 Phaurusia *uulgo*: mau-  
 rusia *AB*

Hanc habitant iuxta Garamantes Debride clari;  
 Quae superat cunctas urbs miro munere fontis,  
 Frigore qui noctis feruet calefactus et umbris,  
 At solis friget radiis glacialis et igni. 205  
 Omnibus extrema populis clauduntur in ora  
 Aethiopes; Libyes ubi finit litora Cerne,  
 Oceanum nimio quae pulsat sole calentem.  
 Nec longe feruent Blemiorum collibus agri.  
 Hinc fluuii pinguis descendunt flumina Nili, 210  
 Partibus a Libycis qui currens solis ad ortus  
 Siris ab Aethiopum populis cognomine fertur,  
 Versum cultores Nilum dixere Syenes;  
 Hinc boreae currens ad partes flumine pingui  
 Fertilis Aegypti terras fecundat opimas 215  
 Septenoque ferit Pellaeum gurgite pontum.  
 Non alius tantum fluuiorum ditat harenas  
 Atque trahens limum complectitur ubere campos.  
 Hic latis Libyen Asiae disternit oris:  
 Haec ortus cernit, uidet austros illa calentes. 220  
 Hunc habitant iuxta sapientum corda uirorum,  
 Disposuere uias qui uitae mente potenti  
 Et primi dederunt sulcos et semina terris,  
 Obliquos solis tractantes pectore cursus.  
 Horum telluris fines nunc carmine dicam 225  
 Et formam, celebrat quam gloria magna per orbem.  
 Haec igitur latis diffusa patescit in aruis  
 Fertilis et superans alias pinguedine glebae.  
 Marginibus laterum formatur at undique ternis;  
 Lata quidem boreae sub litore tenditur oris; 230  
 Ast ortus angusta petit summamque Syenen,

202 debrite fere B || 203 fontes A || 205 glacialis A || 206 clauduntur] du supra lin. A || 207 lybies A || 209 Blemiorum vulgo: blemmyum A cum paucis B blemmum ceteri B; num Blemyum sub collibus? || 215 fecundit (a supra i) A || 216 pel- leum B pelem A || 219 lybien A || 223 dederant AB, corr. Schraderus | terris] i ex corr. A

Qua celsi mediam montes utrimque coercent,  
 Irrigui per quam descendunt flumina Nili.  
 Hanc habitant homines multi pariterque opulenti.  
 235 Qui ueteris claraeque colunt sub moenia Thebes,  
 Quam perhibent centum portas habuisse priores;  
 Filius Aurorae Memnon qua regna tenebat.  
 Hic sunt et septem mediis in finibus urbes,  
 Quas celebrat totum discurrens fama per orbem;  
 240 Et quicumque maris uiuunt prope litora uasta,  
 Qua lacus est ingens liquidae Serbonidis undae.  
 Ad cuius zephyrum Macetum sunt moenia regis  
 Et Pharos Idothees scopuli Pallenidis alti.  
 Post urbs sub Casio Pelusi uergit ad ortus,  
 245 Nauigiis populus duris quam possidet aptus.  
 Non tamen est Libyes ponendus finibus iste;  
 Scilicet eoas Nili qui continet oras,  
 Nili, quem circum floret mirabilis arbor  
 Extinguitque sitim pomo, cui nomen adiposus.  
 250 Haec facies Libyes, hic claudit terminus illam.  
 Sunt tamen huic aliae gentes, quae litore summo  
 Tethyos aut mediis habitant telluris in aruis  
 Et gratas circum ripas Tritonidis undae.  
 Hic lapis, Heeliotropius qui nomine uero  
 255 Dicitur, est; uertit radios nam solis in unda,  
 Siquis eum fusa labris immergat aenis,  
 Sanguineaque rubens respundet luce coloris;  
 Purior at soli renitet nudatus ab undis.  
 Si placet Europes quoque me tibi dicere formam,  
 260 Haud taceam. similis Libyae est, sed uergit ad arctos,  
 Finibus et pariter distentis pergat ad ortus;

235 ueteres B || 240 uasta A: uasti B || *uu.* 243—596 extant in A post 948 || 244 pelussi nonnulli B | ortum vulgo || 246 ponendus] pondus A || 249 que om. A | adypsos A || 252 Tethios A || 254 heliotropius A cum plerisque B (recte duo) || 256 immergat A || 257 Sanguineaq;] sic AB | colores A || 258 retinet A || 259 europis A || 260 ad supra lin. A

Linea namque Asia similis disiungit utramque:  
 Haec notias spectat partes, aquilonis at illa.  
 Ast ambas unam si terras esse putemus,  
 Assimilent conum laterum compagibus aequis, 265  
 Cuius ad occasus est summum, lata sub ortu:  
 Sic Europa tibi facili dinoscitur arte.  
 Ad cuius summum, prope metas Herculis alti,  
 Magnanimae gentes, dederat quis nomen Hiberus,  
 Ad spatium multum terrarum rura colentes 270  
 Oceanum boreo contingunt frigore durum,  
 Scrutanturque decus pulchrum sapientibus auri,  
 Quos tamen haud maculat praesens nec deicit absens.  
 Qua sunt Germani bellaces atque Britanni.  
 Saltibus Hercyniis Germania subiacet atrox: 275  
 Haec tergo similis taurino dicitur esse  
 Et pascit uolucres, mirum, fulgentibus alis,  
 Quis ducibus noctu cernuntur flexa uiarum.  
 Pyrenes sequitur mons. post hunc Celtica tellus,  
 Eridani fontes contingens glauca fluenta, 280  
 Hic Phaethonta suum carae luxere sorores;  
 Hic electra legunt alnis stillantia Celtae,  
 Sucina quae memorant, mellis uiniue colore,  
 Quae paleas rapiunt tractu frondesque caducas.  
 Post hos Tyrrheni, quos iuxta solis ab ortu 285  
 Incipiunt Alpes; quibus exit gurgite uasto  
 Oceani rumpens glacialis litora Rhenus.  
 Hunc prope consurgit fons Histri flumine longo;  
 Qui poscens ortus Euxini peruenit undas  
 Irriguam Peucen amplexus gurgite quino. 290  
 Cuius ad arctoas est partes barbara tellus  
 Innumeras gentes gremio complexa reducto,

262 Linia A cum parte B || 265 Assimulent (-lant) B ||  
 267 europa, ro supra lin., A || 268 summam Wernsdorfius ||  
 269 hyberus A || 275 hercyniis A hercyneis B || 280 Heridani  
 AB | fontis pauci B | glauca scripsi (cf. Dionysii 289 καλλιερρόον):  
 rauca AB || 281 phetonta A || 287 glacialis — hrenus A

Cui finem faciunt Maeotidis ostia uastae.  
 Hinc sunt Germanique truces et Sarmata bellax  
 295 Atque Getae nec non Basternae semina gentis.  
 Dacorumque manus et martia pectora Alani  
 Atque dromon Tauri retinentes fortis Achilli  
 Angustum et longum Maeotidis ostia iuxta.  
 Hos equites supra celeres funduntur Agauī,  
 300 Atque Melanchlaenum populus metuendus in arcu.  
 Post Hippemolgi sunt Hippopodesque potentes  
 Atque Geloni cum Neuris, pictique Agathyrsi,  
 Hic ubi descendit porrecta Borysthenis unda  
 Euxinumque subit Criu prope tracta metopon.  
 305 E regione iacet locus hic Symplegados artae.  
 Hic sunt Ardisci quoque Panticapique fluenta:  
 Diuidi currunt Riphaeis montibus ambo.  
 Hi miscent qua se ponti glacialibus undis,  
 310 Nascitur electrum praefulgens luce nitenti,  
 Mense solet primo qualis splendescere luna.  
 Hos adamanta legunt iuxta fortes Agathyrsi.  
 Tot dirimit gentes aquilonis partibus Hister:  
 Huius ad australes terras Gerraeeque feroces  
 Noricique colunt bellaces Pammonique  
 315 Et Mysi Thracum boreis in finibus orti;  
 In quorum terris, quas Ponti praefluit unda,  
 Ignipotens oleo commixto gignitur herba,  
 Medica cui nomen; cuius compescere flammās  
 Si quis aqua cupiat, plus ignem pascit in illa:  
 320 Pulueris hunc iactus potis est extinguere solus.  
 Thraces arant post hos latissima rura tenentes;

293 meotidis AB || 294 Hic fere B || 295 semine (a supra  
 e) A || 297 dromantauri A || 300 melanchlaenum A, et fere B ||  
 301 hippemolagi sunt ippod. A || 303 borysthenis (y supra i  
 pr.), sic A || 305 arte AB || 306 Aldesci uulgo | quoque om. A |  
 pontique capique A || 307 ripheis A, et fere B (ripaeis pauci) ||  
 308 Immiscent pauci B | glacial. A || 311 adamante A || 315  
 thracum B || 320 tactus B || 321 altissima A

Quae torrens stringit finitque Propontidis unda  
 Atque Hellesponti fauces, Aegaeus et altus.  
 Nascitur hic scopulis Pallenae gemma refulgens,  
 Asterium perhibent: stellis certare putatur 325  
 Et flammae similis splendenti lumine lychnis.  
 Hi ripas Histri porrectas undique cingunt.  
 Europae reliquas nunc partes aspice ternas,  
 Phoebeos uergens quibus eminet illa sub ortus.  
 Prima est, Hispanum quae frangit litore pontum; 330  
 Altera, Tyrrhenum quae pulsat molibus aequor;  
 Tertia, quae Graios circumflua gurgite pascit.  
 Sed tamen oceanum contingit Hiberica tellus  
 Occiduum, Calpen qua summam sustinet unam  
 Herculis e statuis; quam supra diues et alta 335  
 Tartessus Cemsique, sedent qui collibus imis  
 Pyrenes, caelum quae tangit uertice summo.  
 Ast ambas inter tellus iacet Ausonidarum,  
 Limite quam recto mediam secat Appenninus.  
 Qui mons, incipiens boreis ex Alpibus altus, 340  
 In freta Sicaniae porrectas terminat oras.  
 Hunc urbes circum populi gentesque frequentant,  
 Quos breuiter retegam nostro tibi carmine cunctos.  
 Tyrrheni primum fortes, iuxtaque Pelasgi,  
 Cyllenes quondam propria qui sede relicta 345  
 Tyrrhenis socias petierunt nauibus arces.  
 Hos prope sunt omni superantes laude Latini.  
 Quorum per terras decurrit in aequora Thybris  
 Regius, irriguo dirimit qui gurgite Romam,  
 Romam, quae genitrix regum dominatur in orbem. 350

323 aegaeus AB || 324 scopulis pallaene A palenae fere B ||  
 328 terras A; inter hoc et ternas fluctuant B || 329 Phebeos A ||  
 331 molibus B: mobilis A || 333 hyberica A || 334 in textu  
 omissum (unde marg. de) in parte inferiore add. A || 335 Her-  
 culeis statuis A || 336 cemsique A || 337 qui uulgo || 331 sa-  
 caniae (i supra a) A || 344 Tyrrhenis A || 348 tybris A || 350 genitrix A  
 cum paucis B | orbe A

Post hos pingue solum sequitur, Campania diues,  
 Hic ubi Parthenopes domus est castissima, frugum  
 Fertilis: hanc pontus propriis exceperat undis.  
 Ad noton est, longe supra Sirenida rupem,  
 355 Picentis Silari gurges, spectabile flumen.  
 Hunc habitant prope Lucani Brettique coloni,  
 Ad Leucen petram longissima rura tenentes.  
 Hinc est ad boream Zephyri quae summa uocatur;  
 Sub qua sunt Locri celeres, qui tempore prisco  
 360 Istue reginam propriam uenere secuti,  
 Ausoniamque tenent, qua currit flumen Halecis.  
 Moenia cernuntur Metaponti deinde Crotonque,  
 Quam pulcher gratam praeterfluit Aesarus urbem.  
 Vltierius pergens hinc templa Lacinia cernes.  
 365 Post haec est Sybaris, periit quae numinis ira  
 Praeponens hominum tumulos caelestibus aris,  
 Poscere qui Pisis ausi certamina soli.  
 Samnites medio complectitur Itala tellus  
 In gremio Marsosque simul. tunc deinde Tarentum  
 370 Tangitur aequoribus, quod muniuere Lacones.  
 Continuo Calabriae telluris rura secuntur.  
 Vsque Hyrii summam sed tendit Iapygis ora:  
 Qua salis Hadriaci trahitur uastissimus aestus  
 Atque sinum penetrans Aquileium colligit undas.  
 375 Alta Tegestraeon postremae moenia terrae,  
 Qua sinus Ionius finitur gurgite lasso.  
 Hi sunt Ausoniae populi gentesque potentes.  
 Flexilis hinc pontus conuertens uergit ad ortus  
 Atque Liburnorum terras Hyllisque feroces,  
 380 Bulineon pariter praestringens litora currit  
 Et nenit Illyrias late porrectus ad arces,

351 pingue A || 352 Hic tibi uulgo || 353 ulnis Wassius et  
 Schraderus || 356 bruttiq; A (brectiq; pauci B) || 372 hirii fere  
 B | oram A || 374 penetrans A || 375 tegestreon A || 379 hyllis-  
 que A et fere B: hyllesque (hellesque) pauci B || 380 Bulineon  
 A: Bulimeon B (cf. C. Muellerus ad Dionysii u. 387)



Quas tollunt montes excelsa Ceraunia summas.  
 Cernitur hic tumulus, qui Cadmi dicitur esse  
 Harmoniaeque simul; namque hic serpentibus illi  
 Corpora post tempus longum mutasse feruntur. 385  
 In senio, postquam patriam Thebasque relinquunt.  
 Hic illis aliud posuerunt numina monstrum;  
 Namque duo tumuli concurrunt, peste futura  
 Significant quotiens saeuissima damna colonis.  
 Haec regio fontem mirandae concipit undae, 390  
 Quem merito ueteres dixerunt nomine sacrum.  
 Nam gelidus superat cunctarum frigus aquarum;  
 Accensasque faces si quis prope duxerit undam,  
 Extinguit flammam; recipit sed rursus easdem,  
 Admoueat dextra cum extinctam lampada fonti. 395  
 Sed supra Thracen nec non Epiron ad austros  
 Principium terrae doctissima Graecia sumit,  
 Ascendens multum geminoque sub aequore cineta,  
 Aegaeo Siculoque; mouent quae flamine uenti  
 Diuerso, Siculum zephyrus tenet, eurus at altum 400  
 Aegaeum. sequitur Pelopis post insula lata,  
 Consimilis folio platani, quod muris acutam  
 Aequiperat caudam; cuius iacet Isthmos inago,  
 Hellados ad boream sibimet confinia iungens;  
 Latior at tellus, folium ceu flexile, circum 405  
 Cingitur aequoribus. zephyrum Triphyllidis arua  
 Excipiunt; per quam descendit flumine pulchro  
 Alpheus, qui Messeni discinditur undis  
 Eurotae: terris ambo nascuntur Aseis;  
 Hic tamen Eleos et diuidit ille Laconas. 410

382 Qua — summos *uulgo* || 383 cathmi A || 384 Armo-  
 niaeque; AB || 387 Hinc A | illos AB || 389 dampna A || 393 dux-  
 erat (i *supra* a) A || 395 dextram B (*pars* extincta) | fonte  
 (i *supra* e) A || 397 grecia A || 398 geminoq; sub AB: geminato-  
 que *uulgo* || 399 Aegeo (et 401 Aegeum) AB | quam A || 400 at  
 A: ad B || 402 platani folio *uulgo* || 407 descendunt *ferè* B ||  
 409 aseis A, et *ferè* B || 410 heleos B

Hic mediis habitant late telluris in aruis  
 Arcades Apidanei sub scopulos Erymanthi;  
 Qua Melas atque Crathis fluit, qua currit Iacon,  
 Tenditur atque uetus qua longo gurgite Ladon.  
 415 Hic merulos perhibent albos (mirabile dictu),  
 Hic nasci lapidem, qui tacto accensus ab igni  
 Extingui nequitur: quem Grai nomine uero  
 Asbestum memorant; ferri nitet ille colore.  
 Iuxta est Argium tellus pariterque Laconum:  
 420 Ortus Argiui uerguntque Lacones ad austros.  
 Aequoribus geminis isthmos pulsatur utrimque:  
 Hoc Ephyren contra zephyrus, sed uerberat illud  
 Eurus; in immensum quae mergitur unda profundum,  
 Nomine quam Danaï dixere Saronida prisco.  
 425 Attica sed tellus post isthmon solis ad ortum est.  
 Hinc Orithyiam Boreas rapuisse puellam  
 Traditur. hic Ilisos aquis deuoluitur amnis.  
 Boeotum sequitur finis; quo dicitur unda  
 Esse potestatis diuersae. namque duobus  
 430 Fluminibus uertit ueruecum lana colorem;  
 Hoc fuscatur niueas, hoc albat gurgite nigras.  
 Locridis inde solum sequitur regionis et ora  
 Thessalis et tellus Macetum cum moenibus altis;  
 Sub cuius scopulos tangentes uertice caelum  
 435 Speluncae ueteris seruant insignia eladis;  
 Finibus in mediis terrarum namque uidentur  
 Ostrea muricibus siccata latentibus esse;  
 Diluuium latebras dederat quod piscibus illas.  
 Concipit et parit hic naturae munere gemma,  
 440 Quam paeaniten perhibent: praegnantibus ista  
 Auxilium confert facilis releuamine partus.

411 latae A || 412 scopulos AB: scopulis *uulgo* || 413 aon  
 A || 419 colonum A || 426 orithiam A (et *pars* B) || 427 ilisos A  
 (*pauci* B): illisus *plerique* B || 428 ducitur A || 434 scopulis  
 unus B || 440 paeaniten A

Cernitur hinc niueas attollens uertice rupes  
 Haemus Threicius, quem contra tenditur agris  
 Ad zephyrum regio Dodones lata feracis.  
 Ad cuius notias partes sub rupe Aracynthi 445  
 Aetolae gentis sunt belli laude potentis  
 Campi, quos medios Acheloia persecat unda  
 Et mare Trinacrium perrumpit Echinadas inter.  
 Regna Cephalenae prope sunt sapientis Vlixii.  
 Iste galactiten ripis ostendit in altis: 450  
 Vberibus prodest nec non infantibus idem,  
 Et si quis terat hunc, albescit lacte liquescens.  
 Hunc fluuium iuxta, praeclaros solis ad ortus,  
 Phocis ad arctos uentos extenditur ingens,  
 Donec contingat calida ostia Thermopylarum 455  
 Sub iuga Parnasi; Cephisos gurgite magno  
 Quam mediam dirimit descendens murmure uasto;  
 Qua templum Phoebi memorabile Delphica sedes.  
 Nunc magno nobis sunt insulae ore canendae,  
 Quas homines toto dispersas aequore cernunt. 460  
 Est igitur ponto tellus circumflua prima,  
 Cui nomen Gadis, statuas haec Herculis inter  
 A Tyriis colitur, Cotinussa uocata uetustis.  
 Continuoque iacent Gymnesiae: has Baleares  
 Romani memorant, hinc frangitur aequor Ebuso. 465  
 Sardoniae post quam pelago circumflua tellus  
 Fontibus e liquidis praebet miracula mundo,  
 Qui sanant oculis aegros damnantque nefando  
 Periuros furto, quos tacto flumine caecant.  
 Post quam non longe cernuntur litora Cynni, 470  
 Corsida quam pariter geminato nomine dicunt.

443 Hemus A || 444 zephyrū A || 445 arachinti A || 446 gen-  
 tes — potentes pars B || 449 cephalenē A: cephalenē fere B ||  
 451 Ista uulgo || 453 thermopylarum A, et fere B || 456 parnassi  
 pars B || 459 Nunc] N uetera maiore A || 464 naicares A ||  
 465 hic A || 466 Sardiniae uulgo || 468 Quod uulgo | oculis  
 om. A lacuna post egros relicta || 470 littora A

Hanc solam perhibent catochiten gignere terram;  
 Corporibus lapis hic ceu glutine tactus adhaeret.  
 Nulla tamen tellus altissima robora siluae  
 475 Sic alibi generat, dehinc rupes Aeolidarum,  
 Quas septem numero perhibent cognomine Plotas;  
 Quippe uiam ratibus pelago dant undique uasto.  
 Trinacriae post has moles distenditur ampla,  
 Cardinibus ternis laterum quam terminat actus;  
 480 Procurrens Pachyno longe claustrisque Pelori  
 Exterrensque rates Lilybaei cautibus aspris.  
 Eminet ad zephyrum Lilybe Pachynusque sub ortum  
 Aspicit Ausoniam boreaeque Pelorus ad axes.  
 Qua mare uix superant nautae cum mille periculis  
 485 Angustum, rabido quod frangit gurgite saxa.  
 Traditur hic pelagi diruptas uiribus olim  
 Excepisse fretum terras, cogente ruina.  
 Plurima sunt istic totum memoranda per orbem.  
 Dianae fons est (Camerina gignitur unda),  
 490 Quem si quis manibus non castis hauserit umquam,  
 Laetifico tristis non miscet pocula Baccho.  
 Haec eadem montem mirandum sustinet Aetnam,  
 Vertice qui summo rigida niue temperat ignem,  
 Nec superant flammae frigus nec frigora flammis.  
 495 Hic salis in Acragas miracula possidet unus,  
 Naturas in quo proprias mutare uidetur  
 Ignis et unda; salem namque illum soluere flammae,  
 Unda solet crepitus illi coniuncta mouere.  
 Hic et Halesinus fons est mitissimus undis,

472 catochyten A || 475 Sic habili A || 480 pachino AB ||  
 481 lilybei AB || 482 pachinusq; AB || 483 boreamq; AB ||  
 peloris fere B || 484 Qui A | nautae cum scripsi: haut (haud fere B)  
 aequum AB || 485 rapido B || 489 Dyanas A cum parte B ||  
 492 mirandā A | ethnam A, et fere B || 495 Hic salis acragas  
 (acragas A cum paucis B) codd., correxi; At salis hic Acr.  
 uulgo || 496 uidentur uulgo || 498 illi pauci B (e coniectura  
 scilicet): illis AB

Tibia quem extollit: cantu saltare putatur 500  
 Musicus et ripis laetans excurrere plenis.  
 Cernitur egregius lapis hic, cui nomen achates;  
 Hoc dederat fluius, cuius generatur ad undas;  
 Hanc simulacra uides uenis ostendere gemmam.  
 Aequoris at Siculi, quod uastis funditur undis, 505  
 Ad noton est pontus Libyae Syrtisque uadosa  
 Maior; ad ulterius si pergas, cerne minorem  
 Occiduam, iuxta quam Meninx insula fulget  
 Et Cercina simul, Libyca statione patentes.  
 Hadria qua penetrat, uenias si parte sinistra, 510  
 Atque legas Calabrum litus, tunc insula magni  
 Ostendet sese Diomedis nomine dicta:  
 Quo profugus quondam uictor concesserat ille,  
 Coniugis incestae per fraudes Aegialeae.  
 Ionium pergens Absyrtidas aequor ad ortus 515  
 Circuit: has olim Colchi tenuere feroces,  
 Lassi dum frustra Medae furta sequuntur.  
 Continuo post hasce Liburnidas aspicias altas  
 Ad notias partes; hinc saeua Ceraunia nautis;  
 Insulae Ambraciae contra cernuntur in alto, 520  
 Et Coreyra potens, Ithaces atque aspera tellus,  
 Et quas oblimat riuus Acheloius amnis,  
 Flumine torrenti praecelsam Chalcida linquens.  
 Sed multae Amnisi boreae sub parte uidentur:  
 Aegylaque, inde Cythera, Calauria dura colonis; 525  
 Ad radios uergit sed Carpathus. hanc prope Crete  
 Pinguis et umbrosis extendens collibus Iden,  
 Ante ortus solis perhibent quam fulgere sole.

505 ad fere B | quod fas perfunditur A || 506 notoni ē A  
 (-tom uel -tum nonnulli B) | libye A || 507 at ulterius unus  
 ex B || 508 Meninx uulgo || 509 Cercinna uulgo || 510 quam A;  
 num recte (scil. partem) ? | si B: ibi A; an ubi ? || 514 incestae  
 A || 515 adsyrtidas A || 518 has celi byrnidas A has celibirnidas  
 fere B || 524 amnis iboreae A || 526 cretae A || 527 idem A iacen  
 pars B

Gignitur hic alimos; quam si quis mordeat herbam,  
 Compescit damnunquē famis rabiemque diurnam. 530  
 At Rhodos Aegyptum contra iacet, insula diues,  
 Suniados contra quoque summum rupis, ad ortus;  
 Nubila quam numquam uetuerunt lumine solis;  
 Nam purus carae potitur telluris. Abantas  
 535 Supra sunt Salamis nec non Aegina. sed ortus  
 Cernentem Cyprum pontus Pamphylius ambit.  
 Post haec sunt ternae citra Patareida summam,  
 Fama Chelidonias celebrat quas nomine terras.  
 Nec procul his Arados Phoenices aequore cincta.  
 540 Aegaei uero diuersis partibus alti  
 Ad fauces artas multae sunt insulae Abydi,  
 Confines Asiae dextrae Europesque sinistrae;  
 Ad boream tamen haec pertendunt ordine longo.  
 Europes Maeris contingit Abantias oram  
 545 Et celsa Scyrus, Peparethus sacraque Lemnos,  
 Fertilis atque Thasos, simul Imbros, post Corybantum  
 Moenibus antiquis Samothracia cernitur aucta.  
 Ast Asiae partem quae tangunt aequora prima,  
 Delon circumdant; has dicunt Cycladas esse.  
 550 Continuo Sporadas ceu stellas aspicias almas,  
 Ioniasque simul; quas inter Caunus et altae  
 Sunt Samus atque Chius, celebratae nomine claro.  
 Aeolicae post et Lesbus Tenedusque sequuntur.  
 Et sinus inde Melas Helles prorumpit in aequor.  
 555 Panditur hinc pelagus tumidaque Propontide feruet  
 Ad boream; saxisque riget Proconesus in illa.

530 famis uulgo: facis (-cit pauci) B om. A || 533 qua B  
 lumina unus B || 537 patereida AB || 538 quos B || 539 his  
 addidi: om. AB est uulgo || 540 Aegei AB || 543 hae pauci B  
 546 choribantum A || 547 alta uulgo || 548 aequora prima A:  
 aequore primae B aequore primam Papius | 550 Contin bos-  
 phoradas A, similia corrupte B | albas Wernsdorfius || 551 tau-  
 nus A || 553 Eolicae A || 554 malas A || 555 feruens ex parte B  
 556 riget unus B (e coniectura): uiget AB

Est etiam laevis Euxini partibus una,  
 Quam Leucen perhibent, aduersa Borysthenis amni,  
 Pascit aues quoniam multas candore niuali.  
 Hic animas perhibent heroum laude potentes 560  
 Degere securas, uirtutis munere pulchro.  
 Cimmericum recta sed si quis Bosphoron ibit,  
 Cernitur huic dextra uastae Maeotidis unda  
 Insula mole graui stans, Alopecea lata.  
 Post quam Phaenagore Hermonassamque nepotes 565  
 Egregiae quondam coluerunt gentis Ionum.  
 Insulae hae celebres pelagi sunt nomine claro.  
 Ast alias refluum circumdat Tethyos aequor;  
 Quarum demonstrum positum regionis et auras.  
 Aethiopes habitant Erythraeam pectore iusti, 570  
 Atlantem iuxta longaeui; finibus olim  
 Venit Hyperboreis quae gens post fata perempti  
 Geryonae, domuit quem uirtus Herculis ingens.  
 Sed summam contra Sacram cognomine, dicunt  
 Quam caput Europae, sunt stanni pondere plenae 575  
 Hesperides, populus tenuit quas fortis Hiberi.  
 Ast aliae oceani iuxta boreotidas actas  
 Sunt geminae, Rhenique Britannides ostia cernunt;  
 Hic etenim lasso perrumpit Tethya cursu.  
 Has tamen haud ualeat spatio superare per orbem 580  
 Insula. perfulget nigro splendore gagates  
 Hic lapis, ardescens haustu perfusus aquarum,  
 Ast oleo perdens flammas; mirabile uisu,  
 Attritus rapit hic teneras, ceu sucina, frondes.

557 leuis A, et fere B || 558 borysthenis A || 563 meotidis  
 (e in A supra *lin.*) *codd.* || 564 alopecea A || 565 phenagore A,  
 phenagore fere B | hermonassamq; fere B || 569 Quarum unus  
 B: Quorum AB | auras *Schraderus*: oras AB || 570 Aethiopes A |  
 erythream A, et sic fere (erith.) B: erythream unus B m. 1 Ery-  
 thiam *uulgo*; sed hausit hic *Priscianus ex Solino* || 573 Gerio-  
 nae A, et fere B (-onis pars) || 575 stagni AB || 578 rheni  
 britannidis A || 579 tethia B

585 Nec spatio distant Nesidum litora longe;  
 In quibus uxores Amnitum Bacchica sacra  
 Concelebrant, hederæ foliis tectaeque corymbis.  
 Oceani tranans hic nauibus aequor apertum  
 Ad Thylen uenies, quae nocte dieque relucet  
 590 Titanis radiis, cum curru scandit ad axes  
 Signiferi, boreas succendens lampade partes.  
 At nauem pelago flectenti aquilonis ab oris  
 Ad solem calido referentem lumen ab ortu  
 Aurea spectetur tibi pinguibus insula glebis.  
 595 Hinc tepidos proram conuertens nauis ad austros  
 Taprobanen uenies, generat quae magna elephantes  
 Per fines Asiae; iacet haec sub sidere cancri.  
 Litoribus cuius saliant densissima cete,  
 Quae pascit uastum mare Rubrum montibus aequa;  
 600 Tenditur horribilis quorum per terga, per armos  
 Spina ferens cladem fatumque sub ore feroci;  
 Quippe solent pariter nauem sorbere uirosque.  
 Nam mala tam pelagus quam terra merentibus offert.  
 605 Vterius pergat si post Carmanida summam,  
 Ogyris occurrat; qua dicitur esse sepulchrum  
 Regis Erythraei, dederat qui nomina ponto.  
 Persicus inde sinus penetratur et Icaron offert;  
 Insula quae fertur nimium placare Dianam.  
 Tot sunt ingentes, quas cingit Tethyos unda,  
 610 Insulae; ast aliae diuersis partibus orbis  
 Dispersae; plures famam latuere minores,  
 Oris difficiles nautis uel portibus aptae.  
 Quarum non facile est mihi promere nomina uersu.  
 Ast Asiae fines ambarum linea monstrat

585 littora A || 586 Amnitum *uulgo e Dionysio*: aunitum  
 AB || 588 hinc *uulgo* || 590 Tytanis A || 604 carminida AB ||  
 605 Occurrit (-ret) B || 606 erithrei in ras. A || 607 penetra-  
 tur A || 608 placere fere B || 609 tethios B || 612 Oris *scripsi*:  
 Auris A Duris B | portibus A: pontibus B || 614 ambarum A



Et formam, contra positarum in imagine con- 615  
 Paulatim trahitur tamen haec orientis ad oras;  
 Oceanus statuas Bacchi qua tangere fertur  
 Finibus Indorum postremis, gurgite torrens  
 Qua Ganges liquido Nysaeos irrigat agros.  
 Non tamen est spatio similis telluris apertae. 620  
 Scilicet ambabus penetrabilis unus in illis  
 Funditur oceani sinus et disternat ambas.  
 Ast Asiae gremio triplex mare confugit undis:  
 Hyrcanum pariter, Parthum simul atque Sabaeum;  
 Haec noton, at boreos Hyrcanum uergit ad axes, 625  
 Gurgitis Euxini uicinum; multa uirorum  
 Milia quod circum degunt per litora Ponti.  
 Amborum medius campis distenditur isthmus.  
 Ast Asiam qui mons excelsus diuidit omnem,  
 Incipit a mediis terrae Pamphyliadis oris 630  
 Et longis sese spatiis producit ad Indos,  
 Nunc obliqua means, nunc recto limite currens;  
 Vertice quem toruo perhibent cognomine Taurum.  
 Cornua nam summus scopulis imitatur acutis  
 Multifidusque suos huc colles spargit et illuc. 635  
 Ex hoc innumeri descendunt fontibus amnes  
 In partes euri, zephyri boreaeque uel austri.  
 Quis memorare queat fluuiorum nomina cuncta?  
 Non tamen est unum montis cognomen ubique,  
 Sed uarii flexus uariantur nomine multo; 640  
 Singula sed propriis sunt nomina nota colonis.  
 Nunc igitur gentes illum populosque tenentes  
 Qui celebres, memorem; sed felix numen adesto.  
 Maeotae primi tangunt Maeotidis undas;  
 Sauromataeque truces, gens aspera Martis in armis; 645

615 forma fere B | comi A || 619 nis(a)eos B || 621 peni-  
 trabilis A || 623 confluit fere B || 624 sabeum A || 628 distendi-  
 tur unus ex B; discernitur AB || 633 torbo (turbo) B || 640  
 flexus] x supra lin. A || 644 Meotae — meotidis A, et fere B  
 (ut et 650)

Sanguis Amazonidum fortis quos protulit olim,  
 Sauromatis mixtae quae Thermodonte relicto  
 Ingentes genuere uiros balloque potentes;  
 Innumeras habitant qui siluas, gurgite uasto  
 650 Inter quas Tanais Maeotidis intima pulsat,  
 Europen fluuio dirimens Asiamque reflexo:  
 Europen zephyris, Asiam sub partibus ortus.  
 Caucasiis exit cuius fons montibus altis,  
 Murmure cum uasto Scythiae per plana refusus.  
 655 Hunc tamen immenso torrentem flumine uertit  
 In glaciem boreas horrendo flamine saenus.  
 Heu miseros homines, habitant qui finibus illis  
 Aere damnati tristi nimioque rigore,  
 Quo pereunt pecudes pariter populique uirorum,  
 660 Ni propere linquant sua rura furentibus euris.  
 Hi Tanain habitant fluuium prope Sauromatarum.  
 Cui sunt uicini Sindi quoque Cimmerici.  
 Post hos Cercetii; iuxta quos Euxinus altis  
 Fluctuat aequoribus; nec non Oretaeque feroces;  
 665 Et qui Troianae post praelia gentis Achaei  
 Ascalaphi regis uictricia signa sequentes  
 Dispulsi uentis istas uenere sub oras.  
 Post hos Eniochi, genuit quos Graecia tellus,  
 Et Zygii iuxta uiuunt regione sub una.  
 670 Intima sed Ponti, post fines Tyndaridarum,  
 Aegypto missi Colchi tenuere coloni  
 Caucasiis montis prope collem et Caspia ponti  
 Litora; qua celeres descendunt Phasidis undae  
 Circaeosque secant campos atque aequora Ponti,  
 675 Nascitur Armenii fluuius qui uertice montis.  
 Ad cuius partes boreas et solis ad ortus

651 (et 652) Europem fere B || 652 zephyris (y supra pr. i) A |  
 654 schithis A || 655 imm. A || 657 habitant homines pars B |  
 663 euxinus (-nis pauci B) codd.: Axenus uulgo || 665 troianae  
 e supra lin. A || 668 Post eos A | græcia A grecia B || 669  
 zigii A, et fere B || 671 colchi (i in ras.) A || 673 quae A

Euxinum dirimens et Caspia litora late  
 Diffusus spatium per longum panditur isthmus.  
 Quem iuxta terras habitant orientis Hiberes;  
 Pyrene quondam celso qui monte relicto 680  
 Huc aduenerunt Hyrcanis bella ferentes.  
 Hic Camaritarum gens est carissima Baccho.  
 Fluctibus hanc propter persaeuit Caspius aestus,  
 Vndique quem tereti concludit margine tellus.  
 Sed mare non ualeat tribus illud mensibus ulla 685  
 Scilicet immenso nauis transire profundo.  
 Hoc tamen exacuit pars una sub axibus aequor,  
 Qua tractum refugae miscetur Tethyos undae.  
 Multa quidem generat uiuis miracula rerum,  
 Sed tamen egregio crystalli pondere gemmam 690  
 Atque, malos lemures quod pellit munus, iaspim,  
 Nocturni manes fugitant quam membra tuentem.  
 Hoc igitur pelagus quae gentes undique cingunt,  
 Incipiens numerem primis aquilonis ab oris,  
 Quae uergunt zephyro, quas Caspia litora claudunt. 695  
 Primi sunt Scythiae populi Saturnia iuxta  
 Aequora uiuentes Hyrcanique ostia ponti.  
 Quos supra grypes ditissima rura smaragdo,  
 Qualem non alius terrarum possidet orbis,  
 Atque aurum sibimet defendunt pondere puro. 700  
 Omnia sed duri superans audacia lucri  
 Aduersus uolucres heu commouet arma uirorum;  
 Praelia nam faciunt Arimaspi grypibus hostes.  
 Hic et crystalli perlucet maxima moles.  
 Hinc Thynus sequitur. post fortis Caspia proles. 705  
 Hinc sunt Albani bellaces marte feroci;

680 Pyrene (-nae pars B) *codd.*: Pyrrhenes *uulgo* || 686  
 immensum *pauci* B || 668 tethios B || 690 *matim* egregiam, *ut*  
*habet unus codex deterior* | crystalli B || 691 lemures *in ras.* A:  
 lemores *ferē* B || 696 scythiae (i *supra alt. γ*) A || 698 gryphes  
*ferē* B || 701 diri *Drakenborchius* || 703 gryphibus (griph.) *ferē* B ||  
 704 crystalli B || 705 t(h)inus *nonnulli* B

Vnde canes nati superant genus omne ferarum:  
 Magnus Alexander missum sibi uiderat inde  
 Victorem uerrisque canem rabidique leonis.  
 710 Post hos Cadusi durissima rura colentes;  
 Et prope sunt Mardi; sequiturque Hyrcania plebes.  
 Hinc Tapyri; per quos Mardus deuoluitur annis:  
 Dercibus bibit hunc praeter Bactrusque fluentem,  
 Per quos Hyrcanum currens descendit in aequor.  
 715 Sed Bactri mediis habitant telluris in aruis,  
 Parpessum late prope montem rura tenentes;  
 Dercibii uero sub Caspia litora uergunt.  
 Post hos Massagetae trans flumen Araxis, ad ortum,  
 Hospitibus saeui cunctis belloque feroces:  
 720 Non Bacchi donum, Cereris nec munera norunt,  
 Sed lac commixtum potant cum sanguine equino.  
 Hos iuxta uergit boream Chorasmia proles.  
 Sugdias hanc sequitur; rapidus quam diuidit Oxus,  
 Emodum montem qui linquens Caspida rumpit.  
 725 Inde Sacae nimium certis gens mira sagittis,  
 Flumen Iaxartem iuxta quibus arua coluntur.  
 Et Tochari Frunique et plurima milia Serum.  
 Illis nulla boum, pecoris nec pascua curae:  
 Vestibus utuntur, texunt quas floribus ipsi,  
 730 Quos tennant lectos deserti finibus agri.  
 Ast alia Scythiae gens est extrema per arua,  
 Quos prope sunt tristes uentis et frigore terrae;  
 Namque niues semper pulsant has grandine mixtae.  
 Caspius his populis lustratur pontus et oris.

709 uerrisque A: barrique (uarrig; *nonnulli*) B | rapidique *maior*  
*pars* B || 710 caudusi A || 712 Hinc amyri (amiri *pauci* B) *codd.*:  
 Apyri *uulgo* || 713 Derciuius A || 716 Parpessum (Perp., -esum  
*pauci* B) *codd.*: Parnessum *uulg.* || 717 Derciui A || 722 boream  
*uergit uulgo* || 723 Suedias A, *sic uel* Sue(c)idias *similiterue* B ||  
 727 frunig; AB || 729 ipsi AB: ipsis *uulgo* || 730 deserti f. agri  
*scripsi*: deserti f. ipsi AB (ipsi e u. *priore ortum*) desertis f.  
 ipsi *uulgo* || 731 aliae A || 734 et oris] euoris *pars* B, *unde*  
 Eois *Heinsius*

Aspice post Colchos nunc et post Phasidis undas, 735  
 Occasum uersus, populos in litore ponti  
 Euxini densos usque ad Chalcedonis ora,  
 Bosphorus angustat scopulis quae Thracius arguens.  
 Byzeres primi; quos iuxta terra Vechirum.  
 Macrones post hos pariter Phyliresque secuntur 740  
 Mossynique, domos praebent quis lignea tecta,  
 Turribus arboreis habitantes unde uocantur.  
 Hinc pecorum diues nimium gens est Tibarenum.  
 Hanc prope sunt Chalybes durissima rura colentes,  
 Quos labor exercet saeuus ferrique metalla. 745  
 Vicinos istis campos terramque patentem  
 Assyrii complent populi; qua gurgite uasto  
 Inter Amazonidas Thermodon, Martius amnis,  
 Armenium linquens montem descendit in aequor.  
 Huc Asiae quondam deuenit alumna Sinope, 750  
 Ex qua cognomen ceperunt moenia clara.  
 Illius fluminis rigidas prope frigore ripas  
 Inuenies lapidem crystalli pondere puro  
 Consimilemque gelu nec non splendore nitenti.  
 Gemma micans illie perlucet iaspidis albae. 755  
 Iris continuo liquidus percurrit in aequor.  
 Post Halys est fluminis, boreae qui currit in auras  
 Atque Carambidis irrumpit prope litora Pontum,  
 Armeniis primas qui montibus accipit undas.  
 Paphlagonas post hos Mariandynique secuntur 760  
 Bithynique uiri pinguis rura colentes;  
 Qua Rhebas pulcher gratissima flumina uoluit,

735 colchos in ras. A || 737 calchedonis A c(h)alc(h)edonis B | ora *codd.*: arua *uulgo* || 738 scopulisq; thracius (i *supra* aci) A || 739 Byzeres A: Buc., Buz., Bye. *similiaque* B | terra = mechirum A || 740 phyliresq; A, sic uel philiresq; B || 741 Mosiniq; (Mosyn.) B || 744 c(h)alibes B || 748 thermodon] r *supra lin.* A || 752 ceperunt B unus m. 1: coeperunt AB || 753 crystalli B || 754 nitentem pars B || 756 decurrit pars B || 757 alis (-ys) fere B | auras *scripsi*: oras AB ortus *uulgo* || 758 carambi = dis A!

Rhebas, qui rapidi decurrit ad ostia Ponti.  
 Tot populi terras habitant per litora Ponti;  
 Nam prius expositae Scythiae sunt semina gentis. 765  
 Nunc Asiae regio contingens litora nobis  
 Dicatur; partes calidas quae currit ad austri  
 Atque Hellespontum transit Syriaeque recessus  
 Poscit et Arrabiam, quae florent ubere terrae.  
 Sunt Chalcedonii primi post ostia Ponti, 770  
 Moenia Byzantis qui cernunt optima contra  
 Romanisque pie regnis dominantia mundo.  
 Bebrycii post hos et Mysia montibus alta,  
 Qua Cius egregia decurrens murmurat unda:  
 775 Qua nymphas perhibent comitem rapuisse potentis  
 Alcidae puerum tristissima fata gementis.  
 Hinc Hellespontum protenditur angulus ingens,  
 Qua breuior Phrygiae pars est; nam latior intus  
 Sangarii ripis fluminis uicina rapacis.  
 780 Tenditur haec positu Titanis pinguis ad ortus;  
 Altera ad occasus altae sub montibus Idae,  
 Ilia qua cecidit praeclaro nomine Troia,  
 Ad Xanthi liquidas nec non Simoentis ad undas.  
 Post haec Aeoliae tellus praetenditur orae,  
 785 Fluctibus Aegaei primis quae tunditur alti.  
 Inde tenet terras pelagus prope sanguis Ionum,  
 Per quas Maeander pinguis descendit in aequor  
 Inter Miletum currens latamque Prienen.  
 Ad latus istorum boreum sunt moenia clara,  
 790 Vrbs Ephesus, claudit quam grato litore pontus.

763 rabidi *pauci* B || 765 gentes (i *supra alt.* e) A, fluctuant *inter gentis et gentes* B || 769 arabiam fere B | qua *uulgo* || 770 calchedonii A || 771 byzantis *pauci* B: mizantis A bizantis B *ceteri* || 773 bebricii A, et fere B || 774 eius *pauci* B: cuius AB || 777 pertenditur *uulgo* || 779 saggarii fere B || 780 positu *Schraderus*: potius AB || 782 ilia qua *scripsi*: ilia quae A alia quae (qua) et alta (-taq; uel altera) qua (quae) B | troia pars B: terra = A terra pars B || 783 xanthi A, et fere B || 784 protenditur (part.) pars B || 785 aegaei A || 787 meander A

Post has Maeoniae tellus, quae uergit ad ortus;  
 Et Tmoli colles, fluiuis quibus aurifer exit  
 Pactolus; cuius prope ripas tempore uerno  
 Si sedeas, dulci capiaris pectora cantu  
 Cygnorum, pascunt quos herbae flumina circum. 795  
 Nam florent Asiae per campos plurima prata,  
 Sed magis ad fluiuium Maeandri, gurgite miti  
 Quem iuxta uolens se murmurat unda Caystri.  
 Post hos sunt Lycii, quos Xanthus diuidit amnis  
 Ad mare uergentes; qui Tauri cornua cernunt 800  
 Vsque ad Pamphylos, perhibent quem nomine Cragum.  
 Illic aspiciet Aspendum, moenia cuius  
 Eurymedon amnis radit uicina profundo.  
 Continuoque iacent aliae Pamphyliades urbes:  
 Corycium Pergeque calens et celsa Phaselis. 805  
 Has supra mediis habitant telluris in aruis,  
 Ad partes ortus, gens dura Lycaones armis.  
 Post hos Pisidum pinguissima rura coluntur:  
 Telmessus, Lyrbe nec non clarissima Selge,  
 Gentis Amyclaeae pulcherrima moenia quondam. 810  
 Hinc sinus est longus Cilicum, qui uergit ad ortus  
 Euxini penetrans uicinas aequoris oras;  
 Hunc Asiae perhibent angustis partibus esse.  
 Cui tamen immenso fluuii se gurgite miscent,  
 Per longum Pyramus spatium Pinarusque uoluti. 815  
 Flexilis et Cydnus, dirimit qui flumine Tarson.  
 Hinc aliae Cilicum sunt celsis moenibus urbes:  
 Lyrnesus Mallosque simul uicina profundo

791 meoniae A || 792 Et moli B || 795 Cignorum (y supra i)  
 A || 797 meandri A || 799 lycii (licii) B: om. A || 780 pamphylos  
 (-ilos) B: pamphylios A | gragum AB || 802 moenia B: nomine A ||  
 804 pamphyliades] li supra lin. A || 805 Corycium uulgo | pergae-  
 que A || 806 Has uulgo: Hos AB || 807 lycaonis A || 809 lyrbae  
 A || 810 amyclaeae A || 812 penetrans A | oras AB: undas unus  
 B || 814 Qui t. imm. A || 815 pinarisq; A pyranusq; (pir., similia)  
 B || 816 cyanus A || 817 cili-cum (c alt. ex corr.) — moenibus  
 (o ex corr.) A || 818 malosq; A

Atque Soli medio terrarum fine locati.  
 820 Commagena dehinc regio Syriaeque secuntur  
 Vrbes, dispositae per longi litora flexus.  
 Nam Casii montis qua prominet ora per aequor,  
 Vergit in occasus diffusis tractibus unda.  
 Nunc reliquas Asiae partes tibi carmine pandam,  
 825 Quadrati lateris qua clauditur undique forma;  
 Et spatiis campos longis protendit in ortum.  
 Scis etenim memorasse tibi, quod collibus altis  
 Per totam medius mens ingens tenditur actu,  
 Qui fines Asiae nigros producit ad Indos:  
 830 Hoc esto laterum boreum tibi; Nilus ad oras  
 Hesperies finit; sed Tethys solis ab ortu  
 Indica concludit; Rubrum mare terminat austrum.  
 Aspice nunc igitur, dum finem uersibus ortus  
 Peruenio retegens tibi ueris omnia rebus,  
 835 Incipiens Syriae terris, qua parte reliqui.  
 Quae pelagus supra sub solem uergit et austrum,  
 Urbibus et multis habitat; nomine prisco  
 Quae Cana uulgatur mediam quia collibus altis  
 Atque humilem Libanus claudit protentus in ortum  
 840 Occasumque petens Casius; multisque uirorum  
 Incolitur populis locupletibus alma diremptis.  
 Namque alii mediis habitant telluris in aruis,  
 Hosque Syros proprie perhibent; sed litora iuxta  
 Phoenices uiuunt ueteri cognomine dicti;  
 845 Quos misit quondam mare Rubrum laudibus auctos,  
 Chaldaeo nimium decoratam sanguine gentem  
 Arcanisque dei celebratam legibus unam.  
 Qui pelagus primi temptantes nauibus altis  
 Disiunctas gentes docuerunt iungere mercem  
 850 Et primi stellis numeros nomenque dederunt

828 actu A: actu (-us) uel arctu (-tū) uel arcu B (mediis  
 — oris uulgo) || 831 Hesperias fere B || 836 et AB: ad unus B  
 837 Urbibus A || 838 quia plures B: que A quam pauci B  
 845 rubrum] ru prius supra lin. A



Atque oculis (mirum) uoces sentire figuris.  
 Hi muros Iopes, Gazam quoque Elaida complent  
 Antiquamque Tyrum, Beryti et moenia gratae  
 Vicinamque mari Byblum Sidonaque pulehram,  
 Quam iuxta liquido Bostrenus gurgite currit, 855  
 Et pinguem Tripolim nec non Orthosida sacram,  
 Laodiceam pariter positam prope litus amoenum  
 Et Posidi turres et Daphnes optima tempe.  
 Terrarum mediis Apameae moenia clarae;  
 Ad cuius partes eoas currit Orontes, 860  
 Antiochi medius dirimit qui gurgite regna.  
 Haec omnis pingui tellus est ubere laeta,  
 Arboribus pariter pecorique et commoda uit.  
 Ad cuius fines ueniens, quos terminat auster,  
 Arrabii cernes extremi litora ponti; 865  
 Qui Syriam medius disterminat Arrabiamque  
 Et tangit uergens orientem uersus Elanos.  
 Diues Arabs post quos latissima possidet arua,  
 Quae protenta diu cinguntur ab aequore Partho  
 Arrabioque, ferit zephyrus quod flamine saeuo;  
 Persica nam flatus euroi litora turbant. 870  
 Ora sed haec austro tendit subiecta per ortus,  
 Fluctibus oceani pulsatur et undique Rubri.  
 Hanc quoque describam tenui ratione recensens.  
 Nam populos pascit felices diuite terra, 875  
 Floribus et uariis mirabula praebet odoris.  
 Namque thyo smyrnaque uiget cum turis odore  
 Et casia nec non et cannae duleis honore;  
 Cinnama praeterea iucundae naribus aerae  
 Fertilis haec generat tellus auri que metalla; 880

851 *malim* Atque suis (*unus codex interpolatus uocis s. figuris*) || 852 ioppes A || 854 biblum AB || 858 positi A || 865 Arrhabii A Arabii *ferre* B || 866 arrhab. A arab. B (*ut et* 870) || 867 alanos B || 871 euroi AB: eoi *uulgo* || 872 subiecta] sub *ex corr.* A || 873 pulsetur *ferre* B || 877 Namq; thyos myrnaque A, et sic *ferre* (tyrios et myrraque pauci) B

Vestibus auratis quare gens utitur illa.  
 His pueros seruans molochites splendet harenis  
 Androdamasque lapis comescens pectoris iras.  
 Sed Libani montis sunt post decliua primi,  
 885 Felices opibus, Nabataei nomine dicti.  
 Chaulasii post hos atque Agrees; inde propinquat  
 Chatramis, atque Macae contra sunt Persidis aequor;  
 Minnaeique maris prope Rubri litora uiuunt;  
 Atque Sabae post hos, nec non habitant Cletabani.  
 890 Arrabiae populi celebres hi nomine claro.  
 Sunt tamen et plures alii; nam maxima tellus,  
 Trans istam zephyri sub partes degit Erebum  
 Speluncis genus infelix et rebus egenis;  
 Qui solis radiis nigrescunt corpus adusti  
 895 Dispersique dolent lustrantes more ferarum,  
 Non Arabis similes opulentis; scilicet aequa  
 Omnibus esse potest numquam fortuna bonorum.  
 Post Libani montem populi sunt solis ad ortus  
 Alterius Syriae; quae tendit adusque Sinopen.  
 900 Cappadoces mediis habitant in finibus huius;  
 Terminus Assyrios sed claudit Ponticus, ille  
 Thermodon pelagi qua pulsat gurgite fluctus.  
 Cuius ab eoo decurrit limite uastis  
 Viribus Euphrates descendens montibus aspris  
 905 Armeniae longusque noton pertendit; et inde  
 Ad solem inflexus Babylonis diuidit urbem,  
 Litora deinde ruens perrumpit Persidis undae,  
 Extrema fluuii sub parte Teredona radens.  
 Huius ad auroram ripis deuoluitur altis  
 910 Tigris, aqua superant quem flumina nulla rapaci;

885 nabatheii AB || 888 Minneiq; B | littora A || 889 deta-  
 bani A, et *ferre* B (cleobani et cletapani *singuli*) || 890 Arrha-  
 biae A Arabiae B || 892 zephyri (*y supra pr. i*) A || 893 egenum  
*uulgo* || 900 Capadoces A (*et pauci* B) || 901 seclaudit pontibus  
*ferre* B || 903 uastus *ferre* B || 904 eufrates AB || 905 nothon  
*ferre* B || 906 solem flexus B || 910 quae *ferre* B

Sed tantum distat, quantum uix septimus ortus  
 Conficiat pedibus spatii properantibus ire;  
 Atque lacu medius Thonitidis intrat et exit;  
 Nec uiolatur aqua quamuis penetrabilis illa,  
 Ocior atque uadis emergens cedit amaris. 915  
 Hoc tamen omne solum, fluius quod cingit uterque,  
 Indigenae populi pro re dixere Medamnā,  
 Quod medias amnes has terras flumine cingunt,  
 Agricolis pariter pastoribus atque feracem.  
 Vbere nam laeto florent ibi semina cuncta 920  
 Herbarumque toris et gramine laeta uirescunt,  
 Et uariis rami complentur fructibus alti.  
 Gens quoque praefulget claris in laudibus illa;  
 Nam peperit multos celsa uirtute potentes  
 Atque deo similes, licet ut mortalibus esse. 925  
 Armenii iuxta quam sunt aquilonis ad axes;  
 Comminus et fortes quos sentit Mars Matieni;  
 Quos prope concludunt Euphraten collibus altis  
 Montes, diuitiis pariter belloque potentes.  
 Ad partes austri Babylon; quam moenibus olim 930  
 Mirandis posuit firmisque Semiramis urbem.  
 Cuius in arce domum splendentem fecerat auro,  
 Quam simul argentum uarie decorauit eburque.  
 Hoc quoque pingue solum palmarum diuite silua,  
 Quod fert berylli munus pretiosius auro, 935  
 Berylli lapidem liquidum glaucique coloris,  
 Per loca quae tendunt Asianae ad moenia petrae.  
 At supra Babylona uides ad flamina uasta

911 distant fere B || 912 spatiis fere B; ceterum tam obscure haec expressa sunt, ut conicias Priscianum dedisse Conspiciat p. s. p. iri || 913 lacum pauci B | Thonitidis] thosiges A, et fere (tosies sim.) B || 914 penitr. A || 915 caedit A || 922 Vt uariis A, et pars B; an Vel u. ? || 923 eufraten AB || 929 diuiciis A || 933 uariae A || 935 praetiosius A || 938 Ad A, et pauci B | uides ad (at) pauci B: uidescit (-citra) plures B uides cis A | flamina unus B: flumina A flumine (uasto) plurimi B

Cissos Massabatasque Chalonitasque feroces.  
 940 Armenios montes si linquens ibis ad ortus,  
 Medica noscetur tibi tellus; cuius ad axes  
 Geli sunt Mardique, uiri simul Atropateni.  
 Ad noton inclinant Medorum rura tenentes:  
 Medea huic fugiens dederat cognomina terrae;  
 945 Hinc Medi uarios usus nouere ueneni.  
 Quorum per multas spatium diffunditur oras.  
 Haec generat narcissiten oriente sub ipso,  
 Qui lapis est fuscus; complent hanc undique siluae,  
 Inter quas homines pecuaria ditia pascunt,  
 950 Caspiadas tangunt portas qui solis ab ortu.  
 Rupibus haec celsis Asiae sunt claustra potentis;  
 Qua uia sub boream duplex se scindit et austrum:  
 Haec regit ad Persas, Hyrcanos ducit at illa.  
 Sub colles imos habitant post Caspia claustra  
 955 Martia gens, Parthi telis arcuque potentes,  
 Viuere qui spoliis gaudent raptuque nefando;  
 Quae propter bellis homines uexantur in orbe,  
 Atque optata perit multo pax sanguine mundi.  
 Post hos est Persis circumdata montibus altis,  
 960 Assiduis florens regnis et diuite censu,  
 Ex quo perdomuit Lydorum moenia Sardis.  
 Cingitur excelsis haec undique collibus omnis,  
 Adurgens austros post Caspia claustra petensque  
 Quod proprie pelagus celebrat cognomine latum.  
 965 Atque tripartitis habitatur finibus illa.  
 Namque colunt alii rigidae sub partibus arcti

939 massabatasq; pauci B: massabatis (a supra i) A massabates (-tas) B omittentes copulam | ehalinitasq; A || 942 Gaeli pars B || 943 inclinant A cum parte B: habitant pars B inde habitant uulgo || 944 huc pars B || 947 narcissiten fere B || post 948 in A secuntur u. 242—595 (949 sqq. post 596) || 951 haec celsis A: e (hae uel ex) celsis B || 957 Quae propter uulgo || 960 sensu A || 964 proprie A: prope sic fere B proprio uulgo || 965 tripartitis AB

Terras, quas Medi nemorosis montibus umbrant;  
 Ast alii mediae uiuunt regionis in aruis;  
 Litora postremi tangunt australia Persae.  
 Prima parte Sabae, mediusque Pasargada, post hunc 970  
 Tascorum telis habitat gens fortis et arcu,  
 Quique tenent populi diuisos Persidis agros.  
 Annibus haec multis recreatur et ubere pingui.  
 Hinc Coros immensus profunditur; inde Choaspes  
 Fonte cadens Indo, qui stringit gurgite Susas; 975  
 In cuius ripis praeclarus fulget achates,  
 Pondere consimilis, uoluit quos unda, cylindris.  
 Fertilis haec tellus fecundis pascitur auris;  
 Nam uentis semper florescunt rura secundis.  
 Haec eadem gemmis nimium decoratur honestis, 980  
 Quarum quis uarias uires, quis nomina dicat?  
 Tecolithum memorem iusto cognomine dictum,  
 Qui lapides renum tritus potusque resoluit?  
 Myrrhitenue, bonum nardi cum reddat odorem?  
 Hic aetites est, sonitum cui spiritus addit, 985  
 Arcanum crepitans, praegnantibus utilis ille.  
 Nec non pyrites, digitos qui strictus adurit;  
 Gemmaque, quae radios emittit candida solis;  
 Atque selenites, lunaris imagine lucis  
 Qui decus et minuit proprii splendoris et auget. 990  
 Respice nunc reliquas Asiae sub finibus oras.  
 Persidis ad pontum Carmani, solis ab ortu:  
 Litora pars habitant, mediae pars limina terrae.  
 Gedrossi post hos tendunt orientis ad ignes,  
 Oceanum iuxta; radiis propioribus inde 995

967 umbrat B || 969 Littora — australiē perse A || 970 pasargia dehinc B plerique || 974 e(h)orus B || 975 Susa uulgo || 978 faecundis A || 981 Quorum AB || 984 Myrrhitenne A Mirritenne (Myrr.) B, correxi; Myrrhitemque uulgo || 985 achates A: etit(h)es fere B || 986 Archanū A | ille AB: aegris uulgo || 989 pyrrhites A pirrites (pyrr.) fere B || 988 emittit] imitatur pars B || 992 portum A || 994 post ostendunt A

Est Scythiae tellus australis, flumen ad Indum,  
 Qui ponto rabidus Rubro contrarius exit;  
 Gurgite nam celeri rectas decurrit ad austrum,  
 Caucaseis oriens primum de montibus altis;  
 1000 Diuidua cuius Patalene cingitur unda;  
 Separat innumeras et uasto gurgite gentes:  
 Ad partem rapidi quam uergunt lumina solis,  
 Oritas Aribasque simul linique Arachotas  
 Vtentes laenis et Satraidias simul omnes,  
 1005 Parpanisi montis sub celsa rupe, Arienos  
 Nomine communi, qui terras ubere nullo  
 Florentes habitant; squalent nam sentibus aspris;  
 Curalli lapidem qui rubrum litore carpunt  
 Sapphirique decus nigri flauique coloris  
 1010 Saxorum caedunt uenis, hac merce beati.  
 Indorum terras hinc Tethyos aequora claudunt,  
 Quas primo Titan ascendens lumine cernit.  
 Vnde color populis niger est flagrantibus ortu,  
 Atque gerunt similes hyacintho fronte capillos.  
 1015 Effodiunt alii terras aurique metallum;  
 Ast alii texunt tenuissima tegmina lini  
 Vel dentes stringunt elephantis ab ore reuulsos;  
 Scrutantur ripis alii torrentibus imbri  
 Berylli gemmas glauci nitidumque adamanta;  
 1020 Atque aura uiridi legitur quae splendet iaspis  
 Curallique decus liquidi gratique topazi;  
 Purpureoque amethystos inest suffusa colore;

997 rapidus B || 1000 pa=talene A || 1002 quam (quem pauci B) codd.: qua uulgo || 1003 Horitas aritasq; (har. pauci B) codd. || 1004 lenis A, et fere (lineis) B | satraitas (-ahitas nonnulli B) codd. || 1005 Parpanisi Salmasius: Parpanii A Parpanei (-nem, -neu) fere B | hanenos plerique B || 1007 aspris in ras. A || 1008 littore A || 1009 Saphyriq; A, et pars B | coloris in ras. A || 1010 cedunt fere B | ac B || 1011 tethios B || 1014 similes (supra lin.) hyacintho A || 1021 Cur=allyque A || 1022 amethystos A

Diuitias magnas sic tellus illa ministrat;  
 Assiduisque rigant hanc totam fontibus amnes,  
 Arboribusque uiget uariis nilioque frequenti 1025  
 Et pretio rubrae perfloret harundinis illa.  
 Hic alii superant procero corpore tantum,  
 Insiliant equitum faciles ut more elephantos;  
 Ast alii uiuunt sapienti pectore nudi  
 Luminibusque uident rectis, mirabile, solem 1030  
 St radios oculis et sacra mente retractant  
 Eignaque concipiunt arcana luce futuri.  
 Psittacus hic uiridis, decoratus torque rubenti,  
 Nascitur, humanae simulat qui uerbera linguae.  
 Nunc age te fluuios, montes formaque docebo 1035  
 Ipsius terrae, populos gentesque beatas.  
 Marginibus ternis tellus haec clauditur omnis,  
 Obliquatque latus per cunctas linea partes.  
 Hesperios fines inmanis terminat Indus;  
 At notios pelagus concludit gurgite Rubrum; 1040  
 Sed Ganges ortus et Caucasus excipit arcum.  
 Hanc homines habitant multi ditesque colendam,  
 Nominibus uariis discreti et finibus amplis.  
 Dardanei ripas contingunt fluminis Indi,  
 Hic ubi praecipitem scopuli fundunt Acesinem 1045  
 Huncque capax classis uenientem uoluit Hydaspes.  
 Tertius hos sequitur splendenti gurgite Cophes.  
 Taxilus inter quos habitat cum gente Sibarum.  
 Hinc Scodri post hos sunt Peucealeique feroces  
 Gargaridaeque truces; auri qua pondus honestum 1050  
 Deuoluens Hypanisque trahit rapidusque Magarsus:

1031 oculis AB: solis uulgo; malim animis || 1032 archana  
 A || 1033 Psittacus A, et pars B || 1035 age te pauci B: agite  
 AB || 1037 om. A || 1040 notias (-thum) B || 1047 cophes A:  
 cofnes uel cosnes (sim.) B || 1048 sibarum (bisarum pauci B)  
 codd.: Sibarum uulgo || 1050 Gargaridaeq; A cum paucis B;  
 latetne Gandaridaeque? || 1051 hypanis A hipanisq; (inpanesq;)  
 B | trahit AB: uehit uulgo | magircus pars B

Quos capit Emodo missos Gangetica monte  
 Tellus, porrigitur quae ad terrae Colidis austros,  
 Oceani tangens pelagus sub collibus altis.  
 1055 Quos uolucres metuunt celeri contingere penna,  
 Vnde locis Grai posuerunt nomen Aornis.  
 Hic uia, quam celebrat nomen, Dionysia Bacchi,  
 Cui statuas dederat uictoria finibus illis.  
 Hic Tylos est, superans uastae miracula terrae,  
 1060 Insula. namque uiret cunctis in partibus anni,  
 Nec foliis nudat ramos autumnus in illa,  
 Assidueque tenet florens genus arboris omne.  
 Hic adamas fulget lymphantia pectora sanans  
 Et prohibens miseris occulti damna uenenis;  
 1065 Quem minime ualeat ferrum superare nec ignis:  
 Frangitur hircino maceratus sanguine tantum,  
 Sed tepido, fractus multis incudibus ante.  
 Hic iuxta positus magnetem uiribus arcet  
 Occultis ferri raptu; uel tractibus ante  
 1070 Admotum retrahit, defendens robore miro.  
 Hic lychnis lucem simulat splendore lucernae;  
 Hinc meruit nomen praeclaro lumine dignum.  
 Tot sunt per terras uulgatae nomine gentes.  
 Nam reliquas quae mens ualeat mortalis in orbe  
 1075 Dispersas numerare tibi sine numine magno,  
 Quod bene disposuit terras pontique profundum,  
 Sideribus uariis decorans caelestia templa  
 Et multis recreans gratisque coloribus arua,  
 Munera per populos tribuens diuersa uirorum?  
 1080 Sed uos terrarum tractus gaudete per aeuum,  
 Et quaecumque mari circumdatur insula uasto,

1053 scolidis A || 1057 dionisia bachi A, et fere B || 1059  
 Hic tellus est plerique B || 1062 Assiduusq; (-duiq;) plerique B |  
 florens genus A cum paucis B: flos germen plerique B flores  
 genus uulgo || 1063 adamans pars B | lymph. A cum paucis B ||  
 1066 hircino A, et fere B || 1068, 69 om. A || 1071 lychnis A ||  
 1074 orbē A || 1077 Syd. A || 1080 Nunc B plerique



Oceanusque simul nec non penetrabilis unda,  
 Quam gremio tellus sinuoso suscipit alma,  
 Et fluvii montesque, lacus quos continet orbis.  
 Nam pelagi partes percurri carmine uastas  
 Et terrae pariter regiones finibus amplis;  
 Omnipotens pro quo genitor mihi praemia donet.

1085

post 1087 Feliciter explicit perigesis A (similiter B)

## LVII.

## MAXIMIANI ELEGIAE.

Maximianus, Boethii philosophi teste el. III 47 aequalis natu minor et fortasse a Theoderico rege ad Anastasium imperatorem missus (cf. el. V 1 sq.: Wernsdorfius P. L. M. VI p. 221 sqq.), quas senex scripsit aevi Augustei exemplaria secutus sex elegias male illas ab editore principe Pomponio Gaurico (Venet. 1501) ad Cornelium Gallum relatas, eae, ut sunt sordium omnium plenae, per totum medium aevum admodum in amore atque deliciis erant. quarum lectarum uestigia ut in multis huius temporis poematis latinis\*;

\* Descripsi ex codice Palatino 487 saec. X fol. 31 hoc poema, quod cognitione non indignum puto:

- Musa senectutis istic cantatur amarae.  
 Fortia quid subito dissoluis membra, senectus,  
 Quae sibi bellipotens potuit nec subdere quisquam?  
 Tu me [Tum *cod.*] pestifero subdis fugienda mucrone,  
 5 Quae [Qua] placidam properans spoliis uirtute iuentam,  
 Quicquid ad astra uolat, quicquid generatur in aruis,  
 Colla superba tibi lacerato pectore flectit.  
 Fulgida famosae fugerunt tempora uitae:  
 Non sum, qui dudum fueram, cum uineret in me  
 10 Virtus, qua pugnans cunctos superare solebam.  
 Corniferos potui ceruos prostrare sagittis,  
 Cum canibus densas nimium perstringere siluas.  
 Si sub fronde lepus, si ramis damma sub altis  
 Mansisset, nostro delusa est territa gestu.  
 15 Firma per undisonos credebam brachia fluctus,

ita etiam apud prosae orationis scriptores, ueluti Anselmum Peripateticum [p. 29 Duemml.], deprehenduntur. nocuit tamen amor ille, ut fere fit, textus integritati, nocuit uetustis horum carminum codicibus prae apographorum nouiciorum copia facile delitescantibus. sic uel in eis libris, qui hodie adsunt testes antiquissimi, interpolationis late grassantis specimina haud pauca habentur. adhibiti autem a me sunt codices hinc:

A, Etonensis [Bl 6, 5] saeculo XI in scriptura langobardica exaratus, qui post Theoduli eclogas fol.

- Cum miseum quercus pondus curuaret ad arua,  
 Si iuuenis mecum uoluit contendere cursu,  
 Post me confusus fracta uirtute remansit.  
 Nudato gelidos tolerabam uertice nimbos.
- 20 Nocte meos paruus [-os] clauderat somnus ocellos:  
 Obtabam placida caeli splendentis ab arce [axe]  
 Auroram laetus teneris lusurus in armis.  
 Ire frementis equi sonitu studioque uolebam  
 Per plateas magna mecum comitante caterua.
- 25 Comtus eram gemmis et mundo fulgidus auro:  
 Splendebat roseo uestis perfusa colore.  
 Morbida languentis subito si membra uidebam,  
 Claudebam manibus demisso [dim.] uertice uultum.  
 Nunc tussis gemitus languor mea uiscera frangunt
- 30 Et dolor ardenti succendit lampade pectus;  
 Brachia fessa ruunt consumptis uiribus aptis,  
 Nocte dieque [diesque] graui franguntur crura dolore.  
 Inualidus per rura trahor reptando bacillo [uac.],  
 Nec possum recubans maeroris [mer.] surgere lecto.
- 35 Nam uocem ut seruus nostram persenserit aure,  
 Subducit nostris fugiens solacia membris,  
 Nec tolerare [toll.] potest longos ancilla labores,  
 Noxia quos misit spinosa fronte senectus.  
 Solus tenebroso miseram de carcere uitam,  
 40 Turbida uiuenti quae nulli parcere nosti.
- secuntur alia medii aevi poemata christiana. u. 14 fortasse scribendum est 'territa gressu'. [ceterum edidit hoc carmen, ut nunc uideo, iam A. Maius, auct. class. V 456 sq.; qui liber cum paucis sit praesto, non me poenitet carmen ineunte medio aeuo, ut mihi quidem uidetur, compositum hic cum omnibus communicauisse.]

6—18 Maximianum sine inscriptione habet, deinde Statii Achilleida, Ouidii remedia amoris et partem epistularum, Aratorem. ipse contuli a. 1875.

S, Reginensis 1424 saec. XI post Catonis disticha et Auiani fabulas fol. 57 habet elegiae I uu. 1—120, sed ut uu. 114—120 iam legi nequeant. titulus erasus est. ipse contuli a. 1873.

F, Florentinus siue Riccardianus 1224 saec. XII lectu difficillimus inde a fol. 1 cum hac inscriptione *Incipit liber maximiani*. quem a. 1873 a me examinatum nec tamen propter oculos nisi per excerpta excussum integrum mihi contulerunt cum G. Vitelli tum I. Pizzi Florentini. multas habet in margine et supra lineas glossas, quarum specimen esto addita ad el. III 48 annotatio *boetius fuit quidam bonus medicus*.

Et hos quidem libros uetustiores solos indagare potui; quibus accedunt in elegiae I uu. 1—6 Parisinus 8319 saec. X—XI fol. 41 (cum titulo *uersus maximiani*) et Gaddianus plut. 90 sup. 25 saec. XII—XIII fol. 98 (inscriptus: *hos uersus maximianus cum eet p<sup>r</sup> f composuit*). sic propter antiquorum testium penuriam ne reiciamus recentes inde a saeculo XIII codices cogimur. quorum ne singulorum interpolationibus fallamur, maior numerus adhibendus est uisus. quamquam in horum lectionibus adferendis usus sum delectu. sunt autem hi:

B, Barberinianus VIII 41 saec. XIII—XIV. contuli. titulo a manu antiqua caret.

G, Leidensis Gronouii 87 saec. XIII—XIV. contuli. inscribitur *Maximianus*.

L, Leidensis Lipsii 36 saec. XIII. contuli. titulo caret.

M, Musei Britannici Regius 15. A. VII. saec. XIII—XIV notabilis diuisione hac: fol. 2—7 Catonem habet (*explicit primus liber de moribus s. catho*), fol. 7—13 Theodulum (*explicit scds liber de moribus s.*

*theodolus*), fol. 13—25 Auianum (*Explicit tertius liber de moribus . s. auianus*), denique elegias nostras sub titulo *Maximianus (Explicit IIII' liber ethicorum .s. maximianus* fol. 36). contuli.

P, Palatinus 1573 saec. XIV titulo carens. contuli.

R, Reginensis 2080 saec. XIV titulo a manu antiqua carens. contuli.

V, Palatinus 242 saec. XIII—XIV inscriptus *Maximianus incipit*. contuli.

Alios huius generis libros (ueluti Reginensem 1556 saec. XIII—XIV olim G. Io. Vossii) ut ego inspexi, ita anteriores adhibuerunt haud paucos (5). — denique extant excerpta ex Maximiani elegiis per medium aeuum facta in codice Vorauensi 111 saec. XII fol. 62 sq. inscripta *Maximianus* (I 1—8, 105—110, 113—116, 119—124, 127—148, 153—158, 160, 175—183, 187 sq., 191 sq., 289—292, II 23 sq., 71 sq.), de quibus cf. C. Schenkelius [stud. Vindob. II p. 299], et in codice Leidensi [Vulc. 48] saec. XIII fol. 33 cum titulo *proverbia maximiani* (I 8, 45 sq., 50, 86, 103—106, 109 sq., 115 sq., 204, 221 sq., 265, 277 sq., 289 sq., II 23 sq., 41 *Non omnia possumus omnes*, 54 sq., III 73, V 54, 66, 69, 70, 104), quae ipse descripsi. notauit *exc. Vor.* et *exc. Leid.* — editionum sola mentione est digna Wernsdorfiana [P. L. M. VI p. 269 sqq.].

## I.

Aemula quid cessas finem properare senectus?

Cur et in hoc fesso corpore tarda uenis?

Solue precor miseram tali de carcere uitam:

Mors est iam requies, uiuere poena mihi.

1 fortasse A, mala || 2 Cur] An Paris. 8319 et Gaddianus et om. PR | fesso] lasso G | tarda] pigra Par. 8319 et Gadd. | uenis codd.: sedes vulgo; matim tardueris || 3 de tali FLV | carcere] i corpore suprascr. R corpore L exc. Vor.

- 5 Non sum qui fueram: perit pars maxima nostri;  
Hoc quoque quod superest languor et horror habent.  
Lux grauis in luctu, rebus gratissima laetis,  
Estque omni peius funere, uelle mori.  
Dum iuuenile decus, dum mens sensusque maneret,  
10 Orator toto clarus in orbe fui:  
13 Saepe perorata percepi lite coronam,  
14 Et merui linguae praemia grata meae;  
11 Saepe poetarum mendacia dulcia finxi,  
12 Et ueros titulos res mihi ficta dabat:  
15 Quae cum defectis iam sint immortua membris,  
Hen senibus uitae portio quanta manet?  
Nec minor his aderat sublimis gratia formae  
(Quae, uel si desint cetera, muta placet),  
Quin etiam uirtus fuluo pretiosior auro,  
20 Per quam praeclarum plus micat ingenium:  
Si libuit celeres arcu intemptare sagittas,  
Occubuit telis praeda petita meis;  
Si placuit canibus densos circumdare saltus,

5 Non sim S | qui] quod F, recte puto | perit Par. 8319 || 6 restat P | horror et langor F | langor codd. praeter LMRV | orror A | habent ASGV exc. Vor.: habet ceteri codd. cum Par. 8319 et Gadd. (qui hic finiunt) || 7 Lux e grauis F | grauis est luctu exc. Vor. | luctu est letis gr. rebus M (suprascriptam glossam est ecce uariis modis in textum inlatam) || 8 Estque o. p. scripsi: Est o. p. exc. Leid. Quodque o. p. est ABGL Quodque o. p. R Quodque o. (omne exc. Vor.) est p. ceteri | manere exc. Vor. || 9 maneret ABF: manerent ceteri (manebat MV) || 11 et 12 om. S || 13 et 14, qui sunt in codd., post 10 posui || 13 pergrata S | percepi codd.: precepi (ex precepi) unus B || 14 sic codd. (magna V): Et data sunt l. p. digna m. vulgo || 11 mendacia carmina fixi A || 12 ficta om. M | dedit BF || 15 defunctis BPRV | sunt BGR || 16 quarta F || 18 Quae mihi si GLP Que si uel M | desint BGPS: desit AFLRV desunt M | muta Barthius: multa codd. (membra V) | placet edd. uett.: placent codd. (an cetera cuncta, placet?) || 20 premicat (i plus supra pre) L || 21—24 sic ponunt codd. || 21 arcu intemptare V: arcu temptare F arcu temptare A cum ceteris (tractare R) || 22 telis supra lin. F celeris B || 23 Si libuit BMRV

Prostravi multas non sine laude feras;  
 Dulce fuit madidam si fors uersare palaestram, 25  
 Implieui ualidis lubrica membra toris.  
 Nunc agili cursu cunctos anteire solebam,  
 Nunc tragici cantus exsuperare meis.  
 Angebat meritum dulcis mixtura bonorum,  
 Ut semper uarium plus micat artis opus; 30  
 Nam quaecumque solent per se perpensa placere,  
 Alterno potius iuncta decore placent.  
 Has inter uirtutis opes tolerantia rerum  
 Spernebat cunctas insuperata minas:  
 Vertice nudato uentos pluuiasque ferebam, 35  
 Non mihi solstitium, non graue frigus erat;  
 Innabam gelidas Tiberini gurgitis undas,  
 Nec timui dubio credere membra freto.  
 Quamuis exiguo poteram requiescere somno  
 Et quamuis modico membra fouere cibo; 40  
 At si me subito uinosus repperit hospes  
 Aut fecit laetus sumere multa dies,  
 Cessit et ipse pater Bacchus stupuitque bibentem  
 Et, qui cuncta solet uincere, uictus abit.  
 Haut facile est animum tantis inflectere rebus, 45

25 sors GLPRV || 26 Impl. AM | thoris *codd. praeter A* ||  
 27 cunctis F | ante ire AG || 28 tragici *scripsi*: traici A traico  
 FS tragico BGP tragicos *ceteri* (cantu tragicos V, et, qui -gico  
 corr., L) | cantus AMR: cantu *ceteri* | exup. AFV | meis *scripsi*:  
 melos (-lo MR) *codd.*, id quod ex meos *suprascr.* i litterala  
 ortum *puto*; meo *uulgo* || 30 Ut om. F Et BL || 31 sol& (ut  
 supra &) A || 32 uincta M (?) RV | micant (*suprascr.* † nitent  
 † placent) L || 33 tollerantia F || 34 Spernebāt F (-bant B)  
 insuperira S || 35 pluuiasque A || 36 solsticium ABGLFR | non  
 sic *codd.* || 37 hiberini F m. † S hiberni M | gelidis — undis L  
 38 Non — fretu G | timui | metui BR || 39 exigui F | somno A:  
 somno *ceteri* || 40 Ac M Et G || 41 reperit AGPRV cepit L |  
 ospes A || 42 sic *codd.*: Aut lenis fecit s. uina d. *uulgo* || 43 bachus  
*codd.* (baecus S) || 44 Et quicumque *uulgo* | uictus | uicam A |  
 habiit F erat L || 45 Haut F Aut B Non *exc. Leid.* | in-  
 flecterebus S

Vt res oppositas mens ferat una duas:  
 Hoc quoque uirtutum quondam certamine magnum  
 Socratem palmam promeruisse ferunt,  
 Hinc etiam rigidum memorant ualuisse Catonem:  
 Non res in uitium, sed male facta cadunt. 50  
 Intrepidus quaecumque forent aduersa ferebam:  
 Cedebant animo tristia cuncta meo.  
 Pauperiem modico contentus semper amaui  
 Et rerum dominus nil cupiendo fui.  
 Tu me sola tibi subdis, miseranda senectus, 55  
 Cui cedit quicquid uincere cuncta potest:  
 In te corruimus, tua sunt quaecumque fatiscunt,  
 Ultima teque tuo conficis ipsa malo.  
 Ergo his ornatum meritis prouincia tota  
 Optabat natis me sociare suis;  
 Sed mihi dulce magis resolutio uiuere collo  
 Nullaque coniugii uincula grata pati:  
 Ibam per mediam uenali corpore Roman  
 Spectandus cunctis undique uirginibus.  
 Quaeque peti poterat, fuerat uel forte petita, 65  
 Erubuit uultus uisa puella meos  
 Et modo subridens latebras fugitiua petebat,  
 Non tamen effugiis tota latere uolens,  
 Sed magis ex aliqua cupiebat parte uideri,  
 70 Laetior hoc potius quod male tecta fuit.

46 opositas A || 48 Socratā S | fertur F || 49 Hunc S | et F  
 caluisse S unus, ut commendat fortasse Hor. od. III 21, 12 || 50  
 uitio s& S || 51 aduersa G: ad utraq; AF ad utraq; BL ad  
 utrumq; *ceteri* | ferebam F: ferebar *ceteri* || 53 contemptus BF,  
 et G m. †; semper contentus M || 54 dominus rerum MR  
 56 *puto* quisquis || 58 teq; FS: te quoq; A quaeque *ceteri*  
 59 Ergo | E *litt. initialis maior* A | totā S || 62 grata | colla S  
 63 iuuenili G || 65 Quēcūq; peti F | forte | ante F (uel quae  
 fuit ante V) || 66 uultum — meum A; an uultu — meo ? ||  
 67 modo *codd.*: nunc *uulgo* || 68 effugiis *scripsi*: effugiens (*prior*  
 f in A supra lin.) *codd.* et fugiens *Barthius* || 69 S& FS Set M  
 (ut saepius) || 70 Laetior F | foret G



Sic cunctis formosus ego gratusque uidebar  
 Omnibus, et sponsus sic generalis eram;  
 Sed tantum sponsus; nam me natura pudicum  
 Fecerat, et casto pectore durus eram.  
 Nam dum praecipuae cupio me iungere formae,  
 75 Permansi uiduo frigidus usque toro.  
 Omnis foeda mihi est atque omnis rustica uisa  
 Nullaque coniugio digna puella meo.  
 Horrebam tenues, horrebam corpore pingues;  
 Non mihi grata breuis, non mihi longa fuit.  
 80 Cum media tantum dilexi ludere forma;  
 Maior enim mediis gratia rebus inest.  
 Corporis has nostri mollis lasciua partes  
 Incolit, has sedes mater amoris habet.  
 Quaerebam gracilem, sed quae non macra fuisset:  
 85 Carnis ad officium carnea membra placent.  
 Sit quod in amplexu delectet stringere corpus,  
 Ne laedant pressum quaelibet ossa latus.  
 Candida contempsi, nisi quae suffusa rubore  
 Vernarent propriis ora serena rosis.  
 90 Hunc Venus ante alios sibi uindicat ipsa colorem,  
 Diligit et florem Cypris ubique suum.  
 Aurea caesaries demissaque lactea ceruix  
 Vultibus ingenuis uisa sedere magis.

71 Sed GL | ego] eram BE || 75 me om. A (me p. c. dum V) || 76 uiduo A | thoro codd. || 77 mihi est V: mihi (om. est) ceteri | omnis puella (o. p. supra lin.) rustica A omnis mihi rustica FS | uisa scripsi: uisa est codd. (est scilicet male in finem reiectum in archetypo) || 80 grata] pulcra L | non alterum] nec RV | fuit] placet M || 83 sq. fortasse interpolatio lectoris u. 82 lasciuie interpretantis || 83 has] as A | nostra F | 84 edes F || 85 quae non AMPs: non quae ceteri || 87 Sic GMRV Sed P | delectet in amplexu F | delectat BL || 88 psum A tenerum BGR | q; libet A cūlibet S et (ū in ras.) F || 89 suffussa A || 90 Vernaret A || 91 uendicat codd. praeter FS || 92 cipris BFLPS cirrus M || 93 dimissaque A dimissaq; BFG || 94 Vltib; A Voltibus GM | sedere] placere G (in F pro glossa suprascr.) decere R

95 Nigra supercilia, frons libera, lumina clara,  
 Vrebant animum saepe notata meum.  
 Flammea dilexi modicumque tumentia labra,  
 Quae gustata mihi basia plena darent.  
 In tereti collo uisum est pretiosius aurum,  
 100 Gemmaque iudicio plus radiare meo:  
 Singula turpe seni quondam quaesita referre;  
 Et quod tunc decuit, iam modo crimen habet.  
 Diuersos diuersa iuuant: non omnibus annis  
 Omnia conueniunt: res prius apta nocet.  
 105 Exultat leuitate puer, grauitate senectus:  
 Inter utrumque manens stat iuuenile decus.  
 Hunc tacitum tristemque decet, fit clarior ille  
 Laetitia et linguae garrulitate suae.  
 Cuncta trahit secum uertitque uolubile tempus  
 110 Nec patitur certa currere quaeque uia.  
 Nunc quia longa mihi grauis est et inutilis aetas,  
 Viuere cum nequeam, sit mihi posse mori.  
 O quam dura premit miseris condicio uitae:  
 Nec mors humano subiacet arbitrio!  
 115 Dulce mori miseris, sed mors optata recedit;  
 At cum tristis erit, praecipitata uenit.  
 Me uero heu tantis defunctum in partibus olim  
 Tartareas uiuum constat inire uias.

95 post supercilia uulgo addunt et | post frons rasura 5 litt. in A | libera om. in lac. S | clara BPR: nigra ceteri, in quo fortasse aliud aliquid latet || 96 saepe animū F || 97 Flamea FMPV || 98 plena] grata M || 99 teriti AB Intecti S | est om. S, post aurum habet F | pretiosior auro S || 100 Gemmaq; F Gemma et A Stēmaq; S || 101 seni est M | dilecta (suprascr. f. quaesita) L refferre F || 103 iuueant A | annis] horis exc. Leid. || 104 nocent G || 106 utramque M | iubenile A || 107 sit F | clarior codd.: gratior M carior uulgo || 108 Leticie exc. Vor. | garulitate F || 109 trait AS | uolubile A || 110 qu(a)equae ABGLS exc. Leid., Vor.: quemque ceteri (quēq; F) || 111 quod A || 112 posse] uelle GV || 116 Ac M Et G Ast exc. Vor. (non Leid.) || 117 malim cunctis | perfantū F perfunctum M | in om. FGMP et B || 118 Viuū=tartareas A, et (sine ras.) L

Iam minor auditus, gustus minor, ipsa caligant  
 Lumina; uix factu noscere certa queo. 120  
 Nullus dulcis odor, nulla est iam grata uoluptas:  
 Sensibus expertem quis superesse putet?  
 En Lethaea meam subeunt obliuia mentem,  
 Nec confusa sui iam meminisse potest:  
 Ad nullum consurgit opus, cum corpore languet 125  
 Atque intenta suis a! stupet illa malis.  
 Carmina nulla cano: cantandi summa uoluptas  
 Effugit et uocis gratia uera perit.  
 Non fora sollicito, non blanda poemata fingo;  
 Litibus haut rabidis commoda dura sequor. 130  
 Ipsaque me species quondam dilecta reliquit;  
 Et uideor formae mortuus esse meae.  
 Pro niueo rutiloque prius nunc inficit ora  
 Pallor et exanguis funereusque color.  
 Aret sicca cutis, rigidi stant undique nerui, 135  
 Et lacerant uncae scabruda membra manus.  
 Quondam ridentes oculi nunc fonte perenni  
 Deplangunt poenas nocte dieque suas;  
 Et quos grata prius ciliorum sarta tegebant,

119 gustus minor] gustatus F | ipsa] atq; BGLP | caligant  
 codd.: minora uulgo corrigentes poemam alibi quoque in prosodia  
 negligentem || 120 cuncta FGP et (t certa suprascr.) L || 121 est  
 om. F et (iam nulla) G | iam] mihi BLM || 122 putat GLR  
 pot' putet exc. Vor. || 123 lethaea fere codd. | sum ueunt A ||  
 124 ualet exc. Vor. || 126 a! stupet scripsi: astupet FLMP  
 obstupet ceteri | illa] ipsa MPEV | 127 nullo A | cantando (i supra  
 o) A || 128 Hec fugit exc. Vor. (= Ecf.) | uera, suprascr. t tota,  
 L summa GR gloria tota B || 129 Nec — nec BG Non — nec  
 MR || 130 haut LMR exc. Vor.: aut BGP haut A aud F hãc V |  
 rabidis AV exc. Vor. (rabidis ex radiis corr. F): rapidis ceteri  
 commodis (a iura supra is) sequor A || 132, 131 ponit A || 131  
 reliquit AFGP reliquid B || 132 forma — mea M || 133 nibeo A  
 hora F orer A || 134 exanguis codd. praeter GM (exiguus B)  
 135 Ardet F Arent exc. Vor. | cu — — — tis A | sunt GL | nerbi A  
 136 scabruda FM: scabida ceteri cum exc. Vor. tabida uulgo  
 137 perhenni AGM perhemni BFP peremni L

Desuper incumbens hispida silua premit,  
 Ac uelut inclusi caeco conduntur in antro:  
 Toruum nescio quid ceu furiale uident,  
 Iam pavor est uidisse senem, nec credere possis  
 Hunc hominem, humana qui ratione caret.  
 Si libros repeto, duplex se littera findit, 145  
 Largior occurrit pagina nota mihi.  
 Claram per nebulas uideor mihi cernere lucem,  
 Nubila sunt oculis ipsa serena meis.  
 Eripitur sine morte dies: caligine caeca  
 Septum tartareo quis neget esse loco? 150  
 Talia quis demens homini persuaserit auctor  
 Vt cupiat, uoto turpior ecce suo?  
 Iam subeunt morbi, subeunt discrimina mille,  
 Iam dulces epulae deliciaeque nocent.  
 Cogimur a gratis animum suspendere rebus, 155  
 Atque ut uiuamus uiuere destitimus.  
 Et me, quem dudum iam nulla aduersa nocebant,  
 Ipsa quibus regimur nunc alimenta grauant.  
 Esse libet saturum: saturum mox esse pigebit;  
 Praestat ut abstineam: abstinuisse nocet. 160  
 Quae modo profuerat, contraria redditur esca:  
 Fastidita iacet, quae modo dulcis erat:

140 incubens hispidas A | tegit BG || 141 clauduntur exc.  
 Vor., et (suprascr. t conduntur) L || 142 Torbum A | Nescio  
 quid toruum BFGPB | ceu scripsi: eu A heu BEGLMV seu P  
 exc. Vor. uel R || 143 possu F exc. Vor. (quis cr. possit L) ||  
 144 huma qui A || 145 libro — fidit A fingit BF reddit M ||  
 148 Nubula A || 149 morte AF: nocte ceteri (luce V) || 150 tar-  
 tareo post loco F | negat G || 151 persua — — — serit A || 152 ecce  
 scripsi: esse codd. ipse Withofius || 153 Nam exc. Vor. | discri-  
 mine A || 156 destitimus codd. (exc. Vor.): desinimus uulgo ||  
 157 Et me quem V exc. Vor.: Et me que A Et me quidē F  
 Et me iam ceteri | nullū dudū F | iam V exc. Vor.: quem (que  
 A) ceteri, nisi quod cui GM (om. B nulla diuersa scribens); at  
 uide de constructione Roenschius 'Itala und Vulgata' p. 441<sup>2</sup> ||  
 159 saturum alt.] sat tū A || 160 abstineas F | ast interserunt  
 uulgo

Non Cereris, non grata mihi sunt munera Bacchi,  
 Nec quicquid uitae fallere damna solet.  
 Sola iacens natura manet, quae sponte per horas 165  
 Soluitur et uitio carpitur ipsa suo.  
 Non totiens experta mihi medicamina prosunt,  
 Non aegris quicquid ferre solebat opem;  
 Sed cum materia pereunt quaecumque parantur,  
 Fit magis et damnis tristior herba suis. 170  
 Non secus instantem cupiens fulcire ruinam  
 Dinersis contra nititur obicibus,  
 Donec longa dies omni compage soluta  
 Ipsum cum rebus subruat auxilium.  
 Quid, quod nulla leuant animum spectacula rerum, 175  
 Nec mala tot uitae dissimulare licet?  
 Turpe seni cultus nitidi uestesque decorae,  
 Quin sine maestitia uiuere turpe seni.  
 Crimen amare iocos, crimen conuiuia, cantus:  
 O miseri, quorum gaudia crimen habent. 180  
 Quid mihi diuitiae, quarum si dempseris usum,  
 Quamuis largus opum, semper egenus ero?  
 Immo etiam poena est partis incumbere rebus,  
 Quas cum possideas est uiolare nefas.  
 Non aliter sitiens uicinas Tantalus undas 185  
 Captat et appositis abstinet ora cibis.

163 Cereris *Withofus*: ueneris *codd.* | sunt gr. m. non m. F | bachi *codd.* || 164 dampna *codd.* || 165 oras APV || 166 illa M || 168 egriis (e *supra lin.*) A quicquid miseris L | queq. f. solebant opes F || 170 Fitque magis d. F | dampnis *codd.* | herba suis *scripsi*: urna suis *codd.* || 171 Haut L || 174 Lapsu F | rebus | *puto* tectis || 175 iuuant M aiunt (*suprascr.* leuant) F | miserum (*suprascr.* i animum) L | spectaculum (a *supra um*) A || 177 Turpes eni A | senes *exc. Vor.* | cultus *Ommerenus*: uultus *codd.* (uultus GM) | uestisq; F *exc. Vor.* || 178 Quin sine maestitia (tristitia) *temptari*: Quis sine (sis M) iamq; ipsum *codd.* | seni *exc. Vor.*: sene A senem *ceteri* || 180 Proh *exc. Vor.* || 181 usus LM || 182 opis A | eris FP || 183 est om. A || 184 nephas *codd. praeter FM* || 186 hora F | ciuis A

Efficior custos rerum magis ipse mearum  
 Conseruans aliis, quae periere mihi;  
 Sicut in auricomis se tendens plurimus hortis  
 190 Peruigil obseruat non sua poma draco.  
 Hinc me sollicitum torquent super omnia curae,  
 Hinc requies animo non datur ulla meo.  
 Quaerere quae nequeo, semper retinere laboro;  
 Et retinens semper nil tenuisse puto.  
 195 Stat dubius tremulusque senex semperque malorum  
 Credulus, et stultus quae facit ipse timet.  
 Laudat praeteritos, praesentes despicit annos:  
 Hoc tantum rectum, quod sapit ipse, putat.  
 Se solum doctum, se indicat esse peritum;  
 200 Et quod sit sapiens desipit inde magis.  
 Stulta licet notis referens eademque reuoluens  
 Narrat et alloquium conspuat ipse suum.  
 Deficit auditor, non deficit ipse loquendo:  
 180 O sola fortes garrulitate senes!  
 205 Omnia nequicquam clamoris uocibus implet:  
 Nil satis est: horrent, quae placuere modo.  
 Arridet de se ridentibus, ac sibi plaudens  
 Incipit obprobrio laetior esse suo.  
 185 Hae sunt primitiae mortis, his partibus aetas  
 210 Defluit et pigris gressibus ima petit.  
 Non habitus, non ipse color, non gressus euntis,  
 Non species eadem quae fuit ante manet.

187 Efficiar *exc. Vor.* | rerum *supra* ipse *habet* A || 189 se tendens *scripsi*: dependens ABFV pendentia *ceteri* | plurimis A || 193 Vincere M || 196 stultis F || 197 actus F || 198 post quod *rasura in A* | facit B | ipse] esse GLMRV || 200 quod in *ras.* A quo R | decipit B despicit MPRV, et (*suprascr.* i desipit i decipit) L | ille LPR ipse MV || 201 Stulta *scripsi*: Multa *codd.* | notis (*h. e. qui ea nouerunt*) *scripsi*: nolis BM nolit L nobis A cum *ceteris* || 202 Narrat M: Horret *ceteri omnes* | aloquiū F || 203 ipse] ille GMPR || 204 garul. — senex F || 205 implent BFME || 206 horrent BFM: horret A cum *ceteris* || 207 plaudēt A || 208 opprobrio A || 210 imma F || 211 gresus A || 212 eadem

Labitur ex umeris demisso corpore uestis,  
 Quaeque brevis fuerat iam modo longa mihi est. 215  
 Contrahimur miroque modo decrescimus: ipsa  
 Diminui nostri corporis ossa putes.  
 Nec caelum spectare licet, sed prona senectus  
 Terram, qua genita est et reditura, uidet  
 Fitque tripes, prorsus quadrupes, ut paruulus infans,  
 Et per sordentem (flebile) repit humum. 220  
 Ortus cuncta suos repetunt matremque requirunt,  
 Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil.  
 Hinc est quod baculo incumbens ruitura senectus  
 Assiduo pigram uerbere pulsat humum  
 Et numerosa mouens curto uestigia passu 225  
 Talia rugato creditur ore loqui:  
 'Suscipe me genitrix, nati miserere laborum:  
 [Membra peto gremio fessa fouere tuo:  
 Horrent me pueri, nequeo uelut ante uideri:]  
 Horrendos partus cur sinis esse tuos? 230  
 Nil mihi cum superis: expleui munera uitae:  
 Redde, precor, patrio mortua membra solo.  
 Quid miseros uariis prodest suspendere poenis?  
 Non est materni pectoris ista pati.  
 His dictis trunco titubantes sustinet artus, 235  
 Neglecti repetens stramina dura tori.

species M | q. a. f. m. F || 213 umeris A: humeris *ceteri* | di-  
 misso AF || 214 mea l. m. e. F mihi longa manet LM modo  
 longa manet G || 215 Contrahimur A Contrahimurque F | ipsa  
 ABF: ipsi *ceteri* || 216 puto Deminui (Subminui G) | ossa  
 placet M || 218 qua] quam AR | et] qua L quam *uulgo* || *uu.* 218  
 — *eleg.* II 50 *om.* R || 219 paruulus G || 220 fleuile A | repit  
 AF: serpit *ceteri* || 222 Reddit (et *mg. add.*) F || 223 Hic A | et F ||  
 225 curto *scripsi*: certo *codd.* (certa G) | passu] plausu A  
 planta G pulsu L || 226 rugoso GLP | ora (e *supra* a) A ||  
 227, 230, 228 (*om.* 229) F, 227 et 230 (*om.* 228, 229) A *cum*  
*ceteris* (*omissos uu.* 228, 29 *in marg. add. glossator in P*) ||  
 228 peto F: puto P uelis *uulgo* | fauore P || 231 tempora uite  
 M || 233 expendere AV extendere G || 234 ma ≡≡≡ terni A |  
 corporis G || 236 thori *codd. praeter* A

Quo postquam iacuit, misero quid funere differt?  
 Heu tantum adtracti corporis ossa uides.  
 Cumque magis semper iaceam uiuamque iacendo,  
 240 Quis funus tali non putet esse loco?  
 Iam poena est totum quod uiuimus: urimur aestu,  
 Officiunt nebulae, frigus et aura nocet;  
 Ros laedit modicoque etiam corrumpimur imbre,  
 Veris et autumnii laedit amoena dies.  
 245 Hinc miseros scabies, hinc tussis anhela fatigat:  
 Continuos gemitus aegra senectus habet.  
 Hos superesse reor, quibus et spirabilis aer  
 Et lux, qua regimur, redditur ipsa grauis?  
 Ipse etiam, cunctis requies gratissima, somnus  
 250 Auolat et sera uix mihi nocte redit;  
 Vel si lassatos umquam dignabitur artus,  
 Turbidus in quantis horret imaginibus!  
 Mollia fulera tori duris sunt cautibus aequa,  
 Parua licet magnum pallia pondus habent.  
 255 Cogor per mediam turbatus surgere noctem  
 Multaque, ne patiar deteriora, pati.  
 Vincimur infirmi defectu corporis, et qua  
 Noluero, infelix hac ego parte trahor.  
 Omnia naturae soluuntur uiscera nostrae,  
 260 Et tam praeclarum quam male mutat opus!

238 adtracti AV: attracti BF abstracti M astricti G fracti P  
 (tam *suprascr.* f *tm*) contracti L attriti *uulgo* || 239 iaceam  
 semper LF (semper *supra* uiuamque V) iaceant semper uiuantq;  
 B semper iaceat uiuatq; FG || 240 Quis funus tali *scripsi*: Quis  
 sub uitali *codd.* | non putet *scripsi*: computet AFGV me  
 putet BLM me putat P || 242 Offendunt GM | nocent BFGL ||  
 245 anela AFLP hanela BM || 247 rear BV | est spir. M  
 inspir. B || 249 Ipsa AV | sonus A sompmus *ferre ceteri* || 250  
 Aduolat F Abuolat L Deuolat M Euolat BP | reddit F || 252  
 Turbida lux in A Turbidus heu in M Turbidus heu L || 253  
 fulera] filtra AG | thori *codd. praeter* A | duri A sunt duris G |  
 calcibus F | aequet A || 254 habnt A || 257 Vinimus G || 258 No-  
 luerim *editio uctusta* | e=go p. traor A || 260 mutat GMPV



His ueniens onerata malis incurua senectus  
 Cedere ponderibus se docet ipsa suis.  
 Ergo quis has cupiat per longum ducere poenas  
 Paulatimque anima deficiente mori?  
 Morte mori melius, quam uitam ducere mortis  
 Et sensus membris consepelire suis. 265  
 Non queror, heu, longi, quod totum soluitis, anni:  
 Inproba naturae dicere iura nefas.  
 Deficiunt ualidi longaeuo tempore tauri,  
 Et quondam pulcher fit modo turpis equus. 270  
 Fracta die rabidi conpescitur ira leonis,  
 Lentaque per senium Caspia tigris erit.  
 Ipsa etiam ueniens consumit saxa uetustas,  
 Et nullum est quod non tempore cedat opus.  
 Sed mihi uenturos melius praenertere casus  
 Atque infelices anticipare dies: 275  
 Poena minor, certam subito perferre ruinam:  
 Quod timeas grauius sustinuisse diu.  
 Ac quos fert alios quis possit dicere casus?  
 Hoc quoque difficile est commemorasse seni. 280  
 Iurgia, contemptus uiolentaque damna secuntur,  
 Nec quisquam ex tantis praebet amicus opem.  
 Ipsi me pueri atque ipsae sine lite puellae  
 Turpe putant dominum iam uocitare suum.  
 Irrident gressus, irident denique uultum 285

261 honerata **AFGLMP** || 265 fortasse Marte || 266 consepelire *temptauit*: hic sepelire **AV** ac sepelire **F** quam sepelire **M** insepelire **P** sic sepelire **BGL** || post 266 iteratur 279 in **F** || 267 Nec **F**, et (*supraser.* 1 nūc) **L** | totum quod **M** || 268 Impr. *codd.* praeter **FG** | iussa (s. prior supra lin.) **A** iussa **LM om.** **P** nūa iura **G** || 270 equus **BM** || 272 die *Ommerenus*: diu *codd.* | rapidi *codd.* praeter **AFV** || 272 caspida **V** aspera **A** || 273 consumat **A** consumet **BV** || 274 est *om.* **M** || 275 S& **A** Set **M** || 277 post certam *ras.* 2 *litt.* **A** || 278 Quam *exc. Leid.* Quam quod pertineas s. d. **L** | granis **≡≡≡ A** || 279 Ac *scripsi*: At *codd.* (Ad **G** Et **PV**) | possit *uulgo*: posset *codd.* (posset hic **F**) || 281 dampna *fere codd.* || 284 iam] me **BM** || 285 gressum irident iam denique **A** | uultus **BMP** uoltus **G**

Et tremulum, quondam quod timuere, caput.  
 Cumque nihil uideam, tamen hoc spectare licebit,  
 Ut grauior misero poena sit ista mihi.  
 Felix qui meruit tranquillam ducere uitam  
 Et laeto stabiles claudere fine dies: 290  
 Dura satis miseris memoratio prisca bonorum,  
 Et grauius summo culmine missa ruunt.

## II.

En dilecta mihi nimium formosa Lycoris,  
 Cum qua mens eadem, res fuit una mihi,  
 Post multos quibus indiuisi uiximus annos  
 Respuit amplexus, heu, labefacta meos;  
 5 Iamque alios iuuenes aliosque requirit amores:  
 Me uocat inbellem decrepitumque senem;  
 Nec meminisse solet transactae dulcia uitae  
 Nec quod me potius reddidit ipsa senem;  
 Immo etiam causas ingrata ac perfida fingit,  
 10 Ut spretum uitio me indicet esse meo.  
 Haec me praeteriens cum ductum forte uideret,  
 Expuit obductis uestibus ora tegens.

286 tremuere **P** tenuere **V** || 287 nihil] parum **M** | haec **GM** || 289 potuit **L** | tranquillā **A** || 290 l(a)eto stabiles *codd. plerique exc. Leid. Vor.*: l(a)etos stabili **FV** uulgo leto istabiles **G** || 292 missa uulgo; mersa *codd. exc. Vor.* | ruit **A**

II. Continuatur priori elegiae in *codd.*, nisi quod in **BGLM** littera initialis **E** grandior et in **P** signum **C** praefixum est || 1 En nimium d. m. f. **F** | liquoris **AGLV** hic(h)oris *ceteri* || 2 men **A** | res edea (*sic*) mens fuit **V** || 3 post quibus multos **F** | indiuisim **L** || 4 labefacta *scripsi*: pauefacta **AF** et (*stupe supra pane*) **V** patrefacta **B** stupefacta *ceteri* || 5 Iam a. i. **M** Iam i. a. **L** | iuues **A** || 7 et 8 *om.* **LV** || 7 solet *Ommerenus*: uolet *codd.* (uelit **M om.** **P m. 1**) ualet *Wernsdorffius* | trans (actae *om. in lac.*) **A** || 8 Nec me quod **AM** (me *om.* **P m. 1**) || 9 hac perfidia **A** || 10 Et **P** | spretum **F** **G** **P** respretū **A**: spretus *ceteri* | me indicet *scripsi*: iudicet **AF** iudicat **P** iudicer *ceteri* || 11 ductum *scripsi*: dudum *codd.*

'Hunc' inquit 'dilexi? hic me complexus amavit?  
 Huic ego saepe, nefas, oscula blanda dedi?'  
 Nauseat et priscum uomitu ceu fundit amorem, 15  
 Inponit capiti plurima dira meo.  
 En, quid longa dies nunc affert! ut sibi quisquam  
 Quondam dilectum prodere turpe putet!  
 Nonne fuit melius tali me tempore fungi,  
 Quo nulli merito despiciendus eram, 20  
 Quam, postquam periit quicquid fuit ante decoris,  
 Extinctum meritis uiuere criminibus?  
 Iam nihil est totum quod uiximus: omnia secum  
 Tempus praeteriens horaque summa trahit.  
 Dumque tamen niuei circumdant tempora cani 25  
 Et iam caeruleus inficit ora color,  
 Perstat adhuc nimiumque sibi speciosa uidetur  
 Atque annos secum despicit illa suos.  
 Et, fateor, primae retinet monumenta figurae,  
 Atque inter cineres condita flamma manet. 30  
 Ut uideo, pulcris etiam uos parcitis, anni,  
 Nec ueteris formae gratia tota perit.  
 Reliquiis ueterum iuuenes pascuntur amorum,  
 Et, si quid non est, quod fuit ante placet:  
 Ante oculos statuunt primaevi temporis artus 35

13 Huic inquam d hesi (si a m. rec.) hunc igitur (?) meus c. a. F || 14 nephas fere codd. | multa B || 15 uomitu G monitu MV uomitu (- m. rec.) F | ceu fundit AL: ceu fundat ceteri (conf. V) || 16 Imposuit F | uulnera (suprascr. i plurima) dura L || 17 En AFP: Heu ceteri | nunc] num non ? | affert AFP (i affert suprascr. B): aufert ceteri | ut] quod G | quemquam A || 18 putat GV || 19 me tali M || 25 Dumque tamen scripsi: Atque tamen AFPV Atque equidem BLM Atque eadem G | tempora A || 26 caeruleis i. hora notis AF caeruleis — notis etiam V m. 1 || 27 Perstat M Per restat F: Pr(a)estat ceteri omnes | adhuc supra lin. F | nimium sibi quod V | peiosa A sponsa B formosa LM || 29 secum V: mecum ceteri omnes | ipsa LMV | meos P || 30 manet] num micat ? || 31 p. o anni F || 32 Hec A || 33 Reliquias F | amores V amori M; puto auorum || 34 Sed AFV | non scripsi: nunc codd. || 35 artus scripsi: actus codd.

Atque in praeteritum luxuriantur opus.  
 At quia nos totus membrorum deserit usus,  
 Notos amplexus quod remoretur abest,  
 Sed solus miseris superest post omnia luctus:  
 40 Quot bona tunc habui, tot modo damna fleo.  
 Omni nympha pati, non omni tempore coniunx  
 Quit facere: hoc uincit femina uicta uirum.  
 Ergo uelut pecudum praesentia sola ualebunt?  
 Nil de transactis quod memoretur erit?  
 45 At fugiunt et bruta nouos animalia campos  
 Ac repetunt celeres pascua nota greges,  
 Sub qua consueuit requiescere diligit umbram  
 Taurus et amissum quaerit ouile pecus,  
 Dulcius in solitis cantat philomela rubetis  
 50 Fitque suum rabidis dulce cubile feris.  
 Tu tantum bene nota tibi atque experta relinquis,  
 Hospitia et potius non manifesta petis.  
 Nonne placet melius certis confidere rebus?  
 Euentus uarios res noua semper habet.  
 55 Sum grandaeuus ego, nec tu minus alba capillis:

37 At Withofius: Et codd. (Sed G Set M) || 38 Notos scripsi: Nullos GM Nullius ABFV Nullus ad L Nullus in (amplexum) F | quod BGL: quid F quos ceteri | remoretur uulgo: memoretur (-atur V) codd. | abest scripsi: habet codd. || 39 Set AGM Nec (suprascr. i S;) L; mem Sic ? | superes F || 40 habuit A abui F | dampna codd. || 41 et 42 a librariis pudicis foede interpolatos uulgo omitunt || 41 Omni nympha scripsi: Omnia nemo codd. | pati FGLPV pat M: potest pati A potest B | omni tempore coniunx scripsi: omnes omnia possunt (posunt A) codd. || 42 Quit facere scripsi: Efficere codd. | uincta M iuncta F cuncta G nota B | uirum scripsi: uiro AFP om. M uiros ceteri || 43 ualebunt scripsi: manebunt (-ant L) codd. || 44 tranactis q. memo-rem; A || 45 At fugiunt scripsi: Ut fugiunt GM Cum fugiunt A Confugiunt PV Effugiunt B Cum fugiant FL (uulgo, et in sqq. indicatiuos praes. inmutantes) | animalia nouos campos F || 46 Et M | repetant F | nata A || 47 consueuit L: decubuit AF cum ceteris | requiescens uulgo diligit F | umbra PV || 48 amissum A | quaerat F || 49 cantet F | filomela A filomena (phil.) ceteri || 50 rabidis AFV: rapidis ceteri || 53 potius B | confiderebus A

Par aetas animos conciliare solet.  
 Si modo non possum, quondam potuisse memento:  
 Sit satis ut placeam me placuisse prius.  
 Permanet inualidis reuerentia prisca colonis,  
 Quod fuit in uetulo milite miles amat, 60  
 Rusticus expertum deflet cessasse iuuenem,  
 Cum quo consenuit uictor honorat equum.  
 Non me adeo primis spoliavit floribus aetas:  
 En facio uersus et mea fata cano.  
 Sit grauitas sitque ipsa tibi ueneranda senectus, 65  
 Sit quod te nosti uiuere uelle diu.  
 Quis suam in alterius condemnet crimine uitam  
 Et quo pertendit claudere certet iter?  
 Dicere si fratrem seu dedignaris amicum,  
 Dic patrem; affectum nomen utrumque tenet. 70  
 Vincat honor luxum, pietas succedat amori:  
 Plus ratio quam uis caeca ualere solet.  
 His lacrimis longos, quantum fas, fleuimus annos:  
 Est graue quod doleat commemorare diu.

## III.

Nunc operae pretium est quaedam memorare iuuentae  
 Atque senectutis pauca referre meae,

56 animo **F** | cons. **LP** consociare **G** | solet (*suprascr.* **f** potest) **L** || 59 *puto* inualidi — leonis || 60 *ue* = *tulo* (*erasa n*) **A** ueteri **GP** uenti **M** || 61 cessasse *Burmamnus* (*Anth. lat.* I p. 733): cessisse **AFPV** cecidisse (*suprascr.* **f** cessisse **L**) *ceteri* || 62 consueuit **MR** consentit **B** | equum **BMP** || 64 uersus facio **AP** | et] uel **P** | mea fata *scripsi*: mea facta **LM** media dicta **A** mea dicta *ceteri* || 65 mihi **M** || 67 Quis (*s supra lin.* **A**) suam in **ABF**: Quisnam in **L** Quis suam **G** (*in quo u.* 67 *a m. rec. add.*) Quisq; in *ceteri* | condempnet *codd.* (contempnet **LM, G m. rec.**) || 68 Et quod pertendit **A** Et quo pretendit **BR** Et quo pertendat **G** Et per quod tundit (tendet **M**) **MP** || 69 si] seu **LBV** ceu **B** | seu] si **PV** | dedigneris **LMPRV** || 71 honor] amor **LV** | succedit **F** || 73 Hic *exc. Vor.* || 74 commemorasse **BR** | diu] senem **B**

III. *Cohaeret priori elegiae, sed littera initiali distincta, in codd., nisi quod F uu. 1—4 (sic positos 2. 4. 3. 1) adiungens*

Quis lector mentem rerum uertigine fractam  
 Erigat et maestum noscere curet opus.  
 5 Captus amore tuo demens, Aquilina, ferebar  
 Pallidus et tristis, captus amore tuo.  
 Nondum quid sit amor uel quid Venus ignea noram,  
 Torquebar potius rusticitate mea.  
 Nec minus illa meo percussa cupidine flagrans  
 10 Errabat, tota non capienda domo.  
 Stamina, pensa procul nimium dilecta iacebant:  
 Solus amor cordi curaue semper erat.  
 Nec reperire uiam, qua caecum pasceret ignem,  
 Docta nec alternis reddere uerba notis;  
 15 Tantum in conspectu studium praestabat inane,  
 Anxia uel solo lumine corda fouens.  
 Me pedagogus adit, illam tristissima mater  
 Seruabat tanti poena secunda mali:  
 Pensabant oculos nutusque per omnia nostros  
 20 Quaeque solet mentis ducere signa calor.  
 Dum licuit, uotum tacite compressimus ambo  
 Et uaria dulces teximus arte dolos.  
 At postquam teneram rupit uerecundia frontem  
 Nec ualuit penitus flamma recepta tegi,  
 25 Mox captare locos et tempora coepimus ambo  
 Atque superciliis luminibusque loqui,

*priori u. 5 sqq. inscribit* Incipit liber tertius || 1 est pretium **GL** || 3 mentem lector **BFLMR** || 6 et] ac **BPRV** || 7 *grā* (*suprascr.* **f** ignea i aurea) **L** | noui **G** || 9 meo **AL**: mei **FG** mea *ceteri* | cupidine *codd.*: a cuspide *uulgo* || 10 capiendomo **A** || 11 Carmina **ARV** Carminea (*suprascr.* stamina) **F** (Carmina pulsa **R uulgo**) || 13 que **AR q G q F** | certum **M** secum **L** || 14 alterius **GLMV** || 15 studiū prest. inane **A**: studiū perst. inane **V** studiū perst. inani **G** hoc studium perst. inani **F** studio praest. inani **P** studio perst. inani *ceteri* || 16 *puto* Saucia || 17 adit] di *ex corr.* **A** agit **P** habet *editio uetusta, recte puto* || 19 Prensabant **F** (-que *uulgo*) || 20 Quaeque **AFG**: Quique *ceteri* | dicere **BPR** | calor *scripsi*: color *codd.* || 22 uarios dulces **F** uarios dulci **BGMR** | dolos] *puto* faces || 23 mentem **M** || 25 iocos **V** dolos *uulgo* | et *m. rec.* **F** | tepora c. abo **A**

Fallere sollicitos, suspensos ponere gressus  
 Et muta nullo currere nocte sono.  
 Nec longum: genitrix furtiuum sensit amorem;  
 Et medicare parans uulnera uulneribus 30  
 Increpitat caeditque: fouentur caedibus ignes,  
 Vt solet adiecto crescere flamma rogo.  
 Concipiunt geminum flagrantia corda furorem,  
 Et sic permixto saeuit amore dolor.  
 Tunc me uisceribus per totum quaerit anhelis, 35  
 Emptum suppliciiis quem putat esse suis.  
 Nec memorare pudet turpesque reuolueri caedes,  
 Immo etiam gaudens imputat illa mihi.  
 'Pro te susceptos iuuat' inquit 'ferre dolores:  
 Tu pretium tanti dulce cruoris eris. 40  
 Sit modo certa fides atque inconcussa uoluntas:  
 Quae nihil imminuit passio, nulla fuit.'  
 His egomet stimulis angebar semper et ardens  
 Languēbam, nec spes ulla salutis erat.  
 Prodere non ausus carpebar uulnere muto; 45  
 Sed stupor et macies uocis habebat opus.  
 Hic mihi, magnarum scrutator maxime rerum,  
 Solus, Boethi, fers miseratus opem.

28 muta (uel tacita) scripsi: tota codd. (nullo tota F, qui et somno) || 29 Nec FV: Tunc ABLMP Hinc G Post R | longo V || 30 parat M | uerberibus R || 31 sic AFGL: ceditq; augentur cedibus ignes V ceditq; (spat. 6 litt.) pectoris ignes M cedit uires cum tempore crescunt F cedit uires tunc pectore nostro B cedit tunc crescunt pectoris ignes R || 32 mero Withofius || 33 dolorem MB (et uar. lect. L) fauorem G timorem uulgo || 34 Nec A || 35 per totum] perterrita uulgo | annelat (is supra at) F || 36 suppliciiis AGLRV || 37 morare — reuolueri (u supra pr. l) F | caedes (cf. u. 31) scripsi: uestes codd. || 38 ista V | imputat mihi esse F || 39 Per te F | susceptos] a supra o A (susceptas V) | dolores ut labores A (et f labores mgo L) labores B || 41 uoluptas A (sic) uoluptas BFMPRV || 42 Quae mihi minuit F || 45 muto] mitto B tanto G multo (suprascr. f muto) L mixto P ceco MV || 46 Set pudor — habebat iter M || 47 Hic FRV f hic suprascr. L: Hinc A cum ceteris || 48 boethi codd.

Nam cum me curis intentum saepe uideres  
 50 Nec posses causas noscere tristitiae,  
 Tandem perspicuens tacita me peste teneri  
 Mitibus alloquiis pandere clausa iubes:  
 'Dicito, quando nouo correptus carperis aestu!  
 Dicito et en dicti sume doloris opem.  
 55 Non intellecti nulla est curatio morbi,  
 Vt magis inclusis ignibus antra fremunt.'  
 Dum pudor est tam foeda loqui uitiumque fateri,  
 Agnouit taciti conscia signa mali.  
 Mox ait: 'occultae sat pestis prodita causa est.  
 60 Pone metum: ueniam uis tibi tanta dabit.'  
 Prostratus pedibus uerecunda silentia rupi,  
 Cum lacrimis referens ordine cuncta suo.  
 'Fac' ait 'ut placitae potiariis munere formae.'  
 Respondi 'pietas talia uelle fugit.'  
 65 Soluitur in risum exclamans 'pro mira uoluntas!  
 Castus amor Veneris dicito quando fuit?  
 Parcere dilectae iuuenis desiste puellae:  
 Impius huic fueris, si pius esse uelis.

50 posse F || 51 perspicuens scripsi: prospiciens codd. (percipiens G) | tacita (uel aliqua) me scripsi: tali me ABPV me tali ceteri || 52 aloquiis A colloquiis F || 53 Dicito AV: Dicis et M Dic nunc B Dic ait ceteri | quando (= quoniam) scripsi: et unde AV unde ceteri | carperis GMPV | estu codd.: igne GMV || 54 Dicito ABV: Dic precor MB Dicas F Dic ait ceteri | et en dicti scripsi: et edicti ABV et dicti FGMP edicti LR || 56 Ut F: Et AG Sed uel Set ceteri | signibus A || inde a u. 57 usque ad IV 25 deficit B || 58 tanti R tecti P | 59 occult(a)e satis est (om. M) res prodita caus(a)e codd., quod correxi || 60 tanta uis tibi F | uis] res B || 61 Prostratu A || 63 Fare codd., nisi quod RV Fac uel Face habere uidentur (de fac cf. Muellerus d. r. m. p. 343) | ait om. F, qui ut pot. plac. | placit(a)e AL: placidae ceteri | ut] an LR | paciariis munera P || 64 Respondit G Respondet V | fuit GV negat (suprascr. f fugit) L || 65 exclamat PR et clamans V proclamans L | proh V: prout APR o F om. GLM | uoluntas V: uoluptas A uoluntas (f uoluptas suprascr.) L uoluptas ceteri || 67 Parce A || 68 hic AM | uelis codd.: uoles uulgo



Vnguibus et morsu teneri pascuntur amores,  
 Vulnera non refugit res magis apta plagae.' 70  
 Interea donis permulcet corda parentum  
 Et pretio faciles in mea uota trahit.  
 Auri caecus amor natuum uincit amorem:  
 Coeperunt natae crimen amare suae.  
 Dant uitiiis furtisque locum, dant iungere dextras 75  
 Et totum ludo concelebrare diem.  
 Permissum fit uile nefas, fit languidus ardor:  
 Vicerunt morbum tabida corda suum.  
 Illa nihil quaesita uidens procedere, causam  
 Odit et illaeso corpore tristis abit. 80  
 Proieci uanas sanato pectore curas  
 Et subito didici quam miser ante fui.  
 'Salue sancta' inquam 'semperque intacta maneto,  
 Virginitas, per me plena pudoris eris.'  
 Quae postquam perlata uiro sunt omnia tanto 85  
 Meque uidet fluctus exsuperasse meos,  
 'Macte' inquit 'iuuenis, proprii dominator amoris,  
 Et de contemptu sume trophaea tuo.  
 Arma tibi Veneris ceduntque Cupidinis arcus,  
 Cedit et armipotens ipsa Minerua tibi.' 90  
 Sic mihi peccandi studium permissa potestas  
 Abstulit atque ipsum talia uelle fugit.  
 Ingrati, tristes pariter discessimus ambo:  
 Discidii ratio uita pudica fuit.

70 Vulnera M || 77 fit alterum] heu MP fit heu F ha V ||  
 78 tabida scripsi: languida codd. (e u. priore) | corda] membra  
 PV || 79 quaesita A || 80 abiit AF || 81 uarias GV | corpore  
 PRV corpectore F | curecs (a supra ec) A || 83 semper (que  
 om.) F || 85 prelata A prolata GLR || 86 fructus F luctus GV  
 fletus F fastus R | exuperasse A exsuperare MPRV || 87 o iu-  
 uenis F | dāpnator R; malim domitator || 88 Haec de F |  
 conten tu A || 89, 90 ceduntque — Cedit editio uetusta: cedant-  
 que — Cedat codd. || 91 Sic tibi GL Sit mihi V || 94 uita  
 tota AFM

## IV.

Restat adhuc alios turpesque reuoluere casus  
 Atque aliquo molli pascere corda ioco.  
 Conueniunt etenim delirae ignaua senectae,  
 Aptaque sunt operi carmina uana meo.  
 Sic uicibus uariis alternos fallimus annos,  
 Et mutata magis tempora grata mihi.  
 Virgo fuit, facies dederat cui candida nomen  
 Candida; diuersis nam bene compta comis.  
 Huic ego per totum uidi pendentia corpus  
 10 Cymbala multiplices edere pulsa sonos:  
 \* \* \*  
 Nunc niueis digitis, nunc pulsans pectine chordas  
 Arguto quiddam murmure dulce loqui.  
 Sic me diuersis tractum de partibus una  
 Carpebat uariis pulchra puella modis.  
 15 Hanc ego saltantem subito correptus amaui  
 Et coepi tacitus uulnera grata pati.  
 Singula uisa semel semper memorare libebat:  
 Haerebant animo nocte dieque meo.

IV. Cohæret priori in codd., sed fere littera initiali distincta ||  
 1 Pr(a)estat AFL | alios om. F || 3 delirae A || 5 uariis uicibus  
 LMV | alternos fallimus annos MR: alternos uincimus annos L  
 altermi fallimur anni A alterni soluimus anni F alternis falli-  
 mur annis PV (G pro 5 iterat 6) || 7 facies scripsi: species  
 codd. || 8 nam AF: stat ceteri sat uulgo sed Wernsdorffius ||  
 bene composita A | comis LM: modis in ras. A modis ceteri ||  
 9 Huic per A Huius per M | Vidi per t. p. cymbala corpus F  
 H. e. p. t. p. cimbala uidi R | collum L || 10 Cimbala codd.  
 (Huic quoque P Corpus R) | reddere G, et (suprascr. t. edere) L  
 post 10 lacunae signa posui || 11 niuei AF | digitis niueis L  
 pulsant F pulsat MPR (et pro uar. lect. L) pulsabat (nunc  
 om.) G | cordas (-dis F) codd. || 12 quiddam scripsi: quidquam G  
 quicquam AFLPR quidquid MV quiuit Wernsdorffius || 14, 13  
 ponit F (13 sq. uulgo post 15 sq. ponunt) || 13 contractum di-  
 uersis partibus una olim L || 14 pulchra M uisa G || 16 tacitus  
 cepi F || 17 libebat FLV solebam R

Saepe uelut uisae laetabar imagine formae,  
 Et procul absenti uoce manuque fui; 20  
 Saepe, uelut praesens fuerit, mecum ipse loquebar,  
 Cantabam dulces quos solet illa modos.  
 O quotiens demens, quotiens sine mente putabar!  
 Nec, puto, fallebat: non bene sanus eram.  
 Atque aliquis, cui caeca foret bene nota uoluptas: 25  
 'Cantans cantantem Maximianus amat.'  
 Certe difficile est abscondere pectoris aestus,  
 Panditur et clauso saepius ore furor.  
 Nam subito inficiens uultum pallorque ruborque  
 Internum clausae uocis habebat opus. 30  
 Nec minus ipsa meas prodebant somnia curas,  
 Somnia secreto non bene fida meo.  
 Nam cum sopitos premerent obliuia sensus,  
 Confessa est facinus nescia lingua suum.  
 'Candida', clamabam, 'propera: cur, Candida, tardas? 35  
 Nox abit et furtis lux inimica redit.'  
 Proximus at genitor me tum comitatus amatae  
 Virginis herbosa forte iacebat humo:  
 Illius ad nomen turbatus succutit artus,

20 absentis (— frui) *Pulmannus*; sed et pro 'et tamen' accipe | fuit G frui M || 21 fuerat LMR mecum fuit V | ipsa AV ego P || 22 post 23 F | Cantabat A Captabam M; num Cantabam et ? | illa] ipsa FLPRV ipse G || 24 Nec] Vt F | puto in ras. A | fallebat (sc. ita putantes) scripsi: fallebar (falebar AF) codd. fallebam Wernsd. | nec PRV || 25 fuit G, et (suprascr. f foret) L || 26 Cantans scripsi: Canta AGL Cantabam dulces F Cantat ceteri || 27 iterum incipit B || 29 uoltum G uoltus M || 30 Internum A: Interdum ceteri (Interius G) | claus(a)e codd.: certae uulgo | num agebat ? | iter M || 31 sompnia codd. praeter A (ut et 32, ubi Sonia A) || 32 secreto — meo A: secretis — meis GMV secreti — mei ceteri || 33 om. F || 34 nescia codd.: conscia uulgo | longa F || 35 tardas AFGLM: cessas ceteri || 36 nox i. reddit F; uenit uulgo || 37 at g: ut codd. | me tum Withofius: mecum codd. | amato A amice (suprascr. i amate ore) L a suprascr. d ante rimam F, post quam m. rec. amate || 38 humo (i supro o) F || 39 turbatus AV tuberbatu F; tur-

40 Exilit et natam credit adesse suam.  
 Omnia collustrans toto me pectore somnum  
 Prospicit efflantem nec meminisse mei.  
 'Vana putabo an uera? sopor ludibria iacetat  
 An te serus' ait 'pectoris ardor habet?'  
 45 Credo equidem assuetas animo remeare figuras,  
 Et fallax studium ludit imago suum.'  
 Stat tamen attonitus perplexaque murmura captat  
 Et tacitus strepitu discere plura rogat.  
 Sic ego, qui cunctis sanctae grauitatis habebam,  
 50 Proditus indicio sum miser ipse meo.  
 Et nunc infelix tota est in crimine uita,  
 Et peccare senem non potuisse pudet.  
 Deserimur uitiiis, fugit indignata uoluptas;  
 Nec quod non possum non uoluisse meum est.  
 55 Hoc etiam meminisse licet, quod senior aetas  
 Intulit, et gemitus, quos mihi lingua dedit,  
 Si quis has possit naturae adtingere partes,

batos ceteri | succutit scripsi: excutit A excitat ceteri (exitat F) || 41 perlustrans V | ≡≡≡toto me (me supra lin.) A me toto G | somno (v supra o) A sompnium ceteri praeter G || 42 efflantem g: afflantem codd. || 43 putabo scripsi: putas (-at G) codd. | iactas A || 44 An te M: Hoc et A Haec et F Et te ceteri | serus scripsi: nerus codd. (e u. priore) | habet — ait M | pector A | habet] agit ABF | hic desinit V || 45 assuetas] s prior supra lin. A || 46 suum codd.: tuum g; puto studio — suo || 47 Sat A | tamen] pater M; an tamquam ? | perplexaque A || 48 tacitus A: tacitis ceteri (tantis P) | strepitu (i. e. murmure meo) temptaui: precibus codd. | discere scripsi: dicere codd. || 50 iudicio L & uitio A; num ex (ec) uitio ? | ipse] ille F || 51 tota] non Withofius | in crimine scripsi: sine crimine codd. || 52 non] nec F || 53 Et deserimur A Deferimur G Destruimur P | indignata] ta supra lin. A || 54 Et GF | posum A | ualuisse G | meum est] suprascr. t pudet L pudet G meum (om. est) BF || 55 Hoc] H initialis grandior in ALM, signum praefixum in P Haec G | fortasse memorasse libet uel iuuat | senior F || 56 lingua temptaui: leta codd. (lenta P sera M) lena Wernsdorfus || 57 Si quis has (h consona, ut I 208) F: Si quisq; has M S & quis has A Has si quis R Has sed quis L Sed (Et G) quis ad has GF Sed quis ad B | poseit F cupiat G | adt. A: att. ceteri

Gnarus cur sapiens noxia saepe uelit.  
Interdum rapimur utiis trahimurque uidentes,  
Et quod non cupiunt pectora bruta uolunt.

## V.

Missus ad Eoas legati munere partes,  
Tranquillum cunctis nectere pacis opus,  
Dum studeo gemini componere foedera regni,  
Inueni cordis bella nefanda mei.  
Hic me suscipiens Etruscae gentis alumnum  
Inuoluit patriis Graia puella dolis.  
Nam cum se nostro captam simularet amore,  
Me potius uero fecit amore capi.  
Peruigil ad nostras astabat nocte fenestras,  
Nescio quid Graeco murmure dulces canens.  
Nunc aderant lacrimae, gemitus, suspiria, pallor  
Et quicquid nullum fingere posse putes.  
Sic uelut afflictam nimium miseratus amantem  
Efficior potius tunc miserandus ego.  
Haec erat egregiae formae uultusque modesti,  
Grata, micans oculis nec minus arte placens,  
Docta loqui digitis et carmina fingere docta  
Et responsuram sollicitare lyram.

58 Clarus A, F m. 1 | cur scripsi: et ut ALMPR ut haec F  
ut et BG || 59 rapitur (m supra t) A | trah.] rapimurque F  
uidentes scripsi: uolentes codd. (e u. siue priore siue sequente) ||  
60 quod] quia P quae L uulgo | cupiunt M: capiunt A cum ceteris

V. Cohaeret priori, sed littera initiali distincta (praeter A)  
in codd. || 1 Missu A | ad eoas] athenas (t corr. in d) F  
partes G: partes, suprascr. i functus, L functus A cum ceteris  
2 Tranquille M || 5 suspiciens G | etruscae A | alumpnum  
codd. || 6 greca F || 7 captam nostro BG captam meo B  
8 potius uere A uero potius G; uerso Heinsius || 9 perstabat G  
hic desinit B || 10 Nescio (o supra lin.) quod A | quidem F  
11 pallorque uulgo || 12 an nullam ? || 13 Sed uulgo || 14 Affi-  
cior A Efficiat F | nunc LM || 15 modestus P || 16 arte potens M  
18 responsura A

Illam Sireni, stupefactus cantibus, aequans  
Efficior demens alter Ulixes ego;  
Et quia non poteram tantas euadere moles,  
Nescius in scopulos et uada caeca feror.  
Subcubui, fateor, Graiae tunc nescius artis,  
Subcubui Tusca simplicitate senex.  
Cum defensa suo superata est Hectore Troia,  
Vnum non poterat fraus superare senem?  
Muneris iniuncti curam studiumque reliqui  
Deditus imperiis, saeue Cupido, tuis.  
Nec memorare pudet tali me uulnere uictum:  
Subditus his flammis Iuppiter ipse fuit.  
Quis referat gressus certa se lege mouentes  
Suspensosque suis passibus ire pedes?  
Grande erat inflexos gradibus numerare capillos,  
Grande erat in niueo pulla colore coma.  
Vrebant oculos stantes duraeque papillae  
Et quas astringens clauderet una manus.  
A, quantum mentem stomachi iunctura mouebat

19 post 20 F || 19 Sireni (uel Sirenae) scripsi: sirenis F  
sereniis A sireneis B syrenis G syreneis L sirenes M sirenem P  
Sirenum Withofius, qui u. seq. instar Ulixis || 21 qui non A |  
euertere G euincere BLP | moles] e ex i corr. A || post 22  
inserui u. qui sunt in codd. 39-46 || 39 Succubui AFL (ut  
et 40) | tum AL || 40 tus sca A tusca m. rec. ex tuta corr. F  
casta M || 41 Qua, i Cū suprascr., A: Qua ceteri codd. Quae Werns-  
dorffius | ectore A || 42 non poterat] post ad F || 43 Numinis B | in-  
nuncti BFL | studium curamque M | 44 cupio A | 46 post iuppiter ras.  
in A || 23 Quis referat (-ret B) codd.: Quid referam uulgo | se FG:  
sub A cum ceteris (num certa sub lege moueri?) || 24 suis scripsi:  
nouis codd. (-os L) | plausibus A plasibus pedes ire F || 25 et  
26 pro Grande malim Gratium || 25 post 27 F || 26 pulchra F  
pule(h)ra BG || 27 oculi L animos M | stantes duraeque codd.  
(et qui haec uerba citat Anselmus Peripateticus; cf. Hermes IX  
p. 383): durae stantesque uulgo || 28 Quas simul astr. G  
absringens F || 29 Hah A Ha BLP Heu GM Ah F | iunctura  
scripsi: iuncturaq; (supraposito interrogandi signo saepius in  
hoc libro obuiis, quod ad totum enuntiatum pertinet) A fultura  
BFLM factura GP

Atque sub exhausto pectore pingue femur! 30  
 Pellebar teneros astringere fortiter artus:  
 Visa per amplexus ossa sonare meos.  
 'Grandia' clamabat 'tua sic me brachia laedunt:  
 Non tolerant pondus subdita membra tuum.'  
 Derigui, quantusque fuit calor ille recessit, 35  
 Et nata est uenae causa pudenda meae:  
 Non lac sic tenerum permixta coagula reddunt  
 Nec calidi mollis spuma liquoris erit. 38  
 Sed mihi prima quidem nox fuit, cum sua soluit 47  
 Munera grandaeuo uix subeunda uiro;  
 Proxima destituit uires, uacuuque recessit  
 Ardor, et in Venerem segnis ut ante fui. 50  
 Illa uelut proprium repetens infesta tributum  
 Instat et increpatat 'debita redde mihi.'  
 Sed nihil hic clamor, nil sermo mitis agebat:  
 Quod natura negat, reddere nemo potest.  
 Erubui stupuique: iterum uerecundia motus 55  
 Abstulit et blandum terror ademit opus.

30 exausto AF || 31 Pellebar scripsi: Terrebar ABP Terre-  
 bam F Tenebant G Horrebar LM Urebar uulgo | constr. L ||  
 33 tua sic me scripsi: tua sunt me ABLM nunc me F  
 tua nunc me P (et nunc supra sunt pro uar. lect. L) cur me  
 tua G nimium me uulgo || 35 Dirigui (Dirr. F) codd. | ille re-  
 cessit (-dit G) codd.: ossa reliquit uulgo || 36 uen(a)e BLMP:  
 uenie AFG || 37 Nec LM | tenerum] durum AF | permixta A  
 38 Non P | calidi scripsi: liquidi codd. (e seq. liquoris, pro quo  
 cruoris G uitium sentiens) | mellis uulgo | ceterum 38 et 39 (uide  
 post 22) inter se traicit A || 47 S& A Set M S; BGL Sic P  
 uulgo | nox fuit scripsi: noxa fuit A nox affuit ceteri | cum  
 sua scripsi; ac (supraser. & A) sua ABM et sua FLP omnia G |  
 solum F || 48 Munia M || 50 et om. F || 51 propria (u supra a) A  
 52 sic A: et increpitans (et crep. L et me F in marg. increpitans  
 habens) debita reddis (-des G) ait ceteri || 53 clamor et nil s.  
 metis agebat F || 55 stupuiq; iterum scripsi: stupui quia tunc A  
 stupui tunc F stupui ceteri, tum q; simul L quod tunc G mihi  
 quod B q; tunc P q; mihi M, stupuique: omnes uulgo | motus  
 mentem A

Contractare manu coepit flaccientia membra  
 Meque etiam digitis sollicitare suis.  
 Nil mihi torpenti uel tactus profuit illis:  
 60 Perstitit in medio frigus ut ante foco.  
 'Quae te crudelis rapuit mihi femina?' dixit;  
 'Cuius ab amplexu fessus ad arma redis?'  
 Iurabam curis animum mordacibus uri  
 Nec posse ad luxum tristitia corda trahi.  
 65 Illa dolum credens 'non' inquit 'fallis amantem:  
 Plurima certus amor lumina semper habet.  
 Quin potius placito noli unquam parcere ludo:  
 Proice tristitias et renouare ioco.  
 Obtundunt siquidem curarum pondera sensus:  
 70 Intermissa minus sarcina pondus habet.'  
 Tunc egomet toto uersatus corpore lecto  
 Effusis lacrimis talia uerba dedi:  
 'Cogimur ecce senes crimen uitiumque fateri,  
 Ne meus extinctus forte putetur amor.

57 Contractare F Num tractare P (uoluitne Tum tr. ?) |  
 flaccientia scripsi: flagrantia BFGLMP uirilia A (et in L glossa  
 uirilia supraser.) frigentia uulgo || 59 uel t. ABFG: nec t. L  
 cont. M t. nil P (in initio Et mihi praebens) nil t. uulgo  
 illis uulgo: ignis AF ullus ceteri || 60 Perstitit BG: Pr(a)estitit  
 AFLP Restitit M | puto in tepido | ut om. A | foco] supraser.  
 toro P et i thoro L thoro BM focus F || 62 amplexus A |  
 reddis F || 64 corda] membra GP | pati F || 65 non i. fallis  
 AB: non i. falles P non me i. fallit L nunc i. fallis M  
 cur i. fallis G | me animantem A | non inquit dicis uera  
 (mgo non . . . fallit amantem) F || 66 certus] supraser. i  
 cecus L cecus M || 67 placito ed. uet.: placido codd. (tacito G)  
 noli unquam BGMP: noli inquit AF tu noli L; an noli nunc ? ||  
 68 tristitias F | renouare (renocare F) ioco codd. (renouato  
 iocos M); iocis uulgo; an te renouante ioco ? || 69 Obtundit  
 tristitia siquidem F Offendunt hominum exc. Leid. | equidem G |  
 pondere A || 71 ego de toto BMP | uersatus G: nudatus A cum  
 ceteris (i to supra -tus L) || 73 ecce senes scripsi: heuq; (inter-  
 rogandi signo supraser.) senes A heuq; (heus G) senes BFGL  
 heu segnes MP | uitium crimenque BFLMP || 74 amor post  
 meus F



Me miserum, cuius non est culpanda uoluntas! 75  
 Vindicor infelix debilitatis ope.  
 En longo confecta situ tibi tradimus arma,  
 Arma ministeriis quippe dicata tuis.  
 Fac quodcumque potes! successibus haec tamen ipsa  
 Grandior est hostis, quo minus ardet amor. 80  
 Protinus Arguias admouit turpiter artes  
 Meque cupit flammis uiuificare suis.  
 Ast ubi dilecti persensit funera membri  
 Nec uelut expositum surgere uidit onus,  
 Erigitur uiduoque toro flammata resurgens 85  
 Vocibus his luctus et sua damna fouet:  
 'Mentula, festorum cultrix operosa dierum,  
 Quondam deliciae diuitiaeque meae,  
 Quo te deiectam lacrimarum gurgite plangam?  
 Quae de tot meritis carmina digna feram? 90  
 Tu mihi flagranti succurrere saepe solebas  
 Atque aestus animi ludificare mei,  
 Tu mihi per totam custos gratissima noctem  
 Consors laetitiae tristitiaque meae,  
 Conscia secreti semper fidissima nostri, 95  
 Astans internis peruigil obsequiis:

75 uoluptas *codd.* (senectus **M**), *corr.* Wernsdorfius || 76 Vindicor **AP**: Vendicor **FG** Venditor *ceteri* Iudicor *uulgo* | debilitatis (e *supra* i *ult.*) **A** || 77 Hen **L** || 79 successibus *scripsi*: nos cessimus (-anus **F**) *codd.* (*supraser.* t cedimus **L**) | haec (*scil. mentula*) **AGM**: et **F** hoc **BP** at **L** | ipsa **A**: ipsa t ipse **L** ipso **P** ipse *ceteri* || 80 quod **A** cui **G** || 81 arguias **BM**: argutas **A** cum *ceteris* | amouit **A** amouit **F** || 83 praesensit **G** persensit dilecti **L** || 84 extinctum **F** | onus *Ommerenus*: opus *codd.* || 85 uiduo et thoro **F** | flammata (*i. e. irata*) *scripsi*: laniata *codd.* | resurgens *scripsi*: recumbens *codd.* || 86 dampna *codd.* | plorat **F** || 87 **M** *litt. initialis distincta in plerisque codd.* || 89 dilectam **G**: an defectam? | funere **B** || 90 Quo **L** | tot de **P** | dira (*supraser. gna*) **A** | canam **M** || 94 tristitie letitiaeque; **L** || 95 Consors **B** | fiducia **L** || 96 Astas **F** Constans **P** | internis **A**: interius **BFMP** in trinis **G** in nostris **L** *uulgo*

Quo tibi feruor abit, per quem feritura placebas,  
 Quo tibi cristatum uulnificumque caput?  
 Nempe iaces nullo, ut quondam, suffusa rubore,  
 100 Pallida demisso uertice nempe iaces.  
 Nil tibi blanditiae, nil dulcia carmina prosunt,  
 Non quicquid mentem sollicitare solet.  
 Hinc uelut exposito meritam te funere plango,  
 Occidit assueto quod caret officio.  
 105 Hanc ego cum lacrimis deducta uoce canentem  
 Irridens dictis talibus increpui:  
 'Dum defles nostri languorem, femina, membri,  
 Ostendis morbo te grauiore premi.'  
 Illa furens: 'nescis, ut cerno, perfide, nescis:  
 110 Non fleo priuatum, sed generale chaos.  
 Haec genus humanum, pecudum uoluerumque, ferarum  
 Et quicquid toto spirat in orbe, creat.  
 Hac sine diuersi nulla est concordia sexus,  
 Hac sine coniugii gratia summa perit.  
 115 Haec geminas tanto constringit foedere mentes,  
 Vnius ut faciat corporis esse duo.  
 Pulchra licet pretium, si deficit, femina perdit;

97 feritura (e *supra* a *pr.*) **A** t peritura *supraser.* **L** peritura **BM** | 98 tristatum **BLP** | uulnificumque (uoln. **G** muniferum *in lac. P m. 2*) *codd.*: uulniferumque *uulgo* || 99 suffusa **FGM**: perfusa **A** cum *ceteris* || 100 dimisso **AFP** || 101 tibi blandities nil tibi dulcia **A** || 102 Nec **BLMP** | sollicitare (*ci supra lin.*) **A** || 103 Hinc **LP**: Hic **AF** cum *ceteris* Sic *uulgo* | uelut extinctum **F** | merito **FGP** | de funere **M** | plangam **P** || 104 assueto (asueto **G**) *codd.* cum *exc. Leid.*: assiduo **L** *uulgo* || 105 Haec *uulgo* | cum *om. F*, qui deducta et uoce || 107 Dum] *supraser.* t cur **L** | deflens **A** | languorem femina nostri (membra *supra* nostri *scr.*) **F** nostri (membra **G**) flagrantia munera (femina **G**) morbi (nri **G**) **GP** || 108 Ostendens **P** || 109 *om. G* | Illa — nescis] Illa (*supraser.* furens inquit) nescis (tu *supraser.*) **F** | nescis **AFM**: dixit **B** inquit **LP** | ut cerno **A**: et cerno **F** ut credo **BLM** nescis o **P** | perfide *bis* **A** perfidus **F** | nescis] dixit **M** || 110 se **A** || 113 Hanc sine diuersis n. es **F** || 114 coniugi **A** || 115 tacito constringit **G** || 116 duos **GLM** || 117 Pulchra **AF** | deficit *scripsi*: desit *codd.* || *post* 117

Et si deficiet, uir quoque turpis erit:  
 Ut si gemma micans rutilum non conferat aurum,  
 Est aruum fallax mortiferumque genus. 120  
 Tecum pura fides secretaque certa coluntur:  
 O uere faustum fructiferumque bonum!  
 Vade, inquam, felix, semper felicibus apta,  
 Et tibi cognatis utere deliciis!  
 Cedunt cuncta tibi; quodque est sublimius, ultro 125  
 Cedunt imperiis maxima sceptris tuis.  
 Nec substrata gemunt, sed se tibi subdita gaudent:  
 Vulnere sunt irae prosperiora tuae. 128  
 Sternitur ieta tuo uotiuo uulnere uirgo 131  
 Et perfusa nouo laeta cruore iacet.  
 Fert tacitum ridetque suum laniata dolorem  
 Et percussori plaudit amica suo.  
 Non tibi semper iners, non mollis conuenit actus, 135  
 Mixtaque sunt ludis fortia facta tuis.  
 Nam nunc ingenio, magnis nunc uiribus usa  
 Pugnas, quod poenis non es amica malis.

hic in F *exstat u.*: Non quod possit ama, sed quod habere cupit || 118 Et A: Haec ceteri | deficiet scripsi: defuerit *codd.* (desierit L) || 119 Ut scripsi: Et F Haec ceteri *codd.* || 120 Est aruum scripsi: Externum *codd.* (Aeternum L) | fallit P | num morte peritque genus? || 121 certa AFM: cuncta BL cuncta G multa P | coluntur scripsi: locuntur F loquantur (sic) AM loquantur BP loquntur L et, ut uid., G locantur G || 124 faustum scripsi: nostrum *codd.* (Tu nero nostrum, *supraser.* f estque tuum, L) pretium *uulgo* || 123, 124 hic habent *codd.* (F post 121, G *interpolationibus augens*), post 108 *uulgo ponunt* || 123 Valde A Vale L Salus G | inquit B inquit P modo M || 124 En tibi AFL Et mihi P || 126 maxima] *supraser.* f splendida L | sarta F ceptra BLP || 127 Haec F | substrata scripsi: substracta AF substracta G subiecta ceteri | s& A | sese sibi G tibi sed se P | subdere BLP || *uu.* 129, 130 post 146 *traieci* | 131 uotiuas F || 133 Fert A: Flet ceteri | tacito (t um *supra o*) L cito F | lania tabo dolorem A laniatq; dol. G || 134 plaud& A || 135 Nec L || 137 magnus nunc F nunc magnus GL | us; usa A usus FGL || 138 Pugnas quod poenis scripsi: Non nequod

Nam tibi peruigiles intendunt saepe labores  
 140 Umbres insidiae iurgia damna niues.  
 Tu mihi saepe feri commendas corda tyranni,  
 Sanguineus per te Mars quoque mitis erit.  
 Tu post extinctos debellatosque gigantes  
 Excutis irato tela trisulca Ioui.  
 145 Tu cogis rabidas affectum discere tigres,  
 146 Per te blandus amans redditur ipse leo.  
 129 Ipsa etiam totum moderans sapientia mundum  
 130 Porrigit inuictas ad tua iussa manus.  
 147 Mira tibi uirtus, mira est patientia: uictos  
 Diligis et uinci tu quoque saepe uoles.  
 Cum superata iaces, uires animosque resumis  
 150 Atque iterum uinci, uincere rursus amas.  
 Ira breuis, longa est pietas, recidiua uoluptas,  
 Et cum posse perit, mens tamen una manet.  
 Conticuit tandem longo satiata dolore:  
 Me uelut expletis deserit exequiis.

in penis A Nunc quidem non es pecus F Nunc h(i)is qu(a)e (qui G) ueneris (iueni M) ceteri | non es amica malis A: sed amica malis F sunt inimica malis ceteri || 139 intendunt (*supraser.* f inpendunt) L: inpendunt A cum ceteris inpendunt *Withofius* | dolores P || 140 insidias P -diis M | et iuga F | dampna *codd.* | niues] rates A naues F; *puto neces* || 141 Tum ichi A Tu quoque P || 142 Sanguineu A || 143 Tu] Et A || 144 corusca (*supraser.* f trisulca) L || 145 rabidas AF: rapidas ceteri | discere] *supraser.* f ducere L ducere P dicere G || 146 reddit et ipse F || post 146 *inserui uu.* 129, 130 || 129 Illa F | etiam *supra lin.* A || 130 in-iunctas F | inuitas a. t. iura *uulgo* || 147 (et) mira(que uel estque) potentia BMP | uictos *ex* uirtus *corr.* A uictrix GP et pro *uar. lect. supraser.* L || 148 tu quoque AFL: uincere ceteri | soles GP || 149 et 150 in fine *Maximiani habet* F || 149 Dum GL | uiresque B | animosa G || 150 ras. post uinci in A || 151 Iratu (a *supra u*) breuis A | residua L rediuiua GMP et pro *uar. lect.* L | uoluntas P et pro *uar. lect.* L || 152 men A || 153 post tandem F *addit et, fort. recte* || 154 exsequiis GL obsequiis BM et pro *uar. lect.* L

## VI.

Claude, precor, miseram, aetas uerbosa, querelas.

Numquid et hic uitium uis reserare tuum?

Sit satis, indignum leuiter tetigisse pudorem:

Contractata diu crimina crimen habent.

Omnibus est eadem leti uia, non tamen unus

Est uitae cunctis exitiique modus.

Hac pueri atque senes pariter iuuenesque feruntur,

Hac par diuitibus pauper egenus erit.

Ergo quod attritum quodque est uitabile nulli,

Festino gressu uincere praestat iter.

Infelix ceu iam defleto funere surgo,

Hac me defunctum uiuere parte puto.

VI. Cohaeret priori, sed in plerisque libris littera initiali distincta || 1 querelas AG: loquelas ceteri || 2 et hic] adhuc G et (supra lin.) F et hoc G || 4 Contracta F Et contracta L || 5 uia leti G (leti supra lin. F) | non tantum unus F || 6 et modus exitii M || 7 pueriq; senes BGL pueri senes P | pueri hac senex p. iuuenes (om. que) F | ferentur uulgo || 9 attritum] est certum L eternum G adstrictum uulgo | uita uile (1 ex corr.) A || 10 Festinans gressu B || 11 seu iam GL etiam P | defuncto L | corpore LMP | surgit B surge F || 12 uincere P | putet B puta i puto L || subscriptione carent ABP Explicit liber maximiani L; hos uu. subicit G:

Talibus ineste deponis uerba senecte

Scriptus ab arrepto maximiane tuo

contra M sic subscribit:

Talibus infecte deponis uerba senecte

Scriptus ab auritamo maximiane lupo

..... tot fore num quis uoce sonora

Queq; potest laudes dicere musa tuas

..... nociuas in ..... promere uoces

Deficiunt uerba pectus anhela meum.

Explicit III<sup>p</sup> liber ethicorum .s. maximianus. denique F subscribit:

Versifici clari liber est hic maximiani

Hic sua uita senis noscitur esse iuuenis,

quibus subiciuntur uu. cl. V 149 et 150, tum explicit liber maximiani.

## LVIII.

Me legat, annales cupiat qui noscere menses

Tempora dinumerans aevi uitaeque caducae.

Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur.

LVIII, 1—8 a poeta inter Dracontium et Columbanum uiuente composita et, ut erant adamata, mox Bedae opusculis adnexa cumque his conexa (cf. Mus. Rhen. XXXI p. 98 sqq.) ex his codd. recensui: A(mbrosiano D. 48 inf.) saec. X, qui Bedam continet et circa finem cc. 5, 1, 6; C(aroliruhensi Aug. 167) saec. IX, qui Bedam praebens fol. 13 cc. 3, 4, 1, 5 et alia exhibet; O(woniensi coll. S. Iohannis Nr. XVIII) saec. XI fol. 14 cc. 1, 5, tum uersus bedae sacerdotis super regulares feriarum et super regulares lunares, cc. 3, 6 suppeditante; P(arisino 7362) saec. XIII, qui fol. 75 habet cc. 1, 5 Ausonii Primus Romanas, tum Dira patet Iani, c. 6, alia medii aevi; R(eginensi 438) saec. X, ubi post Wandalberti Prumensis martyrologium et Ausonii Primus Romanas extant fol. 31 cc. 3, 1, 5, 4; S(caligerano Q. 61) ab ipso Scaliger scripto, qui fol. 71 habet e uetere libro Cuiaciano descripta cc. 1—4; L(aurentiano Stroz. 46) saec. XIV, qui fol. 1 sqq. uastam habet congeriem hanc: c. 5, Ausonii Primus Romanas, c. 6, illud Dira patet Iani, Ciceronis Primus adest aries, illud Hic Iani sacer, c. 4, Bedae Ortum sacre quisque, carmen Anth. lat. 305, alia medii aevi; alios codd. adhibitos uide ad singula cc.

1 (B. V 43, M. 1030) expressum est ex Dracontii satisfactione (unde huic ipsi tribuit Rossbergius perperam), cf. 3—6 = satisf. 219, 247, 249, 251, porro 8 et 9 = satisf. 259, 220, denique 12 = satisf. 253; nostrum carmen imitatus est Columbanus ad Sethum, cf. 2, 3 = Col. 61, 62; porro 5—9 = Col. 63—67, et 10 = Col. 7, denique 11, 12 = Col. 68 sq.; denique ad u. 12 adnotat Scaliger hic ultimus uersus legitur apud Hieronym. in Comm. in Ezechielem [I 7] sed paulo immutatio [scil. ita: Ver — hiems et mensis et annus, ex alio scil. poeta] || titulis carent AC De compoto S Hos claros uersus uenerabilis edidit auctor Beda sacer multum nitido sermone coruscans O Versus uenerabilis bedae prbri de temporib; P || 1 annales uult qui cognoscere P || 2 Denumerans C

Alternant elementa uices et tempora mutant.  
 Accipiunt augmenta dies noctesque uicissim. 5  
 Tempora sunt florum, retinet sua tempora messis,  
 Sic iterum spisso uestitur gramine campus.  
 Tempora gaudendi, sunt tempora certa dolendi.  
 Tempora sunt uitae, sunt tristia tempora mortis.  
 Tempus et hora uolat: momentis labitur aetas. 10  
 Omnia dat tollit minuitque uolabile tempus.  
 Ver aestas autumnus hiems: redit annus in annum.

2 Exurgens Chelas Aries demergit in ima.  
 Scorpion aurati submergunt cornua Tauri.  
 Hinc subit Arciteneus Geminis surgentibus aequor.  
 Dum Cancer surgit, Capricornus mergitur undis. 5  
 Portitor urceoli formidat terga Leonis.  
 Virgo fugat Pisces. redit et uictoria uictis.

3 Bis sex signiferæ numerantur sidera sphaerae,  
 Per quæ planetae dicuntur currere septem.  
 Pollucis proles ter denis uoluitur annis.  
 Fulmina dispergens duodenis lustrat aristis.

4 elementa A alimentia C || 6 sed flores S (floreus Scaliger) ||  
 12 hiemps O | cœnnum (a supra ce) in cœnnum (a supra ce) A  
 (non adscripti lectiones B admodum corrupti inscribentis: Versus  
 de mensibus et diebus anni)

2 (B. V 44, M. 1031) praeter S habent Monacensis 14693  
 saec. XI—XII fol. 61 (cf. stud. Vindob. II p. 80) et Gaddianus  
 pl. 91 sup. 28 saec. XV post Ouidii Fastos fol. 97 (transiit in  
 Bedae opera ed. Colon. II p. 74) || 1 Exurgens Mon.: Exurgens S  
 Exoriens Gadd. | chela aries demergit Mon. | ima (o supra a) S |  
 2 Scorpion Mon. | submergit Mon., Gadd. || 3 Hinc Mon.  
 Gadd.: Dum S (Tum Scal.) || 4 Cum Mon. | surgit cancer S ||  
 5 formida Gadd. | terga] signa Mon. || 6 piscis Gadd.

3 (B. V 45, M. 1032) extat in COBS || Versus de annis  
 planetarum hoc est de septem sideribus O, Vesus (sic) de  
 septem planetis B, om. CS || 1 sphaerae C spere R spere O ||  
 2 quæ ex q: corr. m. rec. O quas S | planetae] Scaliger mg.  
 palantes || 3 Polluris (Pull. R) prolis CR || 4 duodenas —  
 aristas Scaliger mg.

5 Bellipotens genitor mensum pensatque bilibre.  
 In medio mundi fertur Phaethontia flamma  
 Ter centum soles sex denos quinque quadrantem.  
 Ter senas partes ex his, Cytherea, retorques  
 Lustrando totum praeclaro lumine mundum.  
 10 Terque dies ternos puro de nespere tollens  
 Semonis diui completur circulus anni.  
 Horas octo, dies ternos seruato nouenos,  
 Proxima telluri dum curris, candida Phoebe.  
 Nee rota per gyrum, quam trudit machina Olympi,  
 15 Currere sic possit, ni septem sidera tricent.

Ad Boreae partes Arctoe uertuntur et Anguis, 4  
 Post has Arctophylax pariterque Corona, genuque  
 Prolapsus, Lyra, Auis, Cepheus et Cassiopea,  
 Auriga et Perseus, Deltoton et Andromedae astrum,

5 mensem Petauianus Burmanni | pensatque Burm.: pen-  
 sare COBS | bilibre Scaliger mg.: bilibri CRS bilibris O ||  
 6 phæthontia O phoetontia C fetontia R || 7 sex (ex corr.) denos  
 adde quadrantem S || 8, 11—13, 9, 10, 14, 15 ponit O, sed  
 litteris a — h appositis hic ordo restitutus 8—12, 14, 15, 13 ||  
 8 ex O: om. CRS plus add. Scaliger mg. | retorquens O || 11  
 Sermonis dñi (= domini) COR Semonis dñi S; Semihominis  
 Diui et semonis dii Scaliger mg. || 13, 12 ponit R || 13 phebe O  
 phebae R || 14 et 15 om. CRS, habent O et qui carmini 5  
 praeposit L(aurentianus) || 14 girum L | tradit L | Olympi  
 scripsi: limphe O lyphe L || 15 possit scripsi: posset O possint  
 L | ni O: in L | sydera trices L

4 (B. V 47, M. 284) praeter CLRS extat in plurimis codd.,  
 ueluti in V(aticano Regin. 215) saec. IX fol. 122 sic inscriptum  
 Versus princ. de XII signis, unde ortum puto titulum in aliis  
 codd. obuium, quo Prisciano hoc carmen tribuitur, ut in  
 G(udiano 132) saec. X fol. 61: Prisciani epitome phenomen (et  
 hinc, ut alii similiter, ita R inscribit Incipit epitome meron id  
 est apparitio siue apparentia prisciani grammatici uersus de  
 sideribus XII); titulo carent CS; adponam uarietatem codd.  
 GGV; nil conferunt ceteri (S) || 1 Arctoe scripsi: arctoe G  
 arctoi C arton V arcti S || 2 hos S haec Pithocus | arctophilax  
 (e ex corr. G) GV arctoflax C || 3 lira V | cassiopea G: casio-  
 phea C casiephia V || 4 Aurigam (et om.) C



Pegasus et Delphin Telumque, Aquila Anguitenensque. 5  
 Signifer inde subest, bis sex et sidera complent  
 Hunc: Aries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo  
 Libra Scorpius Arquiteuens Capricornus et urnam  
 Qui tenet et Pisces. post sunt in partibus Austri  
 Orion Procyon Lepus ardens Sirius Argo 10  
 Hydrus Chiron Turibulum quoque Piscis et ingens.  
 Hinc sequitur Pistrix simul Eridanique fluenta.

5 Bis sena mensum uertigine uoluitur annus,  
 Septimanis decies quinis simul atque duabus,  
 Tercenis bisque tricenis quinque diebus,  
 Qui ternis gaudent diuisi stare columnis,  
 Scilicet Idibus et Nonis simul atque Kalendis. 5

5 delfin G | aquila om. V || 8 arcitenens *codd.* | urna CG ||  
 10 procum V | argo ≡ G || 11 Ydros V Ydris G | pisces G || L *ita*  
*hoc carmen habet, ut sub titulo Versi de spera celi et de cursu*  
*planetarum et de ceteris syderibus ante u. 1 hos praebet uersus:*  
 Prima tenet spatium terris latonia coniūx | Mercuriusq; super  
 capit ac quaeriturque secunda. | Tertia iterum ueneris fulgenti  
 lumine solis | Quarta tenet radios spargens quos signat apollo  
 Quinta capit manors ylima soleq; secunda | Iuppiter has retinet  
 sextam cum tertia sole | Septimaq; herculee sole sunt quarta  
 saturnus. *in alio codice Parisino 12117 saec. XI fol. 172 teste*  
*Riesio hi leguntur uersiculi in edd. recepti post u. 12: Sed uaga*  
*preterea dicuntur lumina septem | Luna et Mercurius, Venus ac*  
*Sol, Mars quoque fulgens, | Hinc Iouis et sidus super omnia*  
*sydera lucens | Celsior his Saturnus, tardior omnibus astris*

5 (B. V 68, M. 390) in ACOF sine titulo; R inscribit;  
 Versus cuique lectoribus studiose sequentes praecipuas anni  
 totius festiuitates Si quis eos studuerit animaduertere Quot  
 dies etiam et menses fuerint absque ullo falsitatis errore  
 ostendunt, eademque fere inscriptio habetur in Vossiano Q. 75  
 saec. IX—X fol. 130, ubi post carmen nostrum sequitur Bedae  
 martyrologium, cui illud tamquam prologum praeponit V(ossianus  
 O. 15) saec. XI fol. 20: cf. Mus. Rhen. XXXI p. 100 || 1 senis  
 CO | mensium V || 2 Septimanas G Septimas decies (*suprascr.*  
 Septenis denis) A | duobus R || 3 Ter cenis AC: Tercentenis  
 OPRV ceteri Ter centum *vulgo* || 4 Qui OEP: Cui V Qua AC |  
 &ternis OP eternis R | gaudet diuisus *codd.*, *correat* || 5 Scilicet  
 et AC R | Kalendis C

Nam quadris constat Nonis concurrere menses  
 Omnes excepto Marte et Maio, sequitur quos  
 Iulius October: senis soli hi moderantur,  
 Septenis parent denis pariterque Kalendis.  
 10 Octonisque pares menses sunt Idibus omnes.  
 Ianus et Augustus tantum mensisque December  
 Voluuntur denis semper nonisque Kalendis;  
 At contra currunt bis nonis rite quaterni  
 Iunius Aprilis September et ipse Nouember.  
 15 Sedenis Februus cito solus ab omnibus errat.  
 Bis senis sic namque rotatur mensibus annus  
 Per Nonas, Idus decurrens atque Kalendas.

## De septem diebus.

6

Prima dies Phoebi sacro nomine fulget.  
 Vindicat et lucens feriam sibi Luna secundam.

6 quadrans (*suprascr.* quadris) A quaris R | occurrere C et  
 (con supra oc) A concurre R || 7 marce R || 8 Iulius OPV:  
 Iulius et AC R | octuber A octimber OV | senis om. CR | me-  
 derantur, *suprascr.* numerantur, A || 9 Septenis patet hos  
 pariterque flagrare Kalendis *codd.*, nisi quod Kalendas R flagrare  
 diebus C flagrante diebus (*suprascr.* fraglare Kdis) A; quod  
*correat*; Septenis denis patet hos quadrare K. *Riesius* || 10 sunt  
 menses R menses om. P et (simul ante pares addens) V || 11  
 Iulius (an' supra ulius) R | tantum Buechelerus: semper *codd.* ||  
 12 Voluitur (in supra i) V | semper Buechelerus: tantum *codd.*  
 Kalendas (a alt. in i corr.) R || 13 corrunt G | nonis bis OP  
 quaternis OR || 14 om. C | Iulius OR | ipse om. A, qui post 15  
 addit Voluuntur denis octonisque Kalendis || 16 nam C | annis  
 (u supra i) A || 17 idus P: idusque ceteri (idib.; *suprascr.*  
 idusq; R) | Kalandas C Kalendis (a supra i) R || per hos ut:  
 Festa patrum passim sanctorum inscripta leguntur Sub certis  
 quae sunt anni celebranda diebus cum Bedae martyrologio  
 coniungit V

6 (B. V 88 M. 1054) dedi ex A (uersus de diebus singulis),  
 O (uersi de .VII. diebus) et R, id est Reginensi 215 (cf. ad  
 c. 4), qui Nomina feriarum inscribit; reliqui qui exhibent *codd.*  
 nil noui habent || 1 lumine A || 2 Vindicat O | educens A | fram  
 sibi luā A | sibi secunda luna O, *corr. m. rec.*

Inde dies rutilat iam tertia Martis honore.  
Mercurius quartam splendentem possidet altus.  
Iuppiter ecce sequens quintam sibi iure dicauit.  
Concordat Veneris magnae cum nomine sexta.  
Emicat alma dies Saturno septima summo.

## 7 Officia XII mensium

Artatur niueus bruma Ianuarius atra.  
Piscibus exultare solet Februarius almis.  
Martius in uites curas extendit amicas.  
Dat sucum pecori gratanter Aprilis et escam.  
Maius hinc gliscens herbis generat sola bella.  
Iunius auratis foliis iam pascua miscet.  
Iulius educit fruges per prata, uirecta.  
Augustus Cererem pronus secat agmine longo.  
Maturas munit September ab hostibus uuas.  
Elicit October pedibus dulcissima uina.  
Baccha Nouember ouans condit sub clauē fideli.  
More sues proprio mactat December adultas.

## 8 Versus de diebus Aegyptiacis

Bis deni bini que dies scribuntur in anno,  
In quibus una solet mortalibus hora timeri.

4 splēdēns pērcurrit ouantē B ipse pro altus A || 5 Iu-  
piter R | eque A inde Gauricus | sibi uindicat alte R | dicauit  
ceteri codd.: dicabit O decutit A || 6 sexto A || 7 septima  
compta R septem suprema A

7 (om. B. M.) extat in R(eginensi 215) fol. 122 post c. 4  
(hinc descriptus est Parisinus 4883 A saec. XI) et in H(arleiano  
3091) saec. X fol. 21; uterque sic ut dedi inscribunt || 1 atra  
Riesius: arua HR || 2 febroarius H | altis HR, correxi || 4 apre-  
lis R || 5 ḡiscens (l supra ras.) H | sola scripsi: nigra HR ||  
6 num armentis dandi casu ? | pascua H: pocula R || 7 fruges  
scripsi: fauces H falces R || 8 pronus, sic HR || 9 minuit H  
septimber HR || 10 octimber HR || 11 Bacha nouimber R |  
cla (mgo ue) H || 12 decimber HR | adultus H

Mensis quisque duos captiuos possidet horum  
Nec simul hos iunctos, homines ne peste trucident.  
5 Si tenebrae Aegyptus Graeco sermone uocantur,  
Inde dies mortis tenebrosos iure uocamus.  
Iani prima dies et septima fine timetur.  
Ast Februi quarta est; praecedit tertia finem.  
Martis prima necat, cuius sub cuspide quarta est.  
10 Aprilis decima est, undeno et fine minatur.  
Tertius in Maio lupus est et septimus anguis.  
Iunius in decimo quindenum a fine salutat.  
Tredecimus Iuli decimo innuit ante kalendas.  
Augusti nepa prima fugat de fine secundam.  
15 Tertia Septembris uulpis ferit a pede denam.  
Tertius Octobris pullus decimum ordine nectit.  
Quinta Nouembris acus, uix tertia mansit in urna.  
Dat duodena cohors septem inde decemque Decembris.

8 (om. B. M.), quod fortasse ad collectionem nostram per-  
tinet, in solo O (cf. ad c. 1) fol. 21 habetur, sed praeterea in  
plurimis aliis codicibus extat; cf. Mommsenus C. I. L. I p. 374  
et 411, Guil. Schmitzius libri 'Beiträge z. lat. Sprach- und  
Litteraturkunde' inscripti p. 307 sqq.; Goetzius et Loewius in  
stud. Lips. I p. 379; adhibui hosce libros: Valencenensem 330  
bis saec. X fol. 35 (contulit Riesius Anth. lat. 736), Einsiedlen-  
sem 319 saec. X (cf. Schmitzius l. l. p. 311), Bernensem 441 saec. X  
(Sinnerus cat. Bern. I p. 38), Reginensem 586 saec. XI fol. 96  
(contulit); alios per § significari || V̄ de dieb; egybtiacis V ad  
uu. 7—18 utraque parte numeros adponens dierum, De aegyptiacis  
diebus R uu. 5, 6 ante u. 1 ponens; titulo carent B uu. 8—18  
habens; E uu. 5, 6, 1—4, 19—22, 7—18 ponens, O uu. 6—18  
habens || 1 Bis bini denique E || 4 homines ne] homine V || 5  
gratio R || 7 tenetur R || 8 quarta est sed septima seruiet umbris  
O || 9 sub B §: sic VR si E quasi O in § || 10 Arilis V | undena B  
undene O | et] a O || 11 Maio in initio uersus E | in B: est ER  
ex V est suprascr. in O || 12 Iunius post decimo R | in dec.]  
undecimo B | salute B || 13 iuli §: iulii BEORV || 14 secunda  
R || 15 sētēbris uulpes V; cuspis Hauptius | feret E | pūde B |  
16 Marcius october B | pullus BV: gladius EOR | decimo O:  
decem in BRV decimum E | necti B || 17 acus] anis B |  
urn V || 18 duodena] duorum B | december BO

His caueas, ne quid proprio de sanguine demas.  
Nullum opus incipias, nisi forte ad gaudia tendat. 20  
Et caput et finem mensis in corde teneto,  
Ne in media ima ruas, sed clara per aethera uiuas.

19 de proprio E || 21 ac V || 22 Ne in media E: Nem  
media V Nemeclio R Ne in medio s | ima] una R | sed  
clara ER: sydara V, qui et ethera

Hic liceat addere carmen, quod ad antiquitatem an ad  
medium acuum sit referendum dubites:

Si nouus a Iani sacris numerabitur annus,

Quintilis falso nomine dictus erit.

Si facis, ut fuerant, primas a Marte Calendas,

Tempora constabunt ordine quaeque suo.

quod poemation Burmannus (V 87, M. 1053) de X mensibus  
inscribens in Fastorum Ouidianorum codice suo, in aliis (Vr-  
simiano, Vaticano, Sfortiano) Heinsius (qui u. 4 ducta suo)  
reppererunt.

LVIII.  
SISEBUTI REGIS GOTORUM AD ISIDORUM  
EPISTOLA.

Tu forte eluco lentus uaga carmina gignis  
Argutosque inter latices et musica flabra  
Pierio liquidam perfundis nectare mentem.  
At nos congeries obnubit turbida rerum  
5 Ferratique premunt milleno milite; curae  
Legiferaeque crepant, latrant fora, classica turbant;

LVIII (B. V 46, M. 388) Sisebuto Visigotorum regi (612—620)  
uindicant et Clemens Scotus uu. 11 et 12 citans (cf. L. Muellerus  
Mus. Rhen. XXII p. 87) et liber de computo apud Muratorium  
anecd. lat. III p. 160 (C notauit), ubi uu. 16 sq., 24—29, 43—61  
commemorantur (Sesebutus de eclipsibus Solis et Lunae), Isi-  
doro contra Aldhelmus p. 232 Gilesii. extat in duabus codicum  
familiaris, quarum una constat ex A, codice Coloniensi 83 II  
anno 798 p. Chr. scripto, quem ipse contuli (quocum faciunt  
Clemens et liber de computo), altera multo peior B conformatur  
ex multis codd., Bambergensis 787 saec. VIII fol. 102, Reginensi  
1260 saec. IX fol. 43, Bernensi 219 saec. X, Parisino 7533,  
quorum singulorum lectiones siue errores non adferam, aliis (s):  
cf. Areuadius ad Isidori uol. VII p. 183, Riesius Anth. lat. II  
p. 9 || Incipit epistolae sisebuto regis gotorum missa ad isidorum  
de libro rotarum A: titulo carent B || 1 eluco scripsi: lueo ex  
lueo corr. (in m. 2 supra lin. praeposit) A in lueo B in lucis s ||  
2 Argutosque ex -tusque (ita Aldhelmus u. 2 citans) corr. A ||  
3 Pyeri (o supra ras.) A Pyerio fere B || 4 Ad fere B || 5 Ferra-  
taeque B, quod uulgo cum curae coniungunt; post milite inter-  
puncti || 6 Legifereq; crepant (a supra u erasam) A: Legicrepi  
tundunt B | classica A

Et trans Oceanum ferimur porro, usque niuosus  
 Cum teneat Vasco nec parcat Cantaber horrens.  
 En quibus indicas, ut crinem frondea Phoebi  
 Succingant hederaue comas augustius umbrent! 10  
 En quos flammantem iubeas uolitare per aethram!  
 Quin mage perniciosus aquilam sus pigra uolantem  
 Praecurrit uolucrumque pigens testudo molossum,  
 Quam nos rorifluam sectemur carmine lunam.  
 Sed tamen, incuruus per pondera terrea nitens, 15  
 Dicam, cur fesso liuescat circulus orbe  
 Purpureumque iubar niuei cur tabeat oris.  
 Non illam, ut populi credunt, nigrantibus antris  
 Infernas ululans mulier praedira sub umbras  
 Detrahit, altiuago speculo nec carmine uicta 20  
 Velato Stygias mortalis transit in undas.  
 Vincibilemne petit clangorem, quippe per aethram,  
 Qua citimus limes dispescit turbida puris,  
 Inuiolata meat, sed uasto corpore tellus,  
 Quae medium tenet; immo poli dum culmina frater 25

7 oceanum ferimus (r supra s) — niuosus A (uehimur portusque niuosos s quidam interpolatus) || 8 orrens A || 9 foebi AB || 10 umbr=ent (erasa a) A || 12 mage B: magi= (erasa s) A | perniciosus A Clemens: pernices (-cies) B | aquilam sus p. uolantem A Clemens: aquilas uis p. elephantum (-fantum) B || 13 Praecurret B | pigrens Cuperus; malim rigens | molo=sum (prior o ex u) A || 15 incuruus (i u supra alt. i) A | terrea= nitens (a m. 2 supra lin.) A || 16 Dicam om. C | quur C ubique | lunalibescit C libescat A || 17 Porporeumq; (v supra priorem o) A | horis C || 18 andris A || 20 Detrahit A Detrait fere B | altiuago e speculo B (altiuaga e specula Douza) | nec A: ne B || 21 Velato scripsi: Vel rore AB | mortales transit in undas A: om. B (sanem despumat in herbas Barthius 'e codice') || 22 Vincibilemque AB, corr. Riestius | clamorem Scaliger | aetram A: atram (astra unus) B || 23 Quã, sed uirgula erasa, A | citimus uulgo; sitimus AB | limis A | dispescit Scaliger: dispexit A sic uel dispicit similiterue B || 24 Inuiolatum erit C || 25 post tenet interpuncti || immo AC: imo B ima s | poli scripsi: polum ABC | lumina Scaliger | frater scripsi: fratres C fratris AB

Deserit, umbriferis metis dum sidere casso  
 Pallescit, terrae umbra rotae dum transeat axem  
 Aggereo uelox cumulo speculoque rotanti  
 Fraternas reparat per caelum libera flammis.  
 30 Sed quia mira putas, cur, cum uis maxima solis  
 Maior bis nouies clueat quam terreus orbis,  
 Non circumcingat terrestris lumine metas,  
 Sume ratum rationis opus. namque aspice Phoebum,  
 Quam sublimis eat connexa per aurea mundi  
 35 Quamque humilem terram conlustret cursibus altis:  
 Hic ingens, utcumque libet, cum desuper ignis  
 Sparsit obliquo uel cum radiauerit axe,  
 In terram radii franguntur; cetera solis  
 Lumina, qua maior iaculis radiantibus exit,  
 40 Nil potiente globo tendunt per inania uasta,  
 Donec pyramidis peragat uicta umbra cacumen.  
 Per quam cum Phoebe gelidos agit uda iugalis,  
 Infima uicinis nonnumquam decolor umbris  
 Fratre caret uacuoque exanguis deficit ore.  
 45 Cur autem sola spoliatur lumine luna,

26 Deserit C: Dissertit A Desinet (-it) B detinet Scaliger | metis Scaliger: motis B motuis A noctibus C | dum AC: tum B; cf. Quintil. IX 3, 16 | sidere AC: sidera B | cassu A; crasso Scaliger || 27 terrae] teres Scaliger || 28 Aggereo scripsi: agere C arei (gge supra r) A aggeri B Aerii Buechelerus | cumulo AC: cumuli B | rotanti s: rosanti BC ro=santi (erasa s) A || 29 reparat BC: reparat A | flammis B || 30 cur cum s: circum AB || 31 Maior bis nouies A: Bis nouies maior B | clueat in luceat corr. A (c erasa; u in oc, supra o posita v, mutata) | terreus] us in ras. A || 32 terrestres B || 33 foebum A foedum fere B || 34 erat fere B || 35 conlust=at A | curibus fere B || 36 cum addidi: om. A ut (uel unus) B || 37 oblico A || 38 radiis — caetera A || 39 quam B | ex=it (erasa i) A || 40 potiente scripsi: potente in patiente corr. A optante (potante unus) B opstante uulgo | uasta] ast ex corr. A || 41 pyramidis peragat A | recta Burnmannus || 42 foebae A foede B | gelidos& uda A gelidosacetuda B; agit corr. Scaliger || 43 nouum quam C || 44 caret uacuaeque C | exanguis defecit A | hora C || 45 spoliatur BC: spoliatus A



Nil uero mirum est. quippe illam lucis egentem  
 Lux aliena fouet; quam cum pars proxima metae  
 Inuidet, expectat radios male caerula fratris.  
 At chorus astrorum reliquus non tangitur umbris,  
 Et proprium cunctis iubar est nec sole rubescunt; 50  
 Porro ultra solem rapitur eum uertice caeli.  
 Iam cur semenstro non semper palleat orbe,  
 Inflexi praestant obliquo tramite cursus.  
 Namque uagans errore rato cum deuia tortos  
 Conlegit anfractus, metam sol eminus exit 55  
 Intorquetque peplum noctis radiatque sororem.  
 Haec eadem ratio est, subitis ubi frangitur umbris  
 Angusti solis rutilum iubar, indiga lucis  
 Quando inter terram et solem rota corporis alti  
 Luna meat, fratrem rectis obiectibus arcens. 60

46 om. A || 47 fouet per quam c. p. maxima A (per ex pro  
 supra ma posito ortum) || 48 expectat B | radius — fratres C |  
 cerula A || 49 Ad chorum austrorum C | reliquis A | 51 Porro A:  
 Sed porro C Sed sudum porro B, unde Sed sudum pro uersus  
 reliquis uulgo habent; fortasse 51 ante 50 ponendus || 52 Iam  
 quur C Cur iam A | semenstro A menstruo C semenstri B ||  
 53 oblico A illico iam C elico (ilico, eloco) B | cursu B || 54  
 tortus AC || 55 Colligit Scaliger: Cum legit A Tum legit C  
 Dum legit B | 56 prius que supra lin. A || 57 subitis A ||  
 58 Angusti — rutilum A || 59 alti A: albi C alm(a)e B almi  
 Pitheous || 60 merat C omittens obiectibus | arcens Scaliger:  
 arguens AC argens (urgens) B | sequitur in A Isidori ad Sise-  
 butum epistula apud Areualium VII p. 1.

## LX. EVCHERIAE.

Aurea concordii quae fulgent fila metallo 1  
 Setarum cumulis consociare uolo;  
 Sericeum tegmen, gemmantia texta Laconum  
 Pellibus hircinis aequiperanda loquor;  
 Nobilis horribili iungatur purpura burrae,  
 Nectatur plumbo fulgida gemma graui;  
 Sit captiua sui nunc margarita nitoris  
 Et clausa obscuro fulgeat in chalybe;  
 Lenconico pariter claudatur in aere smaragdus,  
 10 Conpar silicibus nunc hyacinthus eat;

LX, 1 (B. V 133, M. 385, Wernsd. III p. 97) ab Eucheria  
 Iuliani Toletani (qui huius c. u. 31 citat) et Isidori aequali  
 compositum extat in codicibus T(huanco) siue Parisino 8071  
 saec. IX [cf. uol. IV p. 9], V(ossiano F 82) saec. IX fol. 155  
 (quocum plane congruit Vossianus Q. 69 saec. IX fol. 19 pau-  
 lum deterior) a me conlatis, P(arisino 8440) saec. X a Riesio  
 (Anth. lat. I 390) suppeditato, in S (Vindobonensi 277) saec. IX,  
 qui uu. 21—32 praebet, ab Hauptio Ouidii Habent. p. VII  
 adlato, denique G(romingano C. d. 3) saec. XI—XII a me con-  
 lato; raro usus sum Valencensi 387 saec. IX, non satis accu-  
 rate a Mabillonio analect. I p. 367 adlato || Versus Eucheriae  
 poetrie T: Item P titulo carent GV || 1 q̄ (= quae) G: q: siue q;  
 PTV | fulgunt G | fila (o supra a) metalla P || 2 Setarum T  
 (sic) V, P m. 1: sectarum G retarum P m. 2 | consociare P ||  
 3 tegmantia P, corr. m. 2 | texta Heinsius: tecta codd. | la-  
 eum T || 4 aequiperando P | loquar T || 5 No=bilis G | horri-  
 bilis T | burrae sic codd.: hyrae Valencen. || 7 fui nunt mar-  
 garetata T || 8 clauso P | obscuro T | calibe codd. || 9 Lenconico GTV  
 et P mgo (Lingonico P in textu): Leuconico Valenc. sec. Mabill. |  
 smaragdus P || 10 iacintus G iacinetus TV iachinctus P | eat  
 PT: ē. P m. 2 ē G om. V

Rupibus atque molis similis dicatur iaspis,  
 Eligat infernum iam modo luna chaos;  
 Nunc etiam urticis mandemus lilia iungi,  
 Purpureamque rosam dira cicuta premat;  
 Nunc simul optemus despectis piscibus ergo 15  
 Delicias magni nullificare freti;  
 Auratam crassantus amet, saxatilis anguem,  
 Limacem pariter nunc sibi tructa petat;  
 Altaque iungatur nili cum vulpe leaena,  
 Perspicuam lynceum simius accipiat; 20  
 Iungatur nunc cerua asino, nunc tigris onagro,  
 Iungatur fesso concita damma boui;  
 Nectareum uitient nunc lasera tetra rosatum  
 Mellaque cum fellis sint modo mixta malis;  
 Gemmantem sociemus aquam luteumque barathrum, 25  
 Stercoribus mixtis fons eat inriguus;  
 Praepes funereo cum uulture ludat hirundo,  
 Cum bubone graui nunc philomela sonet;  
 Tristis perspicua sit cum perdice cauannus  
 Iunctaque cum coruo pulera columba cubet — 30  
 Haec monstra incertis mutant sibi tempora fatis:  
 Rusticus et seruus sic petat Eucheriam!

11 Rupibus **GV** (*P m. 2*): **Rupiq**; **PT** || 12 cahos **T** coas **G** ||  
 14 Purpureamq; **T**: **Pr(a)espiciamq**; **GPV** *Perspic. Valenc.* || 15  
 despectis *Meyerus*: dispectis *codd.* || 16 Dilicias **PT** *Dimitias*  
*Valenc.* | nullifacere **P**, *corr. m. 2*, mellificare *Valenc.* || 17 cra-  
 xantus **P** crassantos **G** || 18 tructa **T** || 19 iungantur **T** | leema **P**  
 leqne (*e ex corr.*) **G** || 20 *Persp.* **T** (*P m. 2*): **Pr(a)esp.** **GP**  
*m. 1 V* | lincem *codd.* || 21 *post* iungatur *iterum* nili cum uulpe,  
*sed erasum m. 2*, **T** | asion nō t. **G** || 22 damna **T** dama **P** |  
 noui **T** e *corr. m. 2* || 23 nitient **V**: uiciet **PS** uicium **G** bonitiet  
*ex corr. m. 2* **T** | lasera *Ducangius*: lausera *codd.* (laus erat &  
 raro fatum **T** laus erat & caro satū **G**) || 25 sociamus (*e supra a*)  
**S** | baratrum *codd.* (bratrum **V**) || 27 funereo **G** || 28 graui *om.* **T** |  
 filomela (-ella **V**) *libri* | sonat **V** || 29 *pr(a)espiciam* **GV** | cau-  
 annus **G** || 30 pulchra *codd. praeter S* || 31 incestis **GVS** | mutet **T** |  
 factis *Valenc.* || 32 eucheriam **GTU** euoceriam **S**

Cernus aper coluber non cursu dente ueneno 2  
 Vitarunt ictus, Maioriane, tuos.

## LXI. DE PHILOMELA.

Dulcis amica ueni, noctis solatia praestans;  
 Inter aues etenim nulla tui similis.

2 (*om. B., M. 874*) *post 1 extat in S, post Ouidii Halieutica (quae post 1 habet) in T; ceteri codd. non praebent; potest esse hoc carmen, quod uulgo Sidonio Apollinari nullo iure adtribunt, ipsius Eucheriae aut poetae aequalis* || 2 ictus **T** || *praecedit c. 1 in G inter pauca poemata christiana hoc Chintilae regis Visigothorum (636 — 640) carmen:*

Discipulis cunctis domini praelatus amore,  
 Dignus apostolico primus honore coli,  
 Sancte, tuis, Petre, meritis haec munera supplex  
 Chintila rex offert: pande salutis opem!

**G** sic *inscribit* In uelo quod achintilane rege romę dictum est, et similiter (quod in chint.) qui itidem *post inscriptiones christianas praebet codex Vossianus Q. 69 saec. IX fol. 18 quem ex eodem atque V (cf. c. 1) fonte descriptum esse noui* || 1 Discipuli **G** | dñi **G**: dñi *Voss.* || 3 *Sea G* || 4 Chintilla **G** *Voss.* || *simile carminis 2 huiusque imitatio medio aeuo facta est hoc poemation a Pithoco adiectum (M. 875) et foede corruptum:*

Dente perit Lycabas, serpens pede, nigra ueneno,  
 Flumine auis, calamo quo redimite lepus.

LXI (*B. V 143, M. 233*) *creunte antiquitate in Gallia Germaniane, ut uidetur compositum oppidoque per medium aeuum (uide Hageni carmina medii aeu p. 14 sq., Hauptii ann. Germ. IX p. 390, I. Huemerum in stud. Vindob. II p. 74 sqq.) adamatum et in ultima origine profectum ex Suetonio (p. 247 sqq. Reiff.; cf. et Spartianus Getae c. 5 et Polemii Siluii laterculus a. 448 scriptus et Isidorus XII 7 et plurimae uocum collectiones prosariae a W. Wackernagelio in libello 'uoces animantium' inscripto compositae, Feiperus Mus. Rhen. XXXII p. 530, Loewius ibid. XXXIV p. 494) recensui his usus codicibus: B(ruxellensi 1828) saec. XI fol. 1 a me iterum conlato, C (Musei Britannici Add. 16894) saec. XI fol. 244 (contuli), H(arleiano 3859) saec. XI fol. 251 (contuli), M(onacensi 14505) saec. XI (contuli C. Schenkl. relatt. acad. Vindob. XLIII (1863) p. 64 sqq.), N (Monacensi 19413) saec. XI—XII fol. 113 (contuli), O (Monacensi 493) saec. XI*

Tu, philomela, potes uocum discrimina mille,  
 Mille uales uarios rite referre modos.  
 Nam quamuis aliae uolucres modulamina temptent, 5  
 Nulla potest modulus aequiperare tuos.  
 Insuper est auium, spatiis garrere diurnis:  
 Tu cantare simul nocte dieque potes.  
 Parrus enim quamquam per noctem tinnipet omnem,  
 Stridula uox nulli iure placere potest.  
 Dulce per ora sonat, dicunt quam nomine drosam, 10  
 Sed fugiente die illa quieta silet.  
 Et merulus modulans tam pulchris zinzitat odis,  
 Nocte ruente tamen cantica nulla canit.  
 Vere calente nouo componit acredula cantus 15  
 Matutinali tempore rurirulans,  
 Tunc turdus trucilat, sturnus tunc pusitat ore;  
 Sed quod mane canunt, uespere non recolunt.  
 Caccabat hinc perdix et graccitat improbus anser,  
 Et castus turtur atque columba gemunt. 20  
 Pausitat arborea clamans de fronde palumbes

fol. 60 (cont. Peiperus l. l.), V(indobonensi 317) saec. XI (cont. Schenkl l. l.), W (Vindobonensi 952) saec. XI (cont. Huemerus l. l.); praeterea iuniores codd. multos inspezi || Versus de uolucris (-erb; C) bestiis (om. C) et (uel N) iumentis, de philomela (in marg. C) inscribunt CN, om. ceteri codd. || 1-8 om. H || 1 uenis O m. 1 || 3 filomela codd. praeter BMV (?) || 5 Nam cantus B | uolucres W || 6 aequiparare M || 7 puto Innumerum est | spaciis CMOV (sp. . iis B, qui et In. . per) || 8 simul] soles B | potes CNOV: soles ceteri simul B || ad 9, in quo incipit, H mgo: cantus auium || 9 Parus M parus (om. litt. init.) W | quamuis M | tinnibet B | omis W || 10 Stridula scripsi: Sed sua codd. Vox eius Schottus | iurac B || 11 per ora] pelora HMNO perola Peiperus | quam dicunt BM | druscam B dorscam H || 12 quiete O || 13 tam] sat M | zinzinat B zinnizat W || 14 timet pro tamen H || 15 ualente B | nouos M | credula B || 16 ruricolans (v supra o) H || 17 Tunc (s. e. matutinali tempore) scripsi: Dum codd. (etiam B, in W litt. init. om.) | tardus C | tunc] dum O. Iahnus | pulsitat V m. 1 || 19 Cantitat B | graccitat B | inpr. N || 20 Ecastus W ex corr. | gemit BCVW || 21 Plausitat MV Pusitat B

In fluuiisque natans forte tetrinnit anas.  
 Grus gruit in gronnis, eygni prope flumina drensant,  
 Accipitres pipant miluus hiansque lupit.  
 25 Cucurrere solet gallus, gallina cacillat,  
 Paupulat et pauo, trissat hirundo uaga.  
 Dum clangunt aquilae, uultur pulpate probatur,  
 Et crocitat coruus, fringulit et graculus.  
 Glottorat immenso maerens ciconia rostro,  
 30 Pessimus et passer sons titiare solet.  
 Psitacus humanas depromit uoce loquelas  
 Atque sno domino chaere sonat uel aue.  
 Pica loquax uarias concinnat gutture uoces,  
 Scurili strepitu omne quod audit ait.  
 35 Et cuculi cuculant et rauca cicada fritinit.  
 Bombilat ore legens munera mellis apis.  
 Bubilat horrendum ferali murmure bubo  
 Humano generi tristia fata ferens.  
 Strix nocturna sonans et uespertilio stridunt,  
 40 Noctua lucifuga cucubit in tenebris.  
 Ast ululant ululae lugubri uoce canentes  
 Inque paludiferis butio butit aquis.

22 forte B: sorte ceteri codd. corte Peiperus | anans (an in ras. W alt. n supra lin. H) codd. || 23 ingronnis (ingrunnis B) codd., corr. Peiperus | cigni codd. praeter HM || 24 Ancip. C || 25 Gugurrere B | cacillat C || 26 Pupulat BCV Papulat (P supra V) W Pulpulat H Pululat MN Pullulat O | tristis B | uago NO || 27 glangunt H || 28 Crocitat et B || 29 Crocitat B lotorat (litt. init. om.) W | immenso codd. praeter CN (in lac. rel. W) | merens fere codd. (merensque H); migrans Schenkl || 30 sons] cons B sols H | titia (prior t incerta in W, ticia CHO) recolit codd. corr. Burmannus || 31 Psythacus H Psittacus uulgo | humaras B || 32-34 om. B || 32 chere H: Kere ceteri qatq; uulgo || 34 Scurili codd. (quam formam rectam esse aliquando euincam): Socordi W Scurili uulgo | quid M | agit MNO || 35 et ante rauca om. B | fritinit codd.: frinit B hic desinens fritinnit uulgo || 36 apis CH: apes MNO apex VW || 37 Bubulat V | ferali] l ea r corr. C || 41 Ac H | ullule W | lugubri H: lugubre (-re N) ceteri || 42 buteo Burmannus | buttit W

Regulus atque merops et rubro pectore prognis  
 Consimili modulo zinzilulare sciunt.  
 Scribere me uoces auium philomela coegit, 45  
 Quae cantu cunctas exsuperat uolucres.  
 Sed iam quadrupedum fari discrimina uocum  
 Nemine cogente nunc ego sponte sequar.  
 Tigrides indomitae raccant rugiuntque leones,  
 Panther caurit amans, pardus hiando felit. 50  
 Dum lynces urcando fremunt, ursus ferus uncat,  
 Atque lupus ululat, frendit agrestis aper.  
 Et barrus barrit, cerui clocitant et onagri;  
 Ac taurus mugit, et celer hinmit equus.  
 Quirritat et uerres setosus et oncat asellus, 55  
 Bratterat hinc aries et pia balat ouis.  
 Sordida sus subiens ruris per gramina grunnit,  
 At miccere caprae, hirce petulce, soles.  
 Rite canes latrant, fallax uulpecula gannit,  
 Glattitat et catulus ac lepores uagiunt. 60  
 Mus audus mintrit, uelox mustelaque drindat,  
 Et grillus grillat, desticac inde sorex.  
 Ecce uenenosus serpendo sibilat anguis,  
 Garrula limosis rana coxat aquis.

43 merops CMO | prognis codd.: prognis H progne uulgo ||  
 44 zinzilulare codd. praeter M || 45 filomela codd. praeter W  
 (philomena H) || 46 exup. CHW | in 46 desinit V || 48 sequar H:  
 sequor ceteri || post 48 addunt MO Ouidii met. V 550 sq., quos  
 us. N in marg. ad u. 37 sq. praebet || 49 Tigrides O | rancant  
 H || 51 lince MNOW | fremunt N || 53 parrus W | clocitant  
 et CHW: clocitant (croc. N). mugilant et (i M) MN mugilant  
 et O (unde glossam in horum archetypo adscriptam mugilant  
 agnoscimus) || 54 et celer codd. iuniores: et ceheber (sic eb  
 deletis) CH et ceheber NW ceheber (et om.) MO || 55 Quirritat  
 W m. 1 | orcat H | aselles CN || 56 Blatterat uulgo || 58 Ac G  
 miccere codd. praeter M | hirce W | petulce O peculeg N ||  
 60 Glaucitat H Glattitat CMO W Gluttitat N || 61 uelox et W  
 mustelaq; H: mustela ceteri | didindrit MO || 63 angues NOW  
 || 64 ranula coxat H

65 Has uolucrum uoces describens quadrupedumque  
 Cautus discrimen cuique suum dederam.  
 Sed cunctas species animantum nemo notauit,  
 Atque ideo sonitus dicere quis poterit?  
 Cuncta tamen domino depromunt munera laudis,  
 70 Seu semper sileant sine sonare queant.

## LXII.

Quis uolucrum species numeret, quis nomina discat?  
 Mille auium cantus, uocum discrimina mille.  
 Nec nostrum (fateor) tantas discernere uoces.  
 Hinc titiare cupit diuersa per auia passer,  
 5 Garrula uersifico tignis mihi trissat hirundo,  
 Accipitres plipiant, longoque ciconia collo  
 7 Glottorat et ranas grandi rapit improba rostro.  
 9 Haec inter merulae dulci modulamine cantus  
 8 Zinzilat et laetis parrus nunc tinnipat aruis.  
 10 Facilat hinc uolitans turdus, gallina cacillat.  
 Dum miluus iugilat, trinnit tunc improbus anser.  
 Interea perdix cacabat nidumque reuisit.  
 Nunc cuculus cuculans socios iter ire perurget.

65 uolucrum O | describunt H descripsi M || 66 habet ita H:  
 om. ceteri codd. | Cautus scripsi: Causaq; H || 67 animantum C  
 animantium W | notauit C mutauit MNO tacebit H || 68 Atque  
 H: Ast ceteri codd. | ides — potest W || 69 laudum H, fort.  
 recte || 70 siue] seu W | quaeant N

LXII (B. V 143, M. 1079) extat in codd. Guelphertimo Aug.  
 10, 3 saec. X fol. 86 et Y (Parisino 8069) saec. XI fol. 5 (cf.  
 uol. IV p. 18) a me conlatis, sine titulo || 1 species Y | numerat  
 G | dicat Burm. || 3 tantis Y || 4 Hin titiare cupit G || 5 uesti-  
 buli Schenkelius | hirudo Y hirundo G || 6 plipiant (a ex u) G  
 piplunt Y | longoque Burm.: longo ti G longo Y || 7 Glottorat  
 G; Crotalat Schenkelius | grandie rapit impr. Y || 8 et 9, qui  
 sunt in codd., traiecit Schenkelius, qui u. 9 merulus || 8 Zin-  
 zilat G Tintilat Y | parrus Bondamus uar. lectt. p. 246: paruis  
 codd. || 10 Facilat G | hic Y | turdus (erasum t) G || 11 iugulat  
 Y || 12 impr. Y || 13 N auculus Y | cuculans Kleinus (cf. mus.  
 Rhen. XXIII p. 378 sq.): cantans codd. cantus Sterkius | socios  
 Burm.: scottos codd. solitos Sterkius iterare pro iter ire reponens



Nec minus interea pecudum genus omne ferarum  
Musitat et proprias norunt animalia uoces: 15  
Sic ululare lupos certum est hircareque lynceas.

## LXIII. DE PHILOMELA.

'Sum noctis socia, sum cantus dulcis amica:  
Nomen ab ambiguo sic philomela gero.'  
Insomnem philomela trahens de carmine noctem  
Nos dormire facit, se uigilare docet.

16 linceas *codd.* || *hic liceat addere carmen medio aevo factum  
similis argumenti:*

De uoce hominis absona

Dissona uox hominis ruditum signat aselli  
Grunitumque suis et raucae murmura mularum,  
Quod bos mugitu fingit blatteatque camelus,  
Quodque lupus ululat uel quod mulpecula gannit,  
5 Quod pardus felit, quod ranchat pessima tigris,  
Quod glatit catulus, quod miccit setiger hyreus:  
Absona cuncta sonat et dulcia nulla repingit,  
Est quae uox sociae non nostrae uocis amica!  
Desine iam talis incassum pandere labra,  
10 Desine iam frustra pulmonum rumpere fibras,  
Desine postremo miserum discerpere guttur!

Num deus hoc recipit, quod homuncio nanus abhorret?  
*protraxit ex Parisino 8440 saec. X fol. 38 Riesius Anth. lat. 730* ||  
1 rugitum P || 3 Qui P, *correxi* | blatteatque P || 4 uel uulpicla  
(om. quod) P || 5 ranchat P, *corr. Buechelerus* || 7 Adsona P ||  
8 quae uox sociae ego: quelis socia P || 12 hoc (h) *supra lin.* P |  
homuntio P | sanus P, *correxi*

LXIII (B. V 149, M. 39) male Iulio Sperato a Goldastio  
tributum nec Eugenio Toletano (in cuius *codd.* nonnullos irrepserit)  
tribuendum, eiusdem fere atque c. LXI actatis et saeculo IX ab  
Aluaro Cordubensi expressum, extat in his *codd.*: T(uricensis C. 78)  
saec. IX fol. 103, P(arisino 8440) saec. X fol. 37, M(ontepessulano  
306) saec. IX, L(eidensis Voss. Q. 33) saec. X fol. 159, B(ruxellensi  
1828-30) saec. XI fol. 159, A(ngelicano V. 3. 22) saec. XI a me  
conlati || Versus de filomela (phylom. A) AM De philomela B  
Incipit uersus de filomella L Distichon in filomela P, om. T ||  
1 socia LPT | dulcos L || 2 filomela *codd. praeter A (ubique)* || ante 3  
Item habet P | trahens de *scripsi*: canens dicit A transducit  
LMT trahit per B trahit diu P trahit dum Mignius | carmina  
LMT | noctem *euauit in M* || 4 docet | iubet P

5 Dic, philomela, uelis cur noctem iungere cantu?  
'Ne noceat ouis uis inimica meis.'  
Die age, num cantu poteris depellere pestem?  
'Aut possim aut nequeam, me uigilare iuuat.'  
Vox, philomela, tua cantus educere cogit,  
10 Vnde tui laudem rustica lingua canit.  
Vox, philomela, tua citharas in carmine uincit  
Et superat miris musica flabra modis.  
Vox, philomela, tua curarum semina pellit,  
Recreat et blandis anxia corda sonis.  
15 Florea rura colis, herboso cespite gaudes,  
Frondebis arboreis pignora multa foues.  
Cantibus ecce tuis recrepant arbusta canoris,  
Consonat ipsa suis frondea silua comis.  
Iudice me cygnus et garrula cedat hirundo,  
20 Cedat et inlustris psittacus ore tibi.  
Nulla tuos unquam cantus imitabitur ales,  
Murmure namque tuo dulcia mella fluunt.  
Dic ergo tremulos lingua uibrante susurros  
Et suauis liquidum gutture pange melos.

ante 5 Item dialogon tetrasticon P | Sic A | iungere *scripsi*:  
iungere *codd.* || 6 Ouis ne noceat B || 7 Pestem d. a. n. p. d.  
cantu T (mgo r.) | num BP: nunc ceteri || ante 9 Carmen P || 9 et 10  
post 13 T (utrobique r. mgo), post 12 B || 9 educere (s erasa) M:  
seducere ABLT edicere P ediscere Pithoeus || 10 Unde A: Inde  
ceteri | tui BP: cui ALMT (sic) || 11 cithara P cytharas LM ||  
12 flabra | supra lin. M flabra BL fibra T || 15 ruram T | coepis  
te L || 16 pignora BP | tuta Heinsius || 17 ecce tuis P: et coetus  
(cetus A coetus B) ceteri || 18 Concinat A | frondia P || 19 Iudice  
me uulgo: Indicet me LMPT Iudicio B Iuditio A | cygnus  
*codd.* | garrula LMT | cedat A cedit B | hirundo LM irundo T ||  
20 Cedat Aluarius imitator: Cedit (Cedit B) *codd.* | illustri *codex*  
Mignii (scripti. eccl. uol. 87 p. 389 sqq.) | psittacus LM (sic) ||  
21 tuis LMT et (u supra i) P || 22 Murmura T | dulcia P || 23  
tremulus LPT, et M m. 1 | susurros T et (alt. r supra lin.) M  
susurros L susurros P || 24 suauis ALMP suauae T | gutture L  
gutturac M | pangere LM


Porrige dulcisonas attentis auribus escas; 25  
 Nolo tacere uelis, nolo tacere uelis!  
 Gloria summa tibi, laus et benedictio, Christe,  
 Qui praestas famulis haec bona grata tuis.

## LXIV.

Quadam nocte Niger dux nomine, Candidus alter  
 Forte subintrarunt unica tecta simul.  
 Candidus exhibuit secum ter quinque nitentes  
 Totque geris nigro, Maure, colore pares.  
 'Candide, de nostris primus quis', dixerat alter, 5

25 Corrige A | dulcis sonas L | adtentis LM | odas Pithoeus |  
 26 Nolo t. uelis semel P || 27 tibi summa LMPT (qui 27 et 28  
 habet) | xpe codd. (sic) || subscribunt Exptic L Explicit M

LXIV (B. V 121, M. 1061), de quo uidentus est L. Muellerus  
 in *Fleckeis. ann. a. 1865 p. 217, extat in codicibus M(atritensi  
 Ca. 14 Nr. 22) saec. IX—X, quem contulit G. Loewius (stud.  
 Lips. I p. 363 sqq.), E(insidulensi 326) saeculi X fol. 88 (cf.  
 Mommsenus mus. Rhen. a. 1854 p. 298), P(arinisino 8091) saec. XII  
 fol. 127 a me conlato, B(odleiano F 1, 17) saec. XIV fol. 45  
 (contuli); praeterea uu. 1—14 in V(alencenensi 394) saec. X—XI  
 fol. 47 (contulit A. Riesius) et uu. 15—22 in Leidensibus Voss.  
 Q. 33 saec. X fol. 58 et Voss. O. 15 saec. XI fol. 30 extant, ex quibus  
 Voss. Q. 33 notabilis est figura, qua soluitur quaestio, addita haec:*



Item alius metro eroico M, carenti titulo ceteri || 1 nom V || 2 sub  
 intrarunt M || 3 exhibuit M | quinque] V supraposito t V || 4 geris  
 nigro L. Muellerus: niger nigros codd. | maure V: more BEMP |  
 colore = (erasa s) M || 5 Candidis M | fortasse dixerat Ater

'Prouidet excubias? nam tua dicta sequar.'  
 Haec placido contra respondit Candidus ore:  
 'Iudicio quemquam nolo grauare meo,  
 Ne noua lis socios per me conspiret in arma;  
 10 Sed tibi consilium non remouebo meum.  
 Ordine disponam socios discumbere cunctos,  
 Quos sors nona legat noctis in excubias.  
 Candida sed sedeat nigris commixta caterua,  
 Vt me uelle uiros fallere nemo putet.  
 15 Quattuor eximii candoris, quinque nigelli,  
 Candiduli bini, unicus atque niger,  
 Splendentes trini, fuscata pelle nigellus,  
 Candidus hinc unus carboneique duo,  
 Fulgentes bini, fuscato tegmine terni,  
 20 Candidus hinc unus carboneique duo,  
 Candiduli bini splendentes pelle decora,  
 Quos sequitur cunctos unicus atque niger.'  
 Hoc super ingenio cunctos sors nona nigellos  
 Sic tetigit; turba candida sorte caret.  
 25 Dux niger excubias solus cum milite fusco  
 Peruigil ingratas duxit adusque diem,  
 At placidum tota carpebat nocte soporem  
 Candidus ingenio praeditus atque acie.

6 Pr(a)euident BMP | nō P | dicta] inssa V || 7 Heaec V ||  
 10 remouebo = meum (erasa e) M || 12 Quo B Quae V |  
 noua B non alegat M || 13 set B | cateruis E || 15 Quattuor  
 BP || 16 Candidus libini M || 17 terni B Voss. Q. 33 |  
 fuscato E fulcata M || 19 trini E || 21 Candida libini M || 23  
 nona = (erasa g) M || 24 tetigit scripsi: cecidit BEMP Secreuit  
 L. Muellerus || 26 ingratus codd., corr. L. Muellerus | ad us-  
 que M || 27 At scripsi: Adst M (i. e. Ad suprascriptis olim st)  
 Ast BEP || 28 acie scripsi: sui codd. || sequitur in BP post  
 u. 28, in V post u. 14 hoc carmen medio aeuo factum, quod  
 praeterea extat in S (Parisino 2772) saec. X—XI fol. 57 et I  
 (Eporadensi Nr. 37 Iereae) saec. X (cf. et Hageni medii aeui  
 carm. p. 145 et simile carmen in libri 'Catalogue des Mss. des  
 départements' uol. IV p. 599):

## LXV.

Idem forte uigens dux quadam mane rubente  
Exuerat sterili membra sopore sua,

Bis duo nam niuei praesunt et quinque nigelli,  
His supponuntur clari duo postque secuntur  
Vnius et tetri interimunt uestigia terni  
Albi lacte magis, Maurus quoque nectitur ipsis.  
5 Candidus inseritur, niger unus et alter habetur,  
His crystallini sociantur in ordine bini,  
Tres titubant nigri lactantis robore nicti.  
Post duo coruini, ac niuei sunt denique bini,  
Orbem tunc furvus demum determinat unus.  
10 [Ordine dispositi dammentur sorte noueni.  
Styx inimica suos consumpserit ante nigellos,  
Quam clari uitam perdant corporibus aptam!]

*cum hac lectionis uarietate: 1 nam] nunc V | premunt P | nigelli] re supra ge s || 2 Hiis B ls s | clarido I | sequuntur BV (semel, bis enim V hos un. habet) || 4, 3 ponit P || 4 matris BP | quoque om. I || 5 abetur s || 6 Hiis B | crystallini color sociant (om. His) s || 7 latantis I || 8 duo supra ras. s | coruina craues I | bini] 1 supra ni s || post 9 subscribit P: Thomas Scotus hos uersus composuit || 10—12 in solo s habentur (11 Stix) || I solus in parte sinistra (nam un. 1—9 in parte dextra circuli alicuius scripti sunt) hos praebet uersiculos, qui u. 9 continuare uidentur:*

His ita dispositis, mirabile, in orbe uidebis,  
Si libet, ut cunctis ibidem constantibus albis

Aethiopes ab eis sensim dirimi specularis,

5 Sint ut in excubiis, si uis, per tempora noctis.  
O comes insignis, tibi ludus hic puerilis  
Ne, rogo, sit uilis, quamuis sis ore senilis.  
Quique palatinis ludis sine fine potiris,  
Redde uicem nobis per celsae numina prolis.

(1 mirabili I, correxi — 2 Si licet I, correxi — 3 peruisse uiderunt Goetzius et Loewius — 4 speu leris I, corr. eidem — 7 uilisque iniussis I. — alterum eiusdem pretii carmen medio aeuo factum de hac re ex I protulerunt Loewius et Goetzius l. l.)

LXV extat post LXIV in codicibus M (atritensi), unde primum ediderunt Goetzius et Loewius, et a me conlatis B (odlesiano) et P (arisino 8091) || Italicus (= Item alius) M un. 30—36 ante 1 ponens, Item alii uersus P inscribunt: om. B || 1 forte uigens dux scripsi: sorte quidem dux P forte dux BM | quondam P | ruente M || 2 stereli M | membra P

Purpureo uestis quae comptae tegmine textit;  
Adque suos tali fame fatus erat:  
5 'Surgite uos iuuenes; sterilem depellite somnum;  
Increpat aruigenas lux: uigilate uiri.'  
Hinc humeros rutilis heros onerauerat armis,  
Protenus ostriferum liquerat atque torum,  
Vndeciesque uirum secum deduxerat unum:  
10 Alter ab undecimo Candidus ipse fuit.  
Qui simul egressi bis seni terue quaterni,  
Tres quater aetate robore gente pares,  
Cornipedum sulcant fulti gestamine flabra,  
Passibus aligeris lastra ferina legunt.  
15 Siluicolas facili consternunt strage cateruas:  
Sanguinis innocui funditur unda rubens.  
His iugiter gestis aether densatus in imbres  
Conglomerat nubes; fulgura crebra micant.  
Altitonans summo resonat de uertice rector,  
20 Dans proceris signum tecta propinqua peti.  
Candidus hinc unam, fuerat quae forte propinqua,  
Grandine compulsos ducit ad usque domum.  
Quam prius arripiens tenuit dux inclitus Ater,

3 Porporeo M Corporeo B | uestis quae B: uestisque M uestes que P | compte MP: compote B || 4 Adque Goetzius et Loewius: Atque codd. | erat M || 5 iuuenes M | sterilem, i ex e M || 6 aruigenas BP: arbienas M || 7 honeraterat B honeraberat (h m. 1 del.) M | armas M || 8 Protinus BP | liquerat M | thorum codd. || 11 qui ex que corr. M | bisceue B || 12 Tres BM: Ter P | (a)etate BP: om. M || post pares rasura s fere litter. in M || 15 siluiculas M || 17 om. M | Hiis B | iugiter (prosodia ultimae aetatis poetis usitata) scripsi: igitur BP || 18 Conglomerant codd., correxi || 19 rector scripsi: rerum codd. caelum Lipsienses || 20 proceris P: proceri BM; uerba secundum ultimae latinitatis usum sic intellege: signum, ut uicini alicuius nobilis tecta petantur || 21 unam: en articulum linguarum Romanicarum | fueratque M || 22 compulsus (comp.) codd., correxi | ducit Goetzius et Loewius: ductus codd. || 23 tenuit dux scripsi: eodem dux P idem dux B eduxit M exit dux Lipsienses | Ater scripsi: alter codd.

- 'Candide' qui dixit, 'altera tecta pete.  
 25 Nam domus haec plures socios quam paruula nostros  
 Non teget, ut rutilo lumine cuncta patent.  
 Sed quia mente uiges artisque cacumina scandis,  
 Duc mea sub tecta arte regente uiros.  
 Haec ait ille uolens certis praediscere signis,  
 30 Qua ualet artifice Candidus ingenio.  
 Talibus excepit dictis quae Candidus heros,  
 Multiplices uolens mentis in arce dolos:  
 'In tua tecta meos possum subducere cunctos,  
 Viribus ingenio marte potente uiros.  
 35 Viribus ingenium melius, sed praestat et armis:  
 Ingenio cuncta quaeque gerenda bona.'

25 quam **BM**: qui **P** | nros **P** nros **M** uros (= uestros) **B** ||  
 26 patent *corruptum puto*; ut *pro licet positum uidetur* || 27 Set  
**B** | quia **BP**: que **M** | uiges artisque **P**: uiges arcisque **B** uige  
 sacrisque **M** || 28 arte **P**: arce **BM** | regente *codd. recente*  
*Lipsienses* || 29 hec aut ille **M** | certis **BP**: herus **M**, *unde heros*  
*Lipsienses* || 30 artifice **B**: artificio **MP** || 31 dictis **BP**: dicens **M** |  
 que **P**: quam **BM** quem *Lipsienses* || 32 uolens **M** | arte **P** ||  
 33 tecto **B** || 34 *om.* **M** | marte *scripsi*: arte **BP**; *sed qua notione*  
*opus sit docet u.* 35 armis | uiros *corruptum*; *fortasse bonos* ||  
 35 Ingenium, u *ex o corr.* **M** || 35 s; **B** | praestat *scripsi*: con-  
 stat *codd.* | et **MP**: in **B** || *finem carminis deesse uiderunt Goetzius*  
*et Loewius.*

## LXVI.

## VERSUS CUIUSDAM SCOTI DE ALPHABETO.

- A Principium uocis ueterumque inuentio mira  
 Nomen habens domini sum felix uoce pelasga;  
 Exsecrantis item dira interiectio dicor.  
 B Principium libri, mutis caput, alter et ordo,  
 Tertia felicis uere sum syllaba semper;  
 Si me graece legas, uiridi tum nascor in horto.  
 C Principium caeli, primis et luna figuris;  
 Et me clerus amat, legeris si graece, latinus;  
 Littera sum terrae pedibus perscripta quaternis.

LXVI, quod primi ediderunt Th. Wright et I. O. Halliwell in libro 'Reliquiae antiquae' (Londini 1846), saeculo VII ineunte, ut uidetur, a Columbani aequali in Britannia compositum praebent hae *codd.*: V(ossianus L. Q. 33) saec. X fol. 176 (cf. uol. III p. 106), cuius collationem dedit L. Muellerus *mus. Rhen. XX p. 357 sqq.*; C(antabrigiensis uniuers. Gg V 35) saec. XI fol. 381, P(arisinus 2773) saec. XI, quorum lectiones exhibuit Ios. Kleinus *mus. Rhen. XXXI p. 467*; B(ruxellensis 10615-10729) saec. XII, de quo cf. E. Grossius *mus. Rhen. XXIV p. 615*, a quo alter B(ruxellensis 9799-9809) saec. XII ubi in grauioribus dissentit, b notauit; B(egius musci Britannici 12. C. XXIII) saec. X plurimis locis euandus, de quo cf. Guil. Wagnerus *mus. Rhen. XXII p. 630* || *tit.* Incipiunt u. c. scotti de alfabeto *codd.*, nisi quod B titulo carens a m. 2 Alphabetum inscribit || 1 mira] prima **CP** || 3 Execr. **CPR** || 5 sillaba **CR** || 6 Littera graeca manens **P** | tum *his* **V** quoque **P** | orto **R** || 7 coeli **CP** || et lunae et luna **V** || 8 clarus (e *supra* a) **R** | legeres **B** relegas si greca **P** || 9 pr(a)escripta **BC**



- D Ablati casus uox sum et pars septima linguae, 10  
Omnipotentis habens nomen, cum 'us' bannita iuncta;  
Sum medium mille et ueterum mala nota deorum.
- E Pars ego mutarum uere uocalis habebor;  
Altera deceptae quondam sum syllaba matris;  
Pars quoque sum plena et uocis pars quinta latinae. 15
- F Semisonans dicor, liquidis ut muta ministro;  
Nescio quid causae est, cur me sic odit Hebraeus.  
Nox perit et tenebrae, si me de flumine tollas.
- G Si solam legeris, tunc clarus Caesar habebor;  
Si duplicem legeris, Romanus praesul habebor; 20  
Post me quinta sonat paruum uocalis in ore.
- H Nomen habens uacuum fragilem deporto figuram;  
Non nisi per uersus in me manet ulla facultas;  
Hoc tantum ualui linguis spiramina ferre.
- I Sum numerus primus, iuuenum contentio magna; 25  
Spreta figura mihi est etiam, sed mira potestas;  
Me tamen haut dominus uoluit de lege perire.
- K Dux ego per priscos primae uocalis habebor,  
Meque meo penitus pepulerunt iure moderni;  
Nunc caput Afrorum merui uel mensis haberi. 30

10 mox B || 11 Omnipotentis P: Omnitens RV Omnitens C  
Ompas B (Oms b) | nomen et habens CR | cum *add.* L. *Muel-*  
*lerus: om. codd.* | us] uús B (*recte* b) | bannita, *id est syllaba*  
*banita siue hanita* V | uincta B || 12 medium *om.* B | mala BP:  
quoque CR *om.* V || 13 mutorum *codd.* (*deest* R), *corr.* *Muellerus* ||  
15 pars B: *om.* CPEV || 16 Semisonans *Muellerus: Semisonos*  
(*v supra alt. o*) V *Semisonus ceteri codd.* (*deest* R) | et B ||  
17 causa P | odit hebreus P: hebreus (ebrius C) odit *ceteri*  
*codd.* || 19 caesar clarus P || 20 *cf. mus. Rhen. XXI p. 300* |  
legeris *corr. ex* legeres (*ut et* 19) B, *om.* P uero *post* Si  
*addens* | praesul honoris P || 23 peruersus *ex* peruersa *corr.* B |  
in me] minae C | ualet P | facultas V; potestas BCPR || 24 ferre]  
gesto P || 25 numerus *ex* -ris R || 26 est] et B *om.* b | sed  
*punctatum in* B si b || 27 Ne P | haud CP (*v corr.*) || 28 priscos  
*Muellerus: primos codd.* | habebor C || 29 pepulerunt BCP:  
pellerunt RV || 30 axfrorum — habere B

- Si me graece legas, totam sine sorde uidebis, L  
Nec frustra, quoniam per carmina saepe liquesco;  
Sed tamen agricola in curuo me uertice portat.
- In metris iugiter cum sim uocalibus esca, M  
35 Suadeo de Musis tollas me, non genetrice,  
Ne atra figura tuos tenebris offuscet ocellos.  
Vox sum certa sonans, qua res monstratur adesse; N  
Tollere me multi quaerunt de nomine frustra;  
Vim quoque sic solitam mitto de carmine perdens.
- Littera saepe choris en sum signata canentum; O  
40 Curro uias multas, manibus sed fixa manebo;  
Perque meam formam saeculorum uertitur ordo.  
Me sine nulla potest hominum concordia cerni; P  
Nota potentis eram plebis perscripta columnis,  
45 Sic quoque nota fui patrum bis scripta piorum. Q  
Sola mihi uirtus uocalem iungere quintam;  
Qua sine non nascor, ego hanc occido nefande;  
Quapropter iuste memet spreuere quaternae.  
Est nomen durum, sed uirtus durior illo; R  
50 Ideirco placuit me non mollire Camenis;  
Nota tamen fueram populos uincentis et orbem.  
Nota fui patrum, propriae et uirtutis in odis; S  
Sed modo iam melius domini sum nota secunda;  
Et me Phoebus amat posuitque in origine lucis.

31 graeca P | totam P: totum *ceteri* scutum *Wagnerus* |  
si ñ B (*ut et* 43) || 33 tam B | portant B || 34 aescia BL (*deest*  
R) || 35 Suadeo de] Suade B | tollas me BC: me tollas V  
(*deest* R) ne tollas me (*om. non*) P | genetrice B genitricis V  
genitricis C genetricem P || 36 Ne atra BCP: Neutra RV |  
obfuscet C || 39 mitto *Muellerus: phiteo* CV pitheo B pithio P  
prodens C || 40 chori sensum P chori sensu B choris sensum  
CV (*deest* R) || 44 potens P | p . . . s B (templi b) | pr(a)e-  
scripta BC || 45 nata P | piorum BP: priorum CRV || 46 iungere  
*Muellerus: uincere codd.* || 47 ego] sed P || 48 spreuere *scripsi:*  
*speuere* P *respuere* BCRV || 50 non] nã B | camoenis C || 51  
populi fueram P | populos CR: populi *ceteri* || 52 proprie B  
proprie CR proprie V patriae P || 54 in] sub P | origine B:  
ordine *ceteri* (or *ceteris abscissis* R) | ducis P

- T Angelus en uoluit poni me in fronte gementum, 55  
 Cetera turba neci miserae dum tota dabatur;  
 Te precor, haec legitans proprio me nomine signa.
- V Forma manet semper, uirtus mihi sed uariatur;  
 Vtraque sum uere nullo discrimine formae;  
 Nec me Graecus habet, scriptam sed me duo complent. 60
- X Forma mihi simplex, sed certe dupla potestas;  
 Aere me puro perscribit penna uolantis;  
 Per me saepe patet numerus de lege sacratus.
- Y Nomine sum duplex, sed graeco robore simplex,  
 Ac typica in membris tribus, ut Samius bene sensit, 65  
 Infima dans pueris, at dextra ac laeua sapitis.
- Z Littera sum graeca, duplex, sed more liquentum;  
 Deficio currens per carmina sicuti simplex;  
 Saepe etiam sibilans inter dentes morientum.

55 en uoluit] assignat (*supraser.* hortatur) P || 56 nota B | daretur P || 57 Te precor BCP: Deprecor V (R deest) || 58 Formaret semper B | mihi] mea *cod. Leidensis bibl. publ.* 190 saec. XI, qui uu. 55—63 in fine habet || 59 sum om. B || 60 scriptum B || 61 duppla C || 62 praescribit C perscripsit P || in 63 desinunt C (Finit subscribens) RV; et B quidem cum continuet eos quos supra dedimus uu. 64—69 sine causa *Muelleri suspectos*, P liberrime interpolatus alia de Y et Z litteris carmina maiora addit, quae uide apud *Kleinium l. l.* || 65 tipica B | ut Samius bene sensit *Grossius*: ut bene samius (sanius b) in fit (confit b) B || 66 at *Muellerus*: ac B || 67 duplex *Muellerus*: om. B || 68 sicuti simplex *idem*: sicut B || 69 sibilans *Grossius*: sibi laus B

## INCERTAE AETATIS CARMINA.

## LXVII.

- Aestatis Maius Tauro primordia prodit,  
 Iunius aestifero Geminorum cardine surgit.  
 Iulius aestiuas Cancero secat acer aristas.  
 Autumni caput Augustus parat ore Leonis.  
 5 Maturas uuas September Virgine curat.  
 Libra sub autumno Octobri dat semina sulco.  
 Scorpius innectit tempus brumale Nouembris.  
 Arcitenens hiemis . . . . . Capricorni sidere frigens.  
 10 Inducit Februo uer udus Aquarius arto.  
 Mars flores geminis nemori sub Piscibus edit.  
 Aprili uernante nouans Aries micat annum.

. . . (B. V 67, M. 1036) teste *Burmanno*, qui Aliud de quatuor anni tempestatibus inscribit, *N. Heinsius* descripserat ex ueteri codice *Vergilii Mediceo*, quem frustra requisitui | 2 aestifero scripsi: aestiuo codex || 3 acer scripsi: alter codex altus *Buechelerus* || 5 Maturas scripsi: Autumnas codex || 8 et 9 pro uno codex, lacunam agnouit *Meyerus* || 10 udus *Burm.*: udum codex | arto scripsi: arco codex urna *Burm.* aruo *Buech.* || 11 geminis scripsi: uernis codex uernos *Burm.* || fortasse 10—12 ut uer describentes ante u. 1 ponendi || adscribam hic saltim uersus, qui sintne antiqui an medii aevi dubites, in codice *Philippico* 1694 (olim *Meermanniano*) saec. XIII obuios (B. V 65, M. 1034):

De quattuor temporibus anni.

- Ver aestas autumnus hyemps sunt quatuor anni  
 Tempora, quae currus lustrat, Apollo, tuus.  
 Ver sua grana serit, fouet aestas semina, fota  
 Colligit autumnus, lecta recondit hyemps.

## LXVIII. INCERTI DE SPHAERA CAELI.

Haec pictura docet quicquid recitauit Hyginus  
 In septem quinis describens sidera signis  
 Ad caeli terraeque globos in mole rotundos.  
 Mallet prorsus opus solidis insigne figuris,  
 Quas nequit in plano similes expendere quinis, 5  
 Cum lateant intus quaedam curuisque profundis.  
 Nam borealis apex arctos complexus et anguem  
 Arctophylaca tegit nec non simulacra coronae  
 Engonasinque, lyram, cygnum, sic Cassiepiam,  
 Cuius adest pedibus coniunx et filia dextris. 10  
 Perseus inde gener, tunc est caprarius, inde  
 Deltoton, equus ac delphin, aquila atque sagitta,  
 Anguitenens, aries, taurus, cum Castore Pollux  
 Et cancer, leo, uirgo, suis cum scorpio chelis,  
 Arcitenens tandem, capricornus et urnifer inde; 15  
 Piscibus extremus locus est quem signifer explet.  
 Primus in austrinis Orion partibus exit,  
 Tum lepus est et utrique canes Argoque triremis,  
 Hydrus, Centaurus, sed et ara et piscis enormis,  
 Pistrix, Eridanus: sic sphaerae finis habetur, 20  
 Quam gemini findunt aequa sub sorte coluri,  
 Se tangendo polis dum zonas quinque pererrant.  
 Has hinc inde sibi diuersa a parte coaequat  
 Linea quae scindit medios utrosque coluros.  
 Torrida zona duas circa se a frigore seruat; 25

LXVIII. primus ex P (arisino 12117) saec. XI fol. 138 edidit  
 Bursianus in *Fleckeis. ann. a. 1866 p. 786 sqq., praeterea ego in-*  
*ueni in V (ossiano O. 15) saec. XI fol. 61* || Versus de spera  
 caeli V: om. P || 1 yginus P iginus V || 6 Dum P | intus V:  
 inter P | quaedam V || 8 Arctophilaca V Artophilaca P |  
 simulachra P || 9 Engonasinq; V | liram cignum PV | sic (i. e.  
 ex usu posteriorum 'tum') scripsi: seu PV ceu Bursianus || 11  
 inde idem: ille PV || 14 cum V: tum P || 15 urniger Bursianus ||  
 16 extremis PV || 19 Hidrus P || 20 heridanus PV | sperae PV ||  
 21 iemini P || 23 a supra lin. V: om. P

Nam zonas similes aequales dicimus esse  
 In caeli terraeque modo Cicerone magistro.  
 Vertex alteruter terdenis partibus a se  
 Semper abest circumque facit sex undique sumptis;  
 30 Tum quinias utrimque feret habitabilis ora.  
 Aequidies capit octonas hinc, inde quaternas.  
 Corpora signorum circis resecantur eisdem.  
 His super esse ferunt caelo cuiquamque notandos,  
 Quorum primus is est qui candidus extat in astris  
 35 Obliquo caeli portas discrimine tangens;  
 Alter ubique uagus graece uocitatur horizon.  
 Solus eget terrae spatiis ut limes in astris  
 Dimidium sphaerae momentis omnibus abdens.  
 Ergo decem circis totus uariatur Olympus,  
 40 Ex quibus ille latet semper qui dicitur austri,  
 Cum nobis numquam lateat qui continet arctos.  
 Inter utrosque tamen quod hinc leuat, occidit illic.  
 Arcticus his signis finitur circulus: extra  
 Laeva Bootis inest dextro cum poplite flexo  
 45 Herculis innixi pedibus, humeris quoque Cephei;  
 Tum siliquastrensis tangit confinia basis.  
 Solstitialis et hoc signorum limite constat:  
 Arcturus lapsusque genu, Cepheia coniunx,  
 Anguiger oblongus, curui quoque sinciput anguis  
 50 A superis tanguntur eo cum coniuge Persei  
 (Cui tamen arctophylax est in contraria uersus  
 Pegaseo iunctae medio) pedibusque marito  
 Qui sectus laeua cubito cum crure sinistro

26 esse V: est P || 29 undique (p in u corr.) V || 34 is est  
 Bursianus: inest PV | constat V || 36 uocitatus V | orizon V  
 orion P || 37 spaciis P || 38 sperae PV | addens V || 39 olimpus  
 PV || 44 cum dextro P || 45 innexi P | humeris quoque P:  
 humerisq; V || 47 Solsticialis P | limite] ≡ Ip ≡ (supra alt. ras.  
 imite suprascr.) V || 49 sincipre V (ex archetypi sincip) | anguis  
 V: an. P || 51 Qui V | arctophilax V artophilax P Cui caput et  
 thorax Bursianus || 52 iunctae V: iunctae P | mariti Bursianus

Hemiochi caput ut currens ex puluere foedat;  
 Ille tamen quasi lora tenens pede cornua tauri 55  
 Deprimit ac geminis traiectis denique collis  
 Inter aselliferi consurgit lumina cancri,  
 Currens per pectus, uentrem lumbosque leonis  
 Perque caput dextramque alam uolitantis oloris.  
 Qui lucis noctisque pares dat circulus horas 60  
 Arietis ima pedum recipit uestigia primum  
 Semibouisque genu praecidit et inguinis eius,  
 Vltima quem fudit putens urina deorum;  
 Sustinet et geminos flexus ex ore draconis,  
 Exit et a genibus longo serpente ligati, 65  
 Postquam chelarum longissima brachia pressit;  
 Tum Ganymedeae raptricis transilit alam  
 Pegaseamque iubam dirimens ex ordine pisces.  
 Quid hiemalis agat signorum corpora scindens  
 Decollatus eo nouit qui spicula mittit 70  
 Piscinusque caper, nec non lymphaticus auspex  
 Et pistrix, fluuius, lepus et leporarius adsunt,  
 Finditur et puppis, Centauro terminat orbis.  
 Vltimus auersus boreae sua lumina solis  
 Manibus ostendit fluuio finitus et Argo, 75  
 Centaurique pedes postremos tangit et aram.

## LXIX.

Signifer aethereus, mundus quo cingitur omnis,  
 Astra tenet tantum se sede mouentia septem;  
 Caetera nam proprio stant semper in ordine fixa.

54 fedat V fedat P || 60 oras V || 62 Semis bouisque P ||  
 63 que infudit V || 67 ganimedee P ganimediae V || 71 limph.  
 PV || 74 sua lumina solis scripsi: sua dindima solis V sua sua  
 dindima P, unde sua sidera in (uel ad) ima Bursianus

LXIX extat in P(arisino 7461) saec. XIII post carminis XLVI  
 u. 163 sine titulo, unde primus edidit A. Angelonius (cf. Phae-  
 drus ed. Orellius p. 242); ipse contuli || 2 ten (= tenet) P |  
 se sede scripsi: seseque P

Saturni sidus summa concurrat in arce  
 5 Ter denoque suus completur tempore cursus.  
 Inde Iouis cursus bis senis uoluitur annis;  
 Sic Mars quingentis currit quadraginta diebus.  
 Ast uno Solis completur circulus anno,  
 Trecentis Venus octo et quadraginta diebus,  
 10 Mercurius centum triginta nouemque diebus.  
 Bis denis septemque diebus Luna peragrans  
 Octo horisque simul proprium sic conficit orbem.

## LXX. DE VENTIS.

Quattuor a quadro consurgunt limite uenti.  
 Hos circum gemini dextra laeuaque iugantur  
 Atque ita bis seno circumdant flamine mundum.  
 Primus Aparctias Arctoo spirat ab axe:

7 Et, *suprascr.* † Sic, P (sic pro tum) | currit temptari:  
 rureus P rubens Angelonius | quadraginta, sic P || 11 septem  
 atque duobus Orellius

Hic saltem adscribam carmen medii aevi, ut uideatur, quod  
 habetur in codice Vindobonensi 2521 saec. XII fol. 141:

Tristicon de oppositis signis.

Mergitur Hammonis Libra, Tauri Scorpium ortu,  
 At Geminos fugit Arcitenens, Cancrum Capricornus;  
 Hinc Leo pellit aquas fundentem Virgoque Pisces.

LXX (B. V 114, M. 1056) extat in plurimis codd., ex quibus  
 adhibiti sunt hae: O(uetensis) saec. VII—VIII adlatus ab  
 Grialio ad Isidori d. n. r. c. 37; M(ediceus) plut. 16, 39 saec. IX,  
 qui praebet uu. 1—8 (cf. Bandinii catal. I p. 294); P(arisinus)  
 5543) saec. IX fol. 140 (contuli); R(eginensis 1260) saec. IX  
 fol. 38 (contuli); D(urlacensis n. 36) saec. IX—X (contuli);  
 V(ossianus l. q. 33) saec. X fol. 134 (contuli); ceteros codd.  
 plurimos (etiam ab Areualio ad Isidori l. l. adhibitos) § nota  
 significauit || Versus de uentis O (et m. rec. saec. XV R) Versus  
 de duodecim uentis V §, om. ceteri || 1 Quattuor MOE || 2 Hos  
 circum MO: Hi (Hic P) quoque sex ceteri | iunguntur MR ||  
 4 apartias P aparcias M aparthias DRV | arcto aspirat P arto  
 o spirat DV alto qui spirat O altus spirat M



Huic nostra nomen lingua est Septentrio fictum. 5  
 Circius hinc dextro gelidus circumtonat antro;  
 Thrascian Graeci propria dixere loquella.  
 Huic laeuis Boreas glacialis turbine mugit;  
 Frigidus hic Aquilo nostris uocitatur in oris.  
 At Subsolanus medio flat rectus ab ortu; 10  
 Graecus Aphelioten apto quem nomine signat.  
 Huic Vulturinus adest, dextra qui parte leuatur;  
 Attica Caecian Graiis quem littera signat.  
 Nubifero flatu laeuum latus inrigat Eurus,  
 Dorica quem simili designat nomine lingua. 15  
 At Notus e medio solis dat flamina cursu:  
 Austrum rite uocant, quia nubila flatibus haurit.  
 Euronotus cui dexter adest, quem nomine mixto  
 Eurastrum Latia dixerunt uoce Latini.  
 Libonotus laeuam calidis adtaminat auris; 20  
 Aestibus immensis ardens Austroafricanus hic est.  
 Abscessum solis Zephyri tuba florea seruat,  
 Ex Itala nomen cui dictum est uoce Fauoni.  
 Huic dextram tangit dictus Lips Atthide lingua;  
 Africanus hic propria ueniens regione uocatur. 25

5 Hinc P | nomen nostra e lingua septentrio O | est om. M,  
 qui septentriion | fictum R: finctum DPV fixit O finxit M ||  
 6 huic O hanc M in R | dexter gelido O | alto P (dextra —  
 Arcto Pithoeus) || 7 Tracian R Traciani M Trascian P | graii O  
 grazu M | loquela PE || 8 boreus O boris M | graeili P || 9 hic  
 OG: hinc DPRV || horis P | flat rectus solis ab (medio om.) O ||  
 11 apelioten O || 12 Huic at vulturinus dextra de p. l. O | le-  
 uatus D || 13 checian R | litora signant O || 14 leuigatas irrigat  
 auras O | irrigat PR || 15 Dorida DP | lingua] signat P || 16  
 nothus DPR || 17 rite] fiete R | urit R || 18 Euronotos P Euro-  
 nothus DR | oui D || 19 Euroastrum R | Latia] patria Bur-  
 mannus || 20 Libonothus DR, et h supra t v | attaminat  
 DPRV || 21 imm. OP | arden P | austroafricanus R || 22 Solis ab  
 occasu zephyri O | tubida florea D || 23 Ex itala O: Exit alia P  
 (sic etiam Bernensis 212 saec. IX—X fol. 108) Italia DRV  
 nomen O: ueniens ceteri | fixum est O | faboni R || 24 Hinc P  
 atthide (atide P) codd. || 25 hic O: hinc ceteri

At tu, Core, fremis Zephyri de parte sinistra;  
 Argesten Grai uocitant cognomine prisco.

## LXXI. EPITAPHIUM.

Luciola, effigies illorum iudice quouis,  
 Quos peperit quondam heroum fecunda uetustas,  
 Hic tegitur, laudis monumento exstante superstes.  
 Nobilitas patriae Treueri praeclara, patrumque  
 5 Aruernum hospitium eiuem se adscisse superbit.  
 Pignorat haec tellus terrae felicitis alumnam.  
 Fundorum spatiis cinerum est possessio maior.  
 Coniuge fortunata equitum peditumque magistro  
 Omni humilem officio dum se gerit, auxit honorem:  
 10 Altior inuidia, qui non subcumbit honori, est.

## LXXII. EPITAPHIUM TERENTII.

Natus in excelsis tectis Karthaginis altae  
 Romanis ducibus bellica praeda fui.  
 Descripsi mores hominum, iuuenumque senumque,  
 Qualiter et serui decipiant dominos,

26 Ac D | chore DPRV | fremens PR | zephyri RV || 27  
 Agrestē R Argestenq; PV (quē grai D) | graio uocitarunt ore  
 camoenae O | prisco om. P prisco (suprascr. dictū) D

LXXI (B. IV 88, M. 1225) extat in codice Turicensi 78  
 (olim 451) saec. IX, de quo cf. uol. III p. 105, fol. 96 cum  
 titulo Epitaphium || 1 effigies T || 2 heroum scripsi: morum T ||  
 4 triueri T | patremque Crusius || 5 ospitiū T (hospitio Cru-  
 sius) || ad 7 T mgo R || 8 aequitum T || 9 humili T, corr. Cru-  
 sius || 10 honori Pithoeus: amori T

LXXII (B. II 220, M. 845) extat in Terentii codd. H(ar-  
 leiano 2750 saec. X—XI fol. 2) et L(ipsiensii bibl. senat. Rep.  
 I 4, 37 saec. X) a me inspectis. P(arisino 7859 saec. X), de quo  
 cf. Umpfenbachius praef. p. XXV, aliisque. fortasse est C. Sulpicii  
 Apollinaris, cuius extant in Terentii fabulas periochae cuiusque  
 super Vergilio hexasticha uolumen IV exhibet || titulo carent HLP;  
 Epitaphium Terentii pauci recentiores || 1 excelsis HP: excelsae L  
 excelsae alii nonnulli (at cf. LXXXI, quod itidem Sulpicii esse  
 suspicaris, 12, 6) | Kartaginis LP cartaginis H | altē in alti  
 corr. H altis L || 4 et 5 om. P

Quid meretrix, quid leno dolis confingat auarus: 5  
Haec quicumque legit, sic puto cautus erit.

## LXXIII. EPITAPHIUM SENECAE.

Cura, labor, meritum, sumpti pro munere honores,  
Ite, alias posthac sollicitate animas!  
Me procul a uobis deus euocat. ilicet actis  
Rebus terrenis, hospita terra, uale.  
Corpus, auara, tamen sollempnibus accipe saxis: 5  
Namque animam caelo reddimus, ossa tibi.

## LXXIV. EPITAPHIUM LUCANI.

Corduba me genuit; rapuit Nero; praelia dixi,  
Quae gessere pares hinc socer inde gener.  
Continuo numquam derexi carmina ductu:  
Quae tractim serpat, plus mihi comma placet.

5 confingat **H**: cum fingat **L** || 6 sic **HL**: Que (?) quisquis  
tentat **P** | puta **P**

LXXIII (*B. II 228, M. 838*) Epitaphyū. M. L. A. Seneca  
inscribit Senecae tragoediarum codex Florentinus saec. XI fol. 1;  
Epitaphium Senecae codices Valencenensis 373 saec. IX fol.  
ultimo, Parisinus 8319 saec. XI aliique: itidem puto esse Sulpicii  
Apollinaris || 4 Terrenis rebus Florentinus; recte reliqui || 5 ex-  
cipe Florentinus || 6 Iamque Cannegieterus

LXXIV (*B. II 229, M. 839*) extat in Lucani codd. (cf. scholia  
in Luc. ed. Usenerus p. 6, cui debeo collationes) hisce: **B**(ernensi 45  
saec. X), **G**(emblacensi nunc Bruxellensi 5330 saec. X), **M**(onte-  
pessulano *H* 113 saec. XI), **E**(atisbonensi nunc Monacensi 14505  
saec. XI), **T**(uricensi bibl. civ. C 97 saec. XI), **V**(ossiano l. q. 51  
saec. X), aliis haud paucis || Epitaphion eiusdem **G** Idem luca-  
nus **B** Lucanus de semet ipso **M** (Epitafium lucani poetae  
*Bernensis* 363 saec. VIII, qui primum uersum exhibet); ceteri  
sine inscriptione; fortasse hoc quoque carmen Sulpicii Apolli-  
naris est || 1 Corduba **B** Cordana (t b supra u) *Bern.* 363 ||  
proelia **MT** || 2 hinc socer inde gener, sic *Useneri* codd. omnes:  
hinc gener inde socer e *Siziano* adfert *Burmans* (atque pro  
inde praeterea deteriores quidam) || 3—6 subditicios censet *Gen-  
thius de uita Luc.* p. 33 || 3 direxi codd., correxi || 4 tractum **V** |  
serpat **BM**: serpit **V** serpent **GT** serpunt **R** (de comma feminino  
cf. *Neuius lat. Forment.* 1<sup>a</sup> p. 327) | comma **M** coma **BTV**

5 Fulminis in morem, quae sint miranda, citentur:  
Haec uere rapiet dictio, quae feriet.

5 et 6 in **G** add. m. rec. saec. XI, om. **T** aliique haud pauci  
teste *Oudendorpio*, unde erant qui eos per medium aeuum addi-  
tos putarent; sed enim descriptio proprietatis Lucanae u. 3 et 4  
incohata sine eis imperfecta, ut sine dubio casu quodam in  
ueto alio exemplari (unde pars codicum fluxit) intercederint ||  
5 Fluminis **R** | sint *Usenerus*: sunt codd. || 6 uero **V** | rapiet  
scripsi: sapiet codd. (sapiat **G**) | feriet **RV**: fieret **BGM** (1 feriret  
supraser. **B**)

DUBIA. SUSPECTA. FALSA.

LXXV.

Tres sunt fatales quae ducunt fila sorores:  
Clotho colum baiulat, Lachesis trahit, Atropos occat.

LXXVI.

De Ioue et Neptuno et Plutone.

1 Iuppiter astra, fretum Neptunus, Tartara Pluto  
Regna paterna tenent, tres tria, quisque suum.

2 Conquerar an sileam? monstrabo crimen amicae  
An quasi iam sanus uulnera nostra tegam?  
Non queror aut molles oculos aut aspera crura  
Nec uitio quouis exteriora premo:  
Quod queror, est animi! laudarit cetera liuor:  
Verba fide, uitiiis lubrica forma caret.  
Illa decem menses mecum feliciter egit

LXXV, quod per medium aeuum in deliciis fuit, legitur in  
codd. Burneiano 224 saec. XIII p. 358 et Parisino 4126 saec. XIII  
fol. 104 (2 Cloto uterque, attropos Burn.)

LXXVI accedit ex Parisino 3761 saec. XIII, qui fol. 62—75  
nulla habet mediæ aeuī carmina, inter quae innixta sunt quin-  
que illa supra exhibita, quae cum prae ceteris antiquitatis colore  
quodam sint insignia fortasse medio aeuo sunt abroganda et  
antiquitati ultimae adscribenda; quamquam accuratius de hac  
re iudicari poterit, si Hildeberti coactorumque carmina iusta  
disquisitione erunt examinata; codicem ipse post pessimam Rhesii  
(Anth. lat. 793 sqq.) conlationem excussi; cf. Mus. Rhen. XXX  
p. 306 sqq. || 1 (B. I 3, M. 561), 1 Iuppiter P || 2 deprehendi  
quoque in Florentino (bibl. Aed. Eccl. 197) saec. XII—XIII fol. 120  
post Statii Thebaida || 1 . onquerar P || 3 H̄ (pro N̄) P || 5 lau-  
darit scripsi: laudaret FP || 6 uiciis F

Gratis in amplexus docta uenire meos:  
Aemulus ecce meus gemmis male fisus et auro  
10 Hanc petit, ingeminat munera, flectit eam.  
Muneribus uicit, quoniam natura uel usus  
Praeter flagitium nulla dedere sibi.  
Thersiten gerit in facie, gerit intus Oresten:  
Pulchrior iste tamen, mitior ille fuit.  
15 Non prius incurrit leuiore ille reatus  
Nec gradibus certis destitit esse bonus,  
Set simul omne nefas auso puerilibus annis  
Iam praeter facinus nulla licere putat.  
Turpis atrox exlex, naturae crimen et hostis  
20 In luctu ridet, flet nisi flenda uidet.  
Sufficit exemplis totum corrumpere mundum,  
Sufficiunt sceleri nomina nulla suo,  
Quippe tot illicitis famam lacerare laborat,  
Ut nulla redimi laude uel arte queat.  
25 Cur igitur placuit? quid honesti uidit in illo,  
Quem iam nulla sequi praeter honesta pudet?  
Cur inquam placuit? dignusne placere puellis,  
Qui non exitio sed cruce dignus eat,  
Lapsus in excessus tantos, ut nulla putaret  
30 Deteriora fide uel potiora dolis?  
Cur placuit letale nefas, cur dedecus orbis,  
Cur tam terribilis larua pudorque patris,  
Qui non tam locuples rebus quam pauper honesto  
Et minus informis quam uitiosus erat?  
35 Crimen opes redimunt, reus est crucis omnis egenus,  
Et laudes hominum pensat aceruus opum.  
Hic quoque nec uita nec nobilitate parentum  
Nec specie placuit, sed quia dines erat.  
Diuitiis animum tenerae turbauit amicae,  
40 Diuitiisque patent ostia colla sinus.  
Iam nec pura fides nec largi gloria sensus  
Nec probitas morum nec bona fama iuuat:

11 natura † F: naturalis P || 13 Tersitē FP | faciē P |  
honestē FP || 14 ille — mitior iste F || 15 Nā F || 16 c'tis  
(= certis) P: cet'is (= ceteris) F | esse] oē F || 17 ausus F |  
puerib; F || 23 formam FP || 25 honesti F: in isto P || 26  
praeter] pater F || 27 inquam P: umquam F | 28 exilio FP |  
eat scripsi: erat FP || 31 Curū F | pliauit (i pr. ante perforationem  
membranae) P | nephas P || 33 quam P: q̄ (= qui) F || 34 in-  
formis scripsi: infamis FP | uiciis P || 40 hostia FP | colla  
scripsi: crura FP || 41 Nam F | largi num sanum ?

- Aurum sinceras solitum peruertere mentes  
Mortales animos in scelus omne uocat.  
Aurum dum speret, nil iam negat Hectoris uxor, 45  
Iam populo iungi sustinet asse dato.  
Dona truces animos et uerba seuera relaxant:  
Penelope donis altera Thais erit.  
Sed iam Thais erit Iunone seuerior ipsa,  
Si nullas habeat pulcher amator opes. 50  
Vos igitur iuuenes, quos nondum feror amoris  
Attigit, illarum laudo cauere dolos.  
Nam licet uratur, tamen in complexibus ipsis  
Quaeque salictores quaerit habere nouos.  
Protea multiplicem sciet ars retinere, sed illas 55  
Quin elabantur, nil retinere quiet.
- 3 Lumina colla genae flauī flexura capilli  
In Ganymede suo flamma fuere Ioui.  
Iuppiter in puerum quaerens sibi pauca licere  
In puero statuit cuncta licere deus.  
Oblitusque poli curas et murmura diuum 5  
Et linguam laesae coniugis atque Iouem  
Ilico eum tulit ad superos, ad sidera sidus,  
Et se tunc tandem credidit esse deum.  
Vtque puer paelex uisu tactuque liqueret,  
Oscula nocte Ioui, pocula luce dabat. 10
- 4 Ad cenam Varus me nuper forte uocauit:  
Ornatus diues, paruula cena fuit.  
Auro, non dapibus decoratur mensa; ministri  
Apponunt oculis plurima, pauca gulae.  
Tunc ego 'non oculos sed uentrem pascere ueni: 5  
Vel tu pone dapes, Vare, uel aufer opes.'
- 5 Graecinum uirgo, puerum Graecinus amabat  
Et puer in sola uirgine captus erat.  
Tradidit hanc puero Graecinus, se puer illi  
Et fruitur noto uirque puerque suo.

43 peruertere scripsi: praeruertere FP || 47 serena relaxat F ||  
48 talis F || 50 pulcer P || 52 Attigit P || 54 sanctores F || 55  
Prothea FP | sciet scripsi: solet FP ualet Buechelerus || 56 Quin  
elabantur F: Qui uel abūtur P | quiet (uel queat) scripsi: ne-  
quit P nequid F || 3, 2 ganymede P || 3 Iuppiter P || 4 num deo ? ||  
7 Ilico eum scripsi: Iliacum P || 9 paelex P | liqueret scripsi:  
liceret P || 5, 3 Tradidit, sic P

- Parce, precor, uirgo, toties mihi culta uideri  
Meque una forma perdere perge tua.  
Parce superuacuo cultu componere membra:  
Augeri studio tam bona forma nequit.  
5 Ne tibi sit tanto caput et coma pexa labore;  
Nam caput hoc bellum est, cum coma missa fuit.  
Ne stringant rutilos tibi serica uincla capillos,  
Cum uincant rutilae serica uincla comae.  
Nec tibi multiplicem crines reuocentur in orbem:  
10 Inculti crines absque labore placent.  
Aurea nec uideo cur flammea uertice portes,  
Aurea nam nudo uertice tota nites.  
Vtraque fert auris aurum, fert utraque gemmas:  
Vtraque nuda nouis anteferenda rosis.  
15 Ora facis uitreo tibi splendidiora nitore,  
Cum tamen ora uitro splendidiora geras.  
Incendunt niueum lunata monilia collum:  
Nec collum simplex dedecuisse potest.  
Contegis obducta candentes ueste papillas,  
20 Candida cum nolit ueste papilla tegi.  
Ne toga fluxa uolet, reprimit tibi fascia corpus,  
Cum corpus uenerer, si toga fluxa uolet.  
Dic, teretes digitos cur anulus et lapis ambit,  
Cum teretes digiti dent pretium lapidi?

LXXVII (B. III 275, M. 262, Wernsd. III p. 227) *primus*  
*protraxit Patissionius in editione Petronii (Lutetiae 1587 p. 167)*  
*ex codice nunc ignoto, sed ut uidetur bono; inuentum est postea*  
*in solo codice Remensi 743 saec. XV et pauca antiqua et multa*  
*medii aevi et temporis recentis carmina continente (cf. Ellisius*  
*in Anglorum 'Journal of Philol.' IX p. 186 sqq.); quin anti-*  
*quam sit non dubito (Aemilio Magno Arborio, auunculo Ausonii,*  
*adscripsit A. Rivinus sine ulla ratione) || 2 una — perge scripsi:*  
*tuum — parce R Pat. || 6 Nam R: Et Pat. | bellum est Pat.:*  
*placuit R | cum R: et Pat. | missa fuit scripsi: mixta fuit R*  
*mixta placet Pat. || 9 Ne R || 10 Inculti crines Pat.: Nam cum*  
*forte iacent R (num N. coma f. iacens — placet ?) || 11 nec*  
*Pat.: non R | flammea uertice Pat.: uertice flammea R || 16 tamen*  
*Rivinus: tantum R Pat. || 19 obducta Eldickius: occulta R*  
*Pat. (an occultas candenti ?) || 21 reprimat R || 22 sic R: Sat*  
*corpus uenerer sit t. f. licet Pat. || 23 cur R: quare Pat. ||*  
*24 tereres Pat. | lapidis R*



Ornatu nullo potes exornatior esse 25  
 Et tantum ornaris in mea damna nimis.  
 Ne te plus aequo species externa perornet,  
 Cum sis plus aequo pulcra decore tuo!  
 Non ego sum, pro quo te componendo labores,  
 Nec qui te talem non nisi cogar amem. 30  
 Pronus amo: non sum, tenero qui pugnet amori,  
 Nec qui te roseam nolit amare deam.  
 Cum radiis certare Iouis tua lumina possunt  
 Et possunt radiis uincere signa Iouis.  
 Sole nihil toto melius splendescit in orbe: 35  
 Sole tamen melius splendidiusque nitescit.  
 Sunt tibi colla quidem niue candidiora, recenti  
 Sed niue, quae nullo marcida sole iacet.  
 Conueniunt tepido tua frons et pectora lacti,  
 Sed lacti, saturae quod posuere caprae. 40  
 Cedit odora tibi uernantis gratia siluae,  
 Nec tibi quod rignus praeferat hortus habet.  
 Nulla colorati species tibi proxima prati,  
 Nec cum floruerit, par tibi campus erit.  
 Alba ligustra tuae nequeunt accedere laudi 45  
 Fixaque cespitibus lilia laude premis.  
 Nulla tuos possunt aequare rosaria multus,  
 Cum nec adhuc spinis sit rosa uulsa suis.  
 Gratia, quam uiolae maturo flore merentur,  
 Si flos contulerit se tibi, uilis erit. 50  
 Non Helenae mater nec par tibi filia Ladae,  
 Quamuis haec Paridem mouerit, illa Iouem.  
 Compulit illa Iouem cygni latuisse sub alis,  
 Compulit illa Phrygas saeua sub arma duces.  
 Leda per albentes humeros fluitante capillo, 55  
 Dum legit Argiuae florea sarta deae,  
 Erranti super astra Ioui de nube suprema  
 Cognita plumalem de Ioue fecit auem.

28 pulchra R || 30 cogar] fort. pungar || 32 nolit scripsi:  
 uelit R uellet Pat. || 33, 34 possunt bis Meyerus: possent  
 bis R Pat. || inter 37 et 38 R hos uu. aperte interpolatos addit:  
 Et modo labente candidiora niue Nec niue quam lapsam  
 Phebi tepfecerit ardor || post 40 R hos uu. interpolatos praebet:  
 Lacti quod per agros celesti rore refecta Graminibusque nouis  
 pasta creant ouis || 41 gratia scripsi: gloria R Pat. || 43 prat  
 R || 48 suis R (ut uid.): tuis Pat. || 50 Si flos scripsi: Si quod  
 Pat. Sit quod R | cum tulerit R || 52 Quamuis Pat.: Quam R ||  
 53 signi R || 54 phruges R || 58 plumalem Pat.: flumalem R

Tuque puellarum dum ludis in agmine princeps,  
 60 Inter uirgineos lucida stella choros,  
 Si magno conspecta Ioui de nube fuisses,  
 Deposuisse deum non puidisset eum.  
 Ast Helenae facies et opima potentia formae  
 Dardanio Paridi per mare praeda fuit.  
 65 Graecia coniurat repetendam mille carinis;  
 Iurat et hanc ratibus Graecia mille petit.  
 Te tam conspicuam Phrygius si praedo uideret,  
 Et te uel ratibus uel rapuisset equo.  
 Annis tracta decem sunt Troica bella, sed uno,  
 70 Si pro te fierent, mense peracta forent.  
 Virgine Ladaea me iudice dignior esses,  
 Pro qua Troianas flamma cremaret opes.  
 Tu poteras Priamo ualidissima causa fuisse,  
 Nulla ut cura foret regna perire sua.  
 75 Si succincta togam, ritu pharetrata Dianae,  
 Venatrix toto crine soluta fores,  
 Si Dryadum comitata choro, si nuda lacertos  
 Arcu fulmineos insequereris apros,  
 Te quicumque deus siluosa per acra uagantem  
 80 Conspiceret, ueram crederet esse deam.  
 De pretio formae cum tres certamen inissent  
 Electusque Paris arbiter esset eis,  
 Praefecit Venerem Paridis censura duabus  
 Deque tribus uictae succubere duae.  
 85 Cum tribus ad Paridem si quarta probanda uenires,  
 Prae tribus, a, Paridi quarta probata fores.  
 Pomaque si formae potiori danda fuere,  
 Haec potius formae danda fuere tuae.  
 Ferrea corda gerit, tua quem caelestis imago  
 90 Vel tam purpureae non tetigere genae.  
 Robore uel scopulo genitum conuincere possim,  
 Quem tam sublimis forma mouere nequit.

62 deum] Iouem Burmannus || 66 Iurat et R: Iurata Pat. ||  
 68 Tete Meyerus | ratibus Pat.: uelo R || post 68 R inserit hos  
 uu. interpolatos: Grecia iuraret populis te mille petendam Et  
 merito populis mille petita fores || 74 Nulla sit ut cura r.  
 perisse sua R || 75 risu Pat. || 77 driacum R || 79 acra scripsi:  
 antra R Pat. (cf. uol. IV ad c. 504, 3) || 86 Prae Eldickius:  
 De R Pat. | a Paridi Pat. (a interiectionem puto): a paride R ||  
 87 fuerunt R || 89 sic Pat.: Corda gerit dura tua q. diuina  
 figura R interpolatione medii aevi aperta || 92 sublimis Burm.:  
 sollempnis R Pat. || uidetur imperfectum

## LXXVIII. (IUDICIUM PARIDIS).

Tres deae ad Paridem.

Tres sumus ecce deae: forma se quaelibet offert.  
Hoc in discidio uolumus, Paris, arbiter esto.  
Cui pomum dederis, titulum simul ipse referto.

Venus ad Paridem.

Plectra sonora, ioci, lusus, lasciuia uoluptas,  
Haec mea. si reliquis me praefers, ipsa puellam  
Pro mercede dabo, qua non formosior ulla.

Iuno eidem.

Sceptrorum sublimis honor fasciesque tremendi  
Diuitiaeque mei iuris. te iudice palmam  
Si tulerim, regno per me donabere summo.

Pallas eidem.

Quae caelum, quae terra tenet, quae pontus et orcus,  
Legibus astringo certis: nil me sine rectum;  
Et, si me sequeris, non abstrahet auius error.

Iudicium Paridis.

Grata mihi tua forma, Venus, tua munera grata;  
Plus aliis mihi mente sedes: certaminis ecce  
Pignus habe uictrix auri spectabile malum.

Poeta.

Hac in lite triplex hominum mellita poesis  
Depinxit studium, quorum datur optio cunctis.  
Falluntur tamen optando plerique: sequaces  
Luxus habet multos, honor et sapientia paucos.

LXXVIII—LXXX protraxi mus. Rhen. XXXI p. 602 sqq. ex  
codice Lansdowniensii (Londonii in Mus. Brit.) 762 saec. XV—XVI,  
qui inter multa Anglica inde a fol. 17 habet praemissa nota:  
Hiis quoque ualidissimis tum gentiliū tum nostrarum litte-  
rarum testimoniis non de nichilo uenit in mentem stultissimum  
paridis troiani quod sequitur adicere (sequitur iam carmen  
LXXVIII) || titulum Iudicium Paridis addidi || 1 ecce addidi:  
om. L | dee et quaelibet, ut semper, L || 3 an ista, ut titulum  
ualeat 'gloriam'? || 4 ioci lusus scripsi: ioco plausus L || 7  
fastesq; L || 8 Diuicieq; L || tit. Panlas L || 10 celumq; L | tenet  
qui L | orcus scripsi: orbis L || 12 auius scripsi: inuius L ||  
13 tu munera L || 16 poeses L || 19 sapientia scripsi: sapiam L ||  
subscribit Finis L | secuntur epitaphia recentia, inter quae:

## LXXIX. EPITAPHIUM NAEUI.

Diua tibi uita est, felicia tempora, Naeni!  
Me miserum! uersa est sors mea morte tua.  
Nulla agitur requies onerosa in luce moranti:  
Te sine dulce nihil, te sine uita dolor.  
5 Occidis ante annos patriae uirtutis imago,  
Sic tamen ut uiuas in meliore loco.  
Accipe supremos tumuli modo, frater, honores,  
Quos potius nobis tu dare debueras.

Responsio.

Parce, precor, lacrimis. fatum, germane, quid urges?  
10 Omnibus haec solido est scripta adamante dies.  
Puluis et umbra sumus tantum: post funera uirtus  
Nomen inextinctum sola superstes habet.  
Nil aurum, nil pompa inuauat, nil sanguis auorum  
— — — — —  
15 Hanc cole et ante oculos imitanda exempla parentum  
Pone; sed interdum sit tibi cura mei.

## LXXX. EPITAPHIUM PALLANTIS.

Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni  
Militis effudit morte fera, iacet hic.

LXXIX cum titulo Epitaphium Neuiii poete, quod correxi ||  
1 Neui L || 3 agitur scripsi: igitur L || 5 ymago L || 7 honores  
ego: hores L || 9 quid ego: qd L || 12 nextinctum L | suprestes L |  
14 om. sine lacunae signo L || 15 cole scripsi: colo L || secuntur  
epitaphia recentia et medio aeuo confecta, inter quae c. 194  
Anth. lat. [uol. IV p. 188], tum Epitaphium Marci tullii cice-  
ronis: Largus et exundans leto dedit ingenii fons Ingenio  
magnus est ceruix cesa nec unquam Sanguine cauidiei madu-  
erunt rostra pusilli, porro c. LXXXI nr. 16 (Epitaphium Cathonis  
portii) et Epitaphium Didonis Africana (= Ouidii epist. VII  
193 sq.) et id quod sequitur:

LXXX (M. 690), quod adfertur in Gestis Romanorum  
p. 538 ed. Oesterley || tit. sic L: om. gesta || 1 turni L; curui gesta ||  
2 effudit L: occidit gesta, uulgo | fera Boltius: sua L gesta  
hic om. gesta || sequitur in L Epitaphium Iulii Caesaris (= LXXXI  
nr. 17) et Epitaphium Octauiani (= 754 M.; cf. infra ad c. LXXXII)  
et Epitaphium Herculis (= 580 M.) aliisque recentia cum Ouidii  
Trist. III 3, 73—76 et epitaphio Terentii (supra LXXII): uides  
uastam farraginem, ex qua tria carmina noua supra proposita  
uere antiqua putauerim

## LXXXI. CARMINA DE VIRIS INLUSTRIBUS.

1 Quisquis ad ista moues fulgentia limina gressus,  
Priscorum hic poteris venerandos cernere uultus,  
Hic pacis bellique uiros, quos aurea quondam  
Roma tulit caeloque pares dedit inclita uirtus.  
Grandia si placeant tantorum gesta uirorum,  
Pasce tuos inspectu oculos et singula lustra.

## Romulus.

2 En, noua qui celsae fundauit moenia Troiae,  
Vrbem Romanam proprio de nomine dictam.  
Infantem gelidi proiectum ad Thybridis undas  
Vberibus secunda piis Larentia pauit.  
Ausus finitimas praedari fraude Sabinas,  
Fortem fortis humi prostrauit Aetona duello.

## L. Quintus Cincinnatus.

3 Cui dedit hirsutus nomen venerabile cirrus,  
Quintus hic ille est, rigidis animosus in armis.  
Is quoque dum curuis sudans penderet aratris,

LXXXI, quod antiquum (cf. ad LXXII, 1) puto (fortasse ab Aenea Silio, quem c. 16 et 17 e codice referre testatur Fabricius antiq. p. 233, inuentum) primus edidit A. Maius auct. class. III p. 359 sq. e codice Vaticano (V), quem ut inuestigare mihi non contigit, hoc ordine 1, 2, 7, 4, 11, 8, 6, 10, 9, 13, 14, 12, 15—20; praeterea extat in Gothano 1047 saec. XV exeuntis, sed ut singula poemata inter multa carmina (etiam renascentium litterarum) sint dispersa hoc quidem ordine: 6, 13, 16, 3, 12, 17, 8, 1, 15, 4, 9, 2, 20, 7, 10, 5, 14, 18, 11 (codicem a Duebnero protractum contulit mihi R. Ehwald); denique deprehendi in Ambrosiano H. 184 inf. saec. XV sub fine (contulit mihi A. Ceriani), ubi hoc ordine haec poemata leguntur: 1, 2, 7, 4, 11, 8, 6, 10, 9, 13, 14, 12, 15, 16, 17, 18, 20. Carmina de uiris illustribus Romanis tam consulibus quam imperatoribus et regibus inser. Maius (ex V?), titulo caret A 1 (M. 878) De eadem urbe Roma inser. G (post c. 881 Mey.) 2 hic om. V | noltus G || 4 dabit G | inclyta AV || 5 Grandia G: Inclyta V | Inclita A || 2 (M. 711), 1 En scripsi: Hic codd. troiae V: rom(a)e AG || 2 dixit G || 3 tibridis codd. | undam V 4 faec. A | laurentia codd. || 6 humo pr. areona G || 3 (M. 717) solus habet G (tit. Lulius Quintus Cincinnatus) || 1 cyrrus G || 2 Quintus G || 3 curuis (sic) — aratro G, correxi (curuo — aratro Buechelerus)

Ante boues meritum meruit dictator honorem.  
5 Consulis obsessi partes defendit inertis,  
Inde triumphalem conscendit agricola currum.

## M. Furius Camillus.

Qui fuit en patriae quondam spes ampla ruentis,  
Hic Senonum propria domuit uirtute furores;  
Vicit et opposito quos clausit Marte Faliscos,  
Brachia fallaci religato in terga magistro.  
5 Quicquid ubique truces bello ualuerunt decenni,  
Inclita, Veientes, accessit pompa triumpho.

## T. Manlius Torquatus.

Inclita Torquatae dedit hic cognomina genti.  
Vir ferus ante acies prostrati guttura Galli  
Perfodiens gladio poscentis uoce duellum  
Abstulit aurati pretiosa monilia torquis.  
5 Consulis et Decii bello collega Latino  
Victoris nati maculauit caede secures.

## P. Decius.

Hic est qui uitam patriae deuouit amatae.  
Dum furor oppositos agitaret ad arma Latinos  
Saeuaque crudelem cecidissent classica pugnam,  
Inter tela aciesque uirum cuneosque pedestres  
5 Candida sacrata religatus tempora uitta  
Ante diem moriens hostilibus occidit armis.

## M. Curius Dentatus.

Quid iuuat imperio populos rexisse potenti  
Fuluaque Mygdoniis ornasse palatia gemmis?  
Quamquam cuius inops toto notissimus orbe  
Hic fuit, egregio domuit qui Marte Sabinos.

5 inertes G || 4 (M. 713) tit. M. Furius om. G M. Fuluius Ca' A || 1 condam G cum A || 3 Rudit G (sic) | oppositos — phaliscos A | claudit G || 4 religata G || 5 et 6 om. V || 5 truci — decerni A deceni G || 6 Inclyta A | ueienses G | triumpho A 5 (M. 714) solus habet G Titus Manilius Torquatus inseribens 4 torques G || 5 detii G || 6 (M. 715) De Publio Decio G || 2 Cum Duebnerus || 3 pugna G || 4 cuncosq; G || 5 sacrato V || 6 diem scripsi: aciem AGV | crudelibus V || 7 (M. 716) Marcus GV, om. A | cirenus G | demptatus A || 2 migdoniis AG | gemis A || 3 toto ex totos G

Frerit ipse licet fulgentis robora Pyrrhi,  
Pauperiem lato Samnitum praetulit auro. 5

## 8 C. Fabricius.

Contentus modico tectique habitator egeni  
Hic erat et rennit denicti munera Pyrrhi,  
Spreuit et oblatos, Samnitum munera, seruos,  
Respuit immensi locupletia ponderis aera,  
Horruit infamem scelerata fraude ministrum  
Pocula pollicitum regi miscere ueneno. 5

## 9 Q. Fabius Maximus.

Vir fuit iste ferox, qui toruus fronte uerenda  
Visitur, egregius et bello clarus et armis.  
Captiuos modici quamquam pauperrimus agri  
Exemit pretio Poenorum in uincula missos.  
Is quoque cunctando nisi Punica frerit arma,  
Nulla foret Latiis Romana potentia terris. 5

## 10 Claudius Nero.

Armorum uirtute potens Nero Claudius hic est.  
Coniunctus Lini Picentis ad arma Metauri  
Prostrauit Libycas memorando Marte cohortes.  
Fortunate tui, iuuenis metuende, furoris!  
Ausus es ignari iacere ad tentoria fratris  
Ceruicem Libyci media inter tela tyranni. 5

## 11 M. Marcellus.

Tu primus Libycum Nolae sub moenibus hostem  
Insidiis periture tuis, Marcelle, fugasti.

5 fulgentis A: fugientes G ingentis V | pirri A || 6 oblato  
Buechelerus | sannitum A sanito G (qui et pertulit) || 8 (M. 718)  
Gaii Fabricii licinii epitaphium G G. Fabricius A Gaius Fabrici-  
cius V || 2 et spreuit G | pirri A pirri G || 4 ante 3 G || 3  
sannitis A | serues G || 4 locupletis V | ponde(ris al. m. supra  
lin.) G || 5 ministrum Frochlichius: magistrum codd. (etiam G  
sic: mgrm) || 6 miscere] miseroq; A || 9 (M. 719) Quintus G ||  
1 qui totus V || 2 Visitur scripsi: Vir fuit codd. | et bello  
clarus A: uir bello clarus G belli praeclarus V || 5 quoque AG:  
qui V | nouerit V | arma A || 10 (M. 720) Nero Claudius V ||  
2 linio A | arma methauri G || 3 Prostrauit A || 4 metuendo G ||  
5 temptoria A ad tempora G || 11 (M. 721) in tit. Marcius G  
|| 1 Nolae] mollem (m. pr. ex ras.) s. m. orbem A || 2 suis G

Cumque Syracusi condemnaretur honoris  
Pompa tibi, Albano gessisti in monte triumphum.  
5 Praedonum deprensa manu uenerandaque multis  
Luctibus heu patrio caruerunt ossa sepulcro.

## Scipio.

Ille ego sum, patriam Poeno qui ex Marte cadentem  
Sustinui rapuique feris ex hostibus urbes  
Hispanas, aciem Hannonis magnumque Syphacem  
Perdomui et fractum totiens armisque repulsum  
5 Hannibalem, uictorque ferox mihi regna subegi  
Punica et excelsas altae Carthaginis arces. 12

## C. Marius.

Et genus et nomen merui uirtute feroci  
Rusticus Arpinas, bellorum maximus auctor.  
Efferat post Numidae quam fregimus arma Ingurthae,  
Cimbrica praeclaros geminauit turba triumphos.  
5 Exegi ciuile nefas seruilibus armis,  
Et mea Sullanos frerunt arma furores. 13

## M. Caesius Scaena.

Ignem calens belli mediaque in caede cruentus,  
Pompeiana phalanx patulis exire ruinis  
Dum furit et properat claustrorum frangere turres,  
Scaena ego Caesarei defendi culmina ualli. 14

3 syracusi G: syracusii AV | condemnaretur scripsi: quon-  
dam negaretur GV insignis cessisset A (q. raperetur Duebnerus  
abuueretur Buechelerus) || 4 in om. G || 5 deprensus A || 6 se-  
pulchro A || 12 (B. II 41, M. 722) extat etiam in Florentino  
pl. 39, 9 a. 1464 exarato aliisque eiusdem temporis | tit. Sci-  
pionis epitaphium G || 1 ex marte FV: ex hoste A morte (ex  
om.) G || 2 ex om. G || 3 Hispanias G (sic) | aciem Hannonis  
scripsi: anonis acies G hannonisque acies FV amonisque (mg.  
at cancriq; et melius uigore scansionis) acies A | Maurumque  
Buechelerus | siphacem F sifacem A || 5 Annibalem A | uictor-  
que V: uictumque A bellisque FG || 6 altae AV: dure G dirae  
F | cartaginis AG || 13 (M. 727) De Gaio Mario G Gaius Ma-  
rius V C. Marius A, qui in mg. Scipio huc poni debet ||  
3 iugurthae A || 4 gemauit G | turba AG: pompa V || 5 nephas  
ciuilibus G || 6 me V | sullanos G syllanos A syllani — furoris V ||  
14 (M. 729) tit. Marcus Caesius Scaena G Gaius Scaena V  
G. Scaena A || 1 callens G || 2 falanx G || 3 tures G || 4 cesari G



Dum timet Oceanus praeclari Caesaris arma,  
Textum pampineae gessi sublimē coronae.

- 15 **Gn. Pompeius.**  
Arma tui quondam toto uictoria mundo,  
Qui pelago Cilicas et Pontica regna subegi.  
Vis mea, quos profugus commouerat exul ad arma,  
Bellorum uirtute truces prostravit Hiberos.  
At me post soceri ciuilia bella cruenti  
Dextera Septimii Phariis laceravit in undis.

- 16 **M. Porcius Cato.**  
Cerue hic ora sacri semper ueneranda Catonis!  
Libertate potens animoque inuictus et armis  
Auius incerto peragrauit tramite Syrtes,  
Libertatis enim dulcedine captus amatae,  
Ne sua seruitio premerentur colla tyranni,  
Fortia crudeli penetrauit pectora ferro.

- 17 **Iulius Caesar.**  
Ille hic magnanimus, qui claris arduus actis  
Non timuit generum nec inertia signa senatus,  
Ne sibi Gallorum raperetur pompa triumphi,  
Intulit inuitus per ciuica uiscera ferrum.  
Vis inuicta uiri raparata classe Britannos  
Vicit et hostiles Rheni conpescuit undas.

- 18 **Caesar Augustus.**  
Quae mihi, sancte, dabit grandes expromere laudes  
Musa tuas? iam pauca canam. tu Caesaris alti

5 occianus G | praedari V || 15 (M. 730) Gneus Pom<sup>us</sup> A  
Pompeius V Quintus Gaius Pompeius G || 1 uictoria A || 2 cil-  
licas G; Cilices *Duebnerus* (at cf. 20, 4) || 3 Vix G || 4 Gallorum  
— prestauit hiberos (sic) G || 5 seruilis A || 16 (B. II 52, M. 747)  
*habet etiam L* (cf. supra p. 396) et *Fabricius* || tit. M. Por-  
tius C<sup>us</sup> A De Marco Porcio Catone Uticensi G || 1 ossa GL  
*Fabr.* | uen. A | cathois GL || 3 peregrauit — syrthas A |  
4 auitae *Burmannus* || 6 pectora] uiscera V || 17 (B. II 63,  
M. 750) *habet etiam L et Fabr.* || tit. Gaii Iulii Caesaris epi-  
taphium G || 1 clarus G || hastis L || 2 inercia gigna (s supra  
pr. g) G inertia tela L (tela etiam *Fabr.*) || 4 inuitus G: in-  
uictus AV immite L immitis *Fabricius* | eūeta, *supraser.* at  
ciuica, G || 5 Bis i uita G | reperata A | caede AV || 6 reni  
AG | comp. AG composuit L || 18 (M. 755) *tit.* Octavianus A  
Octavianus Augustus G || 1 sancta *codd.*, corr. *Buechelerus* |  
dedit gr. depromere G || 2 tua G

Vitus est indignam memorando nomine mortem,  
Actiaco et Phariis superasti in gurgite classen,  
Tranquillumque tuis faciens uirtutibus orbem  
Clausisti reserata diu sua limina Iano.

**Tiberius.**

Claudius egregie uixit priuatus et insons  
Imperiis, Anguste, tuis; simulataque uirtus

\* \* \*

**Traianus.**

Caesareo toto referens hic orbe triumphos  
Notus erat, mundi qui pro pietate gementis  
Inclitus extremos penetrauit uictor ad Indos,  
Belligerosque Arabas et Colchos sub iuga misit,  
Armenia et Parthos pepulit Babylone subacta,  
Et dedit Albanis regem, quos uicerat armis.

5 Tranquillāq; G (num hoc seruato urbem?) || 6 lumina AG ||  
19 (M. 759) solus habet V || 20 (M. 771) 1 Caesarios — thrium-  
phos A || 2 mundi AV: uidue G | qui pro A: condam G quon-  
dam V || 3 Inelytus AV | peregrauit A; cf. *Catulli* XI 2 || 4 Ara-  
bes *Duebnerus* | colcos A | iugo G || 5 et om. G | partos A |  
babilone AG || alia epigrammata, quae A. Maius l. l. edidit (num  
ex eodem V?) quaeque recentis esse originis probabile est, hic  
saltim adiciam:\*

**Iulius Caesar (M. 751).**

Caesar, ad imperium ciuili sanguine partum  
Venisti famulasque manus Fortuna tetendit:  
Ipsa tibi cessit tellus et iussibus aequor  
Paruit omne tuis. uerum inuidiosa potestas  
5 Et suspectus honos: adimunt ciuilibus armis  
Imperium uitamque tibi formidine regni.

**Iulius Caesar (M. 752).**

Germanos domui Caesar Gallosque potentes,  
Cesserunt signis omnia regna meis.  
Et generum uici natosque ferumque Catonem,  
Imperioque fuit subdita Roma meo.  
5 In tantis opibus me fors inimica peremit,  
Omnis et immiti gloria sorte ruit.

**Epitaphium Iulii Caesaris (M. 753).**

En adsum Caesar. quis me praestantior armis?  
Quis prior eloquio? quis me clementior alter  
Egregia pietate fuit? quoscumque subegi,

## LXXXII.

## De Nino.

1 Ninus ab Assyriis sum primus regibus ausus  
Non modo finitimos populos regesque potentes  
Imperio pressisse meo, sed uiribus omnem  
Paene Asiam domui terraeque marique timendus.

## De Semiramide.

2 Te stola ne dubium teneat cultusque uenusti  
Corporis ambiguus: sum clara Semiramis, alto  
Non minor ipsa uiro, belli pacisque probatis  
Artibus insignis, nato miserabilis uno.

## De Cyro.

3 Quantum fata ualent atque inmutabilis ordo  
Astrorum, docui Cyrus, quem nulla domare  
Vis potuit, non Astyages Babylonue superba:  
Massagetis tandem me fata dedere tremendis.

Hos nîci pietate magis quam fortis in armis.

5 Plus mecum Fortuna fuit, plus famae homini uni  
Quam sibi di dederunt: gestis belloque refulsi,  
Germanos domui populos Gallosque potentes  
Atque tripartitam tenui sub fascibus orbem.  
Deleri haud potuit uirtus, non inelyta fama,

10 Haud patricida meum potuit restringere nomen:  
Qua rapitur Titan curru, qua uergitur axis,  
Hac Zephyrus nostros referet per saecula triumphos.

ubi u. 4 fortis Meyerus: fastus V || 5 famae homini ego: omnibus V ||  
6 dii dederant V || 10 parricida V | restringere V, corr. Meyerus.

Augustus (M. 756).

Solus habes aquila cornos laniante triumphum  
Imperium, uictusque tuis Antonius armis  
Leucadio et regina freto; Ianumque bifrontem  
Clausisti. at toto cum feceris otia mundo

5 Teque audes conferre deo, te Liuiâ sortis  
Dicitur humanae tandem monuisse ueneno.

ubi u. 4 at Meyerus: ac V || 6 tandem Maius: om. V (mixto  
uel nocuo Buechelerus)

LXXXII (B. II 3—10, M. 696, 698—701, 704, 749, 705)  
protraxit Burmannus ex Cod. Ms. Viri Amplissimi Balth.  
Huydecoperi, in quo sylua ueterum aliorumque Epigrammatum  
habebatur. || 2, 1 stola te dubium cod. || 3, 4 tandem Iacobsius:  
eadem cod. || 4 De eodem cod. inscribit

## De Tamyri.

4 Quantum ego claruerim Mauortis in agmine, Cyrus  
Ipsè ferus nouit, qui dum mea regna profanus  
Spargapise insidiis raptò popularier andet,  
Quam Tamyris turbata ualet, cognouit in utre.

## De Alexandro Magno.

5 Magnus Alexander bellisque horrendus et armis,  
Qui terrore mei trepidantem nominis orbem  
Vsque sub Eoum paruo cum milite Gangen  
Vndique concussi, nulli sum laude secundus.

## &lt;De Myrina&gt;.

6 Inter Amazonidas, quas insula celsa Tritonis  
Hespera progenuit, qui me nescire Myrinam  
Dixerit, ignarum sese fateatur oportet  
Eximiae laudis: Libyamque Asiamque subegi.

## De Iulio Caesare

7 Sum genus Aeneadum Caius cognomine Caesar  
Iulius, Assyrios, Cyrum, Macetumque ferocem  
Qui iuuenem probitate animi, qui corporis acer  
Viribus exsuperans fueram pater urbis et orbis.

## De Penthesilea.

8 Graiugenas acies superans passimque fugatas  
Penthesilea premens ulcisci nobilis umbram  
Hectoris ipsa mei potui, ni dirus Achillis  
Ille Neoptolemus me clam misisset ad Orcum.

4, 3 populariter cod. || 4 Thamyris cod. || 5, 3 patrio Bueche-  
lerus || 6, 1 quam cod., qui titulum om. || 7, 2 Assyrios] Asca-  
nios Oudendorpius Assyrium Meyerus | Macetumque cod., corr.  
(ut cetera) Burmannus || addam hic saltim eiusdem farinae car-  
mina, quae in codice Riccardiano 931 saec. XV ec. (post Diras)  
deprehendi.

Octavianus Augustus

In Macetum campis ultus iam Caesaris umbras  
Sum patris, Augustus armis belloque superbus.  
Meque meo sensit fugiens Antonius ense,

Quantum ingens mundus, quantum Iouis alta potestas,

5 Tantus in orbe fui. terras pontumque subegi;

Vix caelum superis et sidera summa reliqui.

quod carmen (B. II 64, M. 754) protraxit Fabricius antiq.  
p. 152 (p. 233 Aeneam Silium referre testatus); habet Luns-

LXXXIII. *Acidis tumulus.*

Acidos haec cernis montana cacumina busti  
 Aequor et ex imis fluminis ire ingis?  
 Ista Cyclopei durant monumenta furoris:  
 Hic amor, hic dolor est, candida nympha, tuns.  
 Sed bene si periit, iacet hac sub mole sepultus:  
 Nomen et exultans unda perenne uehit.  
 Sic manet ille quidem neque mortuus esse feretur  
 Vitaque per liquidas caerulea manat aquas.

LXXXIV. *Pani et Apollini.*

Pan tibi, Phoebe tibi, lenimen dulce laborum,  
 Otia dum terimus, carmina mille damus.

*downiensis (supra p. 395) || 1 Macetum vulgo: Macedum Fabr. Macedon L Macedonum Ricc. || 2 pater L | belloque armisque L Fabr. (animisque Burm.) || 3 Meque Ricc.: Neque L Namque Fabr. (Iamque G. Vossius) | meos — enses L Ricc. Fabr., correvi || 4 mundus L Ricc.: orbis Fabr. || 5 terras Ricc.: mare trans (tias L) Fabr. L || cetera in solo Ricc.*

## Epigramma Pyrrhi.

Demetrium Antigoni Poenos elapsus Epiro  
 Concussi bellis, Siculos, Lacedaemona Pyrrhus.  
 Romanos studui Tarento auertere et ardor  
 Feruidus assidui belli mihi semper inhaesit.  
*in carmine inedito tit. pirri || 1 Demetrium antigonũ penos || 2 lacedemona pyrrus || 4 inhesit Ricc.*

## Epitaphium Alexandri.

Magnus Alexander sum, qui uicticibus omnem  
 Munificus bellis incussi et stragibus orbem.  
 Ante meos nullus potuit tam fortiter annos  
 Tam late imperium et regnorum extendere fines.  
*u. 2 puto Horrificus*

## Epigramma Iulii Caesaris.

Magni animi Caesar populos uirtute subegi  
 Iulius arctos, potui qui solus honores  
 Flectere Pompeii et solus Romana tenere  
 Imperia atque unum mundo praeponere regem.  
*u. 1 Longanimi cesaris p. (an Magnanimus Caesar?) || 2 arthos Ricc.*

LXXXIII—LXXXVI *Fabricio debentur* || LXXXIII (B. I 148, M. 247) *Fabr. antiqq. p. 131 (6 dedit Burmannus)* || LXXXIV (B. I 33, M. 590) *Fabr. antiqq. p. 162*

LXXXV. *Magnae Matri.*

Sum uagus assidue, toto circumferor orbe,  
 Nec me diuersi cogit distantia mundi,  
 Alterius titulo subdere nota reum.  
 Veri certa fides Tiburni uexit in arcem  
 Et iam . . . . .  
 5 Quare o diua parens . . . . .  
 Ansonia in terra . . . . .

LXXXVI. *De urbe Feltria.*

Feltria perpetuo niuium damnata rigore  
 Terra uale posthac non adeunda mihi.

LXXXVII. *TULLII de ciuitate Tarenti.*

Ambitur gemini sinuosa fauce profundi  
 Vrbs, quae de paruo flumine nomen habet,  
 Quam mare, quam tellus ditant, set dispare pacto:  
 Pisce fretum, terra germine grata placent.  
 5 Vitis oliua seges surgunt tellure feraci  
 Et mare purpureo murice dite rubet.

## LXXXVIII.

Porcius octophoro fertur resupinus ad aedem  
 Iunonis Triuiae priscaque templa deae  
 Et circum Phoebi merito stupet inscia turba  
 Atque ait: '† an horum † uictima porcus erit.'

LXXXIX. *In equum mirae pernicitatis.*

Te euperet Phoebus roseis aptare quadrigis,  
 Sed fieret breuior te properante dies.

LXXXV (B. I 60, M. 628) *Fabr. ibid.* (2 Haec *Buechelerus* cohibet *Heinsius* || LXXXVI (B. III 10, M. 70) *Fabr. antiqq. p. 164 cum uerbis: hoc distichon Iulio Caesari adseribitur (1 rigori Oudendorpius. 2 Terra Pithoeus: Forte vulgo)*

LXXXVII extat in *Canoniciano l. 308 saec. XIV fol. 190 manu saec. XV, unde protraxi mus. Rhen. XXXI p. 96 || tit. Versus composita ut dicitur per tullium de ciuitate tarenti || 3 pacto scripsi: fato codex*

LXXXVIII (B. V 194, M. 1123) *ex cod. MS. Bourdelotii affert Pricaeus ad Apulei apol. p. 173 teste Burmanno, qui in Porcium inscribit (4 ipse lusus in uerbis an horum corruptus)*

LXXXIX (B. V 174, M. 1104) *Burm. his uerbis usus affert: inueni in cod. MS. Doruilliano, quo continebatur Ruderici Cari Baetici opus . . . , in cuius fine hoc epigramma legebatur post inscriptionem et epigramma metricum de templo Traiano sacrato.*

## XC.

Hortis Hesperidum, Sabelle, cultis  
 Nostrae cultior hortus est puellae.  
 Mirari, o bone, desinas, Sabelle.  
 Hortorum deus ipse nam Priapus  
 Cunctis hunc fodit et rigat dièbus. 5

## XCI.

Petroni carmen diuino pondere currit,  
 Quo iuuenum mores arguit atque senum.  
 Quartillae praeda gaudet lasciuia puella,  
 At quoque delicias frigida sentit anus.  
 Arbitr haec diri scripsitque Neronis amicus,  
 Arbitr arbitrio dictus et ipse suo. 5

## XCII.

Infantem Nymphae Bacchum quo tempore ab igne  
 Prodiit, inuentum sub cinere abluerant.  
 Ex illo Nymphis cum Baccho gratia multa est,  
 Seiunctus quod sit ignis et urat adhuc.

## XCIII.

Formosissima Lai feminarum,  
 Dum noctis pretium tibi requiro,  
 Magnum continuo petis talentum:  
 Tanti non emo, Lai, poenitere!

XC (B. III 264, M. 1701) ed. Menagius ad Diogen. Laert. libr. II p. 77 ed. Lond.: lusum nouicium cum Buechelerus puto (2 Vestrae . . . est Lupercae, 4 ipse quaestuosus Menagiarum notarum edd. recentiores)

XCI—XCIII protulit Binetus in libello, quem uol. IV p. 13 descripsi, scilicet in Italiae bibliothecis inuenta || XCI (B. II 235, M. 1544) sic adfert Binetus: 'Epigramma Iulii curusdam, quod Romae in Vaticana bibliotheca cum Petronii fragmento descriptum legi' (Pomponio Laeto attribuit Niebuhrus, Klein. Schriften p. 347) || 3 Quartillae Riuius: Quare ille Bin. Quare indeprenta Heinsius Quaerens illecebras Buech. | praeda scripsi: praesa Bin. || 4 Haec Heinsius || 5 Arbitr haec diri temptauit: Nam rbrer diri Bin. Nam pariter d. Riuius Nam rector d. Buech. | amicus Binetus: amictu Bin. amici Riuius || 6 et] ab Heinsius || XCII (B. I 22, M. 1545) ex Meleagri ep. 113 conuersum || 1 Nymphae et 3 Nymphis Bin. || XCIII (B. III 217, M. 987) sic adfert Bin.: 'In Polianthaeae libro ad uocem Talentum referuntur hi uersus ut M. Val. Martialis'; cf. Macrobbii sat. II 2 || 1 foeminarum Bin. || 2 precium Bin. | tuae Patissonium

## XCIV. Cornelii Celsi.

Dictantes Medici quandoque et Apollinis artes  
 Musas Romano iussimus ore loqui.  
 Nec minus est nobis per pauca uolumina famae,  
 Quam quos nulla satis bibliotheca capit.

## XCV. De Lucretia MODESTI.

Roma, tibi ambiguum mea mors sine teste dedisset,  
 Esset utrum ut corpus sic scelerata anima.  
 Proin animam testor scelus haud tetigisse, sed ecce,  
 Vt solum foedum est corpus, ita id fodio,  
 5 Quo cruor inflictam labem lauet et per aperta  
 Pectora ab innisa sit fuga sede animae.

## XCVI. TULLII MARCI.

Callidus Afer eris semper, Romane disertus,  
 Semper Galle piger, semper Hibere celer.

## XCVII. C. AURELI ROMULLI.

Cecropias noctes, doctorum exempla uirorum,  
 Donat habere mihi nobilis Eustochius.  
 Viuat et aeternum laetus bona tempora ducat,  
 Qui sic dilecto tanta docenda dedit.

## XCVIII. Miltiades.

Qui Persas bello uicit Marathonis in aruis,  
 Ciuibus ingratis et patria interit.

CXIV—C primus protulit Pithoeus ex fontibus ignotis || XCIV (B. II 252, M. 849) Pith. p. 48 (1 Appollinis) || XCV (B. II 171, M. 557) Pith. p. 57 || 4 ita Barthius: et Pith. || 5 Quo Oudendorpius: Qua Pith. || XCVI (B. III 166, M. 945) Pith. p. 66 (2 Ibere); fictum esse putat H. Hagenus ex glossis in codice Bernensi 48 saec. XI fol. 1, ubi inter adnotationes de bonis naturis gentium haec adferuntur: Tullius Marcus dixit: Graecus ante causam, Francus in causa, Romanus post causam. Francus grauis, Romanus leuis, Afrus uersipellis (eiusdem Marci medici ad . . . uirum clarissimum dicta habentur in codice Bernensi 109 saec. X fol. 136): cf. progr. Bernense a. 1880 || XCVII (B. II 236, M. 544) Pith. p. 126 (cf. et Lipsius epist. quaest. V 8); post Gellii libr. X in compluribus codd. inueniri testatur Gronouius (4 fruenda mauolt Buechelerus) || XCVIII (B. II 14, M. 707) Pith. p. 152



## XCIX. Epicuri.

Cum te mortalem noris, praesentibus exple  
Deliciis animum: post mortem nulla uoluptas.

C.

Virginis insano Iulianus captus amore  
Femina fit cultu dissimulatque uirum.  
Et sic indutus muliebriter intrat ad illam.  
Res patet, abscondit membra pudenda pater.  
Femina uirque prius nec uir nec femina nunc est: 5  
Fit neutrum, credi femina dum uoluit.

CI. VESTRICII SPURINNAE DE CONTEMPTU  
SAECULI.

## Ad Marium.

1 Dulcis Vestricii ioca,  
Seras Socraticae reliquias domus,  
Ne laudes nimium, Mari.  
Contemnit placitas . . . bilibus uiris,

XCIX (B. III 146, M. 1564) Pith. p. 603 (2 Deliciis Burm.:  
Dinitii Pith.) || C (B. III 271, M. 1007) Pith. p. 605: Incerti  
ex u. c. Fr. Iureti fide

CI — CXIX a Casp. Barthio prolata ex uariis codicibus  
quid audiant vulgo notum est, quamquam in suspectanda uiri  
(in legendis codd., ut uidetur, non sat exercitati) fide nimii sunt:  
pleraque genuina equidem putauerim. digna est res, in qua per-  
tractatis uiri studiis scriptisque accuratius inquiratur. Barthii  
codd. semper per C significauit, licet ex eius textu, praesertim in  
orthographis, non semper fida illorum memoria repeti possit  
(\* addidi in disertis Barthii de C testimoniis)

CI (Wernsd. III p. 325 sqq., cf. et IV p. 839 sqq.) bis edidit  
Barthius et ad Gratium p. 158 ('in ueteribus membranis . . .  
iuncta inuenimus scripta: Senecae epistolae . . . Boethium . . .  
Peruigilii Veneris fragmentum sub nomine Senecae [cf. uol. IV  
p. 292], quattuor has odas . . . uno perpetuum uersuum tenore . . .  
Haec opera, recenti manu in unum fascem compacta Martis-  
purgi . . . inuenimus. Vario omnia atramento uariaque aetate  
scripta') et in Aduersariis XIV 5 || Incipit Vesprucius Spurinna  
de contemptu saeculi. Ad Marium. Od. I inscribit C || 1 Dulcis  
(i. cari tibi) scripsi: Dulceis C Dulces vulgo | Vesprucii C  
ioca C\*: iocos Barthius || 3 Marti C\*, corr. Barthius || 4 ita C\*  
corrupte (mobilibus Barthius placitus nobil. Wernsd.)

5 Soli qui sapientiae  
Post florem rapidum nec stabilem gradu  
Aetatis senium dicat  
Mentis compositae, qualis ab arduis  
Ad se uersa laboribus  
10 Quos non dat patriae, seposuit sibi  
Annos. orba lucro graui,  
Iam puro ambitio tegmine candida  
Illudat grauidae spei!  
Nos sero pelagus uicinus inuium:  
15 Quicquid uiximus, interit.  
Aestas quem decies septima uiderit,  
An leues memoret iocos  
Atque aptos citharae conciliet modos,  
Surdus auriculis strepens?  
20 Quisquis decrepiti corporis est reus,  
Sat sese eloquii probat,  
Si seruat placidi intra silentii  
Et patrocinium otii.  
Hoc cani grauitas uerticis abstinit,  
25 Non ut sponte sua fugax,  
Sed multi numeris carminis \* \*

\* \* \*

Salue, sancta deum satu,  
Nullis, Pauperies, numinibus minor,  
Tecum si sapias tibi;  
Vltro magnificis hospes honoribus,  
5 Absoluens numerum tuae  
In te laetitiae, sordida cum quies  
Lautis nuda tumultibus  
Ambit se patria fertilis in domo,

2

6 rapidum — gradu scripsi: tepidum — gradum C || 8 ab  
arduus Barthius: ad arduus C\* || 10 patriae Barthius: pa. . . e C\* ||  
11 lucro Barthius: lro C\* || 12 corrosus in C\* initium: Iam  
puro addidi (Fucato Barthius Albato Wernsd.) || 14 puro Nos  
uero p. liquimus incitum || 15 interit C || 16 uiderit scripsi:  
diuidit C || 17 leueis C || 18 citharae C || 19 Surdis num sanum? ||  
21 puro elogiis || 22 seruat] ser . . . C || 24 attulit Wernsd.  
2 In MS nulla distinctio nec ulla nota est alia' Barthius || 1  
Salue — satu Gronouius: Faue — sata C\* || 3 sapias] puro  
satagas || 4 Vltro Wernsd.: Vltia C Vitae Beyerus || 6 laetitiae  
C || 7 Raucis Wernsd. | unda C || 8 fertilis Barthius: forcilis C\*  
fortius Wernsd.

Nullis uendita plausibus;  
 Contemtrix queruli magnanimis fori; 10  
 Nil non sola potens, ubi  
 Furtinis procerum suppliciis procul  
 Regnas in proprio sinu.  
 Felix, quem teneris mater ab unguibus  
 Et regina rapis simul! 15  
 Non illum *populi* fascibus arduum  
 Versat nobilitas mala  
 Curarum facilem fluctibus, ut suis  
 Orbum sideribus rotet.  
 Illum splendida nox et decor improbe 20  
 Caecus praecipitant

\* \* \*

3 Postquam fixa solo semel  
 Spernit fluctinagos ancora nauitas  
 In saeuum pelagus sequi,  
 Quam uitat rabido perniciem mari,  
 In tuto reperit sinu: 5  
 Haerentem ualidis *litore* dentibus  
 Aerugo propria exedit.  
 Ni te desidia sancta quies leuet,  
 Turbas dum *populi* fugis, 10  
 Priuatis quaties fata tumultibus,  
 In te ludere peruicax.  
 Nos \* \* uigilans somnus \* \* labor  
 Tortis liberat anguibus,  
 At presso gracilis Cura manet pede.

4 Ingrati nebulae desidia caput  
 Circumstant trepidum; sors nimia in probos

9 uendita *Barthius*: uendibilis C\* || 10 Contemtrix C |  
 magnanima C\*; *corr. Barthius* || 16 *populi Axtius*: om. C tu-  
 midis *Wernsd.* || 17 an mobilitas m. C. f. f. in suis, ut u. 19  
 restet emendandus? || 18, 19 et suis — rotat *Axtius* || 20 *puto*  
 anchora C || 4 rabido *scripsi*: grauido C || 5 tuto *scripsi*: suo C |  
 repetit in *Aduers.* C errore, ut uid. || 6 ualidis *scripsi*: tumidis  
 C timidis *Wernsd.* | *litore addidi*: om. C aggere *Axtius* nam  
 male *Wernsd.* || 8 sancta] num nuda? || 12 tamquam et habet  
 explet *Wernsd.* | labor *scripsi*: furor C\* furor *Barthius* ||  
 13 liberat] liber et *Wernsd.* || 14 gracilis] num uacuis? || 4 in  
 hoc fragmento multa obscura || 1 *Ignau* *Axtius* | desidia, sic C\*;

Incestis facilis annuit ausibus,  
 Constans assiduo pede.  
 Multum turba tenax . . . fidei  
 Ultra fata furit non docilis fugae  
 \* desider \* \* praemio

## CII. &lt;APVLEI&gt;.

Principium uitae \* \* obitus meditatio est.  
 Non uult emendari peccare nesciens.  
 Immoderata ira genetrix est insaniae.

## EIVSDEM.

Pecuniam amico credens fert damnum duplex;  
 Argentum enim et sodalem perdidit simul.

## CIII. De Myrrha patrem fugiente.

Cerne Arabem Myrrham temerati a crimine lecti  
 Patria praecipiti linguere regna fuga.  
 Pone sequens genitor ui iudicis imminet ensis  
 Et premit incestae iam pede poena pedem,  
 Donec mutata in frondem porrecta figura est:  
 Sic quoque non certo myrrha liquore fluit.

desidiae uulgo dissidii *Wernsd.* *puto* perfidiae (desidii *Barthius*)  
 || 2 *puto* fors || 3 facit C\* || 4 Constans *scripsi*: Sta contra C ||  
 5 sed nocuae *addidit Axtius*

CII (B. III 99, M. 225) *adsert Barthius Aduers.* XV 17:  
 'sic igitur membranae. Appuleius philosophus et poeta insignis  
 fuit, cuius hae a scholasticis feruntur sententiae . . . Eiusdem  
 haec feruntur . . . ? || 1 num uerae addendum? (nostrae *Meyerus*) ||  
 2 Non em. uult *Buechelerus* | peccati *Burm.* || 3 Immoderatae  
 irae *Burm.* | genetrix *scripsi* (*coll. Senecae epist.* 18, 14): strictus  
 C fructus *Barthius* || 4 credens fert *Burm.*: credens est C cre-  
 dere est *Barthius* || 5 enim *addidi*: om. C que *Riesius*

CIII (B. I 157, M. 678) *adsert Barthius Adu.* XVI 1 ut  
 'reperit in antiquissimo codice *Metamorphoseos Ouidianae*,  
 quem *Leodii* pretio nostrae potestatis fecimus' || 5 frondem  
*scripsi*: fontem C fruticem *Riuinus* | porrecta *idem*: proiecta C ||  
 6 myrrha — fluit *Riuinus*: limfa — fugit C

## CIV.

Cum patrem et patrios ferret ceruice penates  
 Atque adeo ardentis fata nouella Asiae  
 Romanosque deos Europaeosque triumphos  
 Totius et mundi cum populis spolia,  
 Tros Anchisiades poterat periisse per ignes,  
 Haemonia ut uirtus Hectoris ante rota,  
 At cum flamma furens tetigit senis ora parentis,  
 Dissiliit nullis noxia turbinibus.  
 Fata operi restent, pietas si sola fauebit:  
 Inuictum in mediis ignibus obsequium est.

## CV.

Desidiam nolis; sed nec labor improbus omni  
 Arridet: dulce est inter utrumque situm.  
 Ignauum scabies, luctantem iniuria perdit:  
 Ille sui, alterius perdidit iste decus.

## CVI.

Hinc est quod populus aurum quasi numen adorans  
 Audet in ignotum sponte uenire nefas,  
 Speque lucri totiens excedere ius et honestum  
 Sustinet, ut gratis nunc inuet esse reum.  
 Ins ruit, ordo perit, scelerei placet ora manusque  
 Vendere, quamque inopem, tam pudet esse probum.

CIV (B. I 108, M. 642) *Barthius ibid.*: 'eiusdem generis est in prisco Floratorum codice a nobis repertum in Aeneam' || 2 ardentis f. nouella scripsi: ingentis f. nouerca C || 3 triumphos C || 4 cum populis temptauit: exsuuiis C (tolleret exuuias Oudend. rex subiit spolia Wakkerus eriperet sp. Meyerus || 6 Aemonia C; Hectorea Wakkerus | Hectoris scripsi: tracta erat C e glossa || 9 non intellego; fortasse Fata perire uetant: pietas si salua manebit, Inuictum eqs.

CV (B. III 98, M. 919) *Barthius Adu. XXIII 22*: 'epigrammation uetus, quod e membranis de prosodia multa, multa et alia complexis aliquando descripsimus' || 2 situm scripsi: nihil C || 4 alterius corruptum

CVI (om. B. M.) *Barthius Adu. XXV 19*: 'uetus epigrammaticarius'; num Petronii petiumque ex excerpto quodam An-thologiae ? || 1 adorant C

## CVII. &lt;Argumenta Lucani&gt;

Proposit primus liber, inuehit, inuocat atque  
 Causas exponit; cursus properantis ad urbem  
 Caesaris et nimios ostendit in urbe timores.  
 Quadruplices narrat pars libri prima secundi  
 Continet eiusdem pars proxima uerba Catonis  
 Et Bruti. dicit, quo foedere Martia nupsit.  
 Hostis in occursum ducit pars tertia Magnum,  
 Opposuisse manus notat et quod Caesaris ira  
 Cuncta ruunt. arcesque capit, cedentibus instat.  
 Ast uni uitam tribuit, qui nuntius hosti  
 Exemplumque sui sit uicto; Magnus ad omnes  
 Turmas ipse suas hortandas magna minatur.  
 Hinc pars quarta notat Pompeium tunc properasse  
 Brundisium; tandem metuens maris ostia claudi  
 Hesperia puppes geminas in parte reliquit.  
 Tertius exponit primo quid Iulia dixit,  
 Quid Magnus fecit, audax quo Curio missus.  
 Altera pars libri dicit, quod Caesar in urbem  
 Iuit opesque dedit Romae nolente Metello  
 Militibus, Magnique notat qui signa sequuntur.  
 Ultima quod tendens Hispanas Caesar in oras  
 Massiliae stetit: hanc sed uicit in aequore Brutus.  
 At quarti libri narrat pars prima, quod instat  
 Caesar in Hispanos ad iussa ducesque reuersos.  
 Mortem Vultei cum multis altera pars dat.  
 Ultima quod Varum pepulit campoque fugant  
 Curio, fraude Iubae cecidit qui strage suorum.  
 In prima quinti Pompeio Roma regenda  
 Est data. multa timens pro se responsa recepit  
 Appius; exponit pars proxima seditionem

CVII (om. B. M.) *Barthius Adu. XXXVII 8*: 'Pharsalidos libri in compendium notati sunt a ueteri critico . . . describere uolui, cum sciam ante sexcentos annos eum codicem esse scriptum, cui adfari sunt . . . ' || 2 Causas C || 3 nimios ostendit scripsi: nimios hinc C (narrat *Burm.* plebis *Buechel.* addunt) || 4 narrat] questus *Burm.*; potius Quadruplices corruptum || 6 federe C || 8 et *Burm.*: om. C || 11 Exemplum fuerit quo uiso Magnus C, correxi (cf. *Luc.* II 513—550) || 12 suus C || 13 quarta *Burm.*: quinta C || 14 Brundisium C || 15 Experia p. geminus C | parte *Buechelerus*: mare C || 27 qui *Burm.*: quoque C || 28 primo C || 29 pro *Burm.*: per C || 30 Appium C

- Sedatam poena. mare *transiit* urbe relicta  
 Caesar, qui questus, quod non Antonius ultra  
 Inerat, expertus fuit ipse pericula Martis.  
 Ultima, quod posita mansit Cornelia Lesbo.
- VI 'Postquam castra' notat, quod Caesar uictus ab hoste 35  
 Fugit in Emathiam, quamuis clausisset is ipsum.  
 Hinc et Thessaliam quae sit gentemque profanam  
 Describit. damnat Sextum non digna petentem.
- VII 'Segnior Oceano' casu quo bella geruntur  
 Ostendit populo sic esse quod . . . uterque. 40  
 Proxima pars bellum describit, et ultima, Magnum  
 Deuictum cepisse fugam. sed Caesar habendas  
 Militibus monstrauit opes castrisque recedit.
- VIII 'Iam super Hercules' quo fugit, denotat atque  
 Quid dixit . . . . . quando quaerere Parthos 45  
 Consuluit: sed cassa fuit sententia Magni.  
 [Altera pars . . . exitium tibi, Magne, paratum.]  
 Parsque secunda notat Pompeium morte peremtum  
 Indigna; Phariis pars ultima facta sepulcro.
- IX 'At non in Pharia' dieit, quod bella Catoni 50  
 Libertate placent, qui Sextum multa minantem  
 Corripuit, postquam sciuit de funere Magni.  
 Altera pars multos correptos uoce Catonis  
 Syrtibus in mediis dat multa pericula passos.  
 Tertia quod Caesar simulauit flendo dolorem 55  
 Nec doluit saeuus generi ceruice recisa.
- X 'Vt primum' primo notat ut perrexit in urbem  
 Aegypti Caesar et ut est Cleopatra locuta.  
 Mox dapibus sumtis Nili disquiritur ortus.  
 Parsque secunda refert famulos qui fata parabant 60  
 Prana duci caesos aduersa nefandaque passos.

## CVIII.

Tempore qui laeto sortem ridemus amaram,  
 Certa uelut stabiles non dea uerset equos,

31 penam C | *transiit* *Burm.*: om. C || 35 *Postquam* *Buechel.*:  
 om. C || 36 ipsam C || 38 parente C, em. *Burm.* || 40 primo, sic  
 et quod dixit uterque *Burm.* || 42 habendis C || 45 Magnus.  
 quid *supplet* *Burm.* | portus C, em. *Burm.* || 47 *delet* *Burm.* ||  
 49 datque sepulcrum *idem* || 60 facta C || 61 *Prano* C

CVIII (B. III 106, M. 920 *Wernsd.* III 242) *Barthius*  
*Adu.* XL 18: 'elegia prisca, quae in codice *Quidii* librorum de  
*Ponto* ultima pagina et dimidia compacta ligneis munimentis

- Cur idem aduerso laetam ueneramur in aestu?  
 A mea tam bene quod cognita causa mihi est!  
 5 O qui carorum caput, o carissime quondam  
 An potes et miseri nunc meminisse mei?  
 Est equidem in laetis nemo non promptus amicus,  
 Inque homini aduersis umbra inimica sua est.  
 Tantalus infelix, dictus conuiuia deorum  
 10 Nunc quoque apud manes uictima sacra Ioui est.  
 Vsque adeo poenas non delent ultima fata:  
 Qui cecidit diuis, surgere nemo ualet.  
 Scilicet et nobis, qui functo corpore nuper  
 Dura per antiqui busta fugamur aui,  
 15 Perfida fallaces ostendit recula diuos  
 Et uoluit sanctis partem aliquam esse locis,  
 Non alio exemplo nisi ut eruta turbine diro  
 Desereret media nos rota fracta uia.  
 A mihi praeteritos referant si numina uultus  
 20 (Non etenim ueterem, te noua plaga, queror),  
 Vt facili amissos adblandiar ore fauores,  
 Thura ferens dignis carmina laeta deis!  
 Vt grauis hiberno torrens de monte uolutus  
 Obuia non magna arbuta uerrit ope,  
 25 Saepe domos etiam, saepe addita moenia raptat,  
 Currens praecipiti per loca longa uia:  
 Sic semel atque uno nos abstulit improbus ictu,  
 Mentem etiam et Musis pectora uota, furor.  
 Altus eram certe: sortis furor omnia uincit;  
 30 Obuius ut quisque est, 'tu mihi' clamo 'ueni'.  
 Improbus est, quisquis non haec spectacula cernens  
 Fortuna instabili se quoque stare putat.

*inscripta est*; sine iusta causa *Barthii* fetum esse statuit  
*Hauptius opusc.* I 344. antiquam esse nec ipse *spoponderim* ||  
 3 *idem* C | *uenamur* C, corr. *Piersonus* || 4 Ah et caussa C ||  
 5 qui] *malim* tu | char. — char. C || 6 mei *Burm.*: tui C || 8  
 Inque *scripsi*: Ipsa C (Ipse homo in — sui *Burm.*) | aduersus  
 C, corr. *Schraderus* || 9 dictus *scripsi*: dicunt C || 12 uiuus  
*Burm.* || 13, 14 *nondum* siue *explicati* siue *emendati* (pro functo  
 num uiuo, pro Dura num Furua?) || 15 *puto* *Perdita* | fallaces  
 o. recula *scripsi*: felices o. regula C || 19 Ah C || 21 *adblandiar*  
*Wernsd.*: *abblandiar* C *eblandiar* *Oudend.* || 22 Thura — diis C ||  
 carmine *Riesius* || 26 loca *scripsi*: iuga C || 27 simul *Wernsd.* ||  
 res *Oudend.* | *puto* Sic nos atque uno simul || 28 nota *Burm.*:  
 nota C || 29 *puto* fragor o. uicit || 30 *puto* clamat abi



En ego nec caros habeo miserandus amicos,  
 A quibus auxilio uerbaue remue petam.  
 Vnicus est, qui me non plane spernit egentem; 35  
 Cetera contento supplice turba fugit.  
 Quid faciam infelix? quae non nisi in omnibus uni est,  
 Sollicitem longo carmine saepe fidem?  
 Fracta fides crebro est precibus lugentis amici,  
 Hac tamen amissa num magis tristis ero? 40  
 Vos superi et, quorum es merito mihi numinis instar,  
 Quem nunquam posthac spero uidere, parens,  
 Vnius in gremio spes nostra abiecta sodalis  
 Tabet, et absentis perditam uerba sonant. 45  
 Ille iuuat forsitan, sed uerba immensa locuti  
 Facta breui constant non repetenda modo.  
 Scilicet in somnis quae poscunt plurima diuos  
 In fratrum auxiliis experietur inops.  
 Nos ubi praeteritis componimus orsa secuti  
 Temporis, his etiam credere fata uctant. 50  
 Interea rapit hora (nec est reparabilis) horam:  
 Nos lenta placuit tunc perire deo;  
 Ut pereunt miseri, quos uitae fructus ademptus  
 Deseruit, nulla post reparandus ope.  
 Tempore non illo Priamum periisse putabis, 55  
 Quo iacuit Teucro litore truncus iners;  
 Verum ut Thessalicis circum sua moenia fumus  
 Hectoreum rapuit fortior hostis equis.  
 Non ea post ductos uicto ex Oriente triumphos  
 Extinxit Magnum, quae tulit hora caput: 60  
 Illa illum exstinxit, campis congressa Philippis  
 Caesarea pulsum quae ruit hora manu.  
 Scilicet hic uitae finis, qui finis honorum est,  
 Cumque sua pereunt prosperitate uiri.  
 Sic quod heri uixi, quia iam nox altera praesto est, 65  
 Non illud tempus, quod modo duco, uocem.  
 Quaeque dies sibi uita sua est; cum transit illa,  
 Hesternae non est lux hodierna memor.

33 caros C || 34 auxilium *Burm.* || 35 es — spernis  
*Oudend.* || 37 non in millibus *Burm.* tantum ex omnibus  
*Wernsd.*; *puto* non nisi nomine in usu est? || 39 num lugentis? ||  
 40 non *Burm.* || 41 quorum] *num* qui horum? || 44 sonat C,  
*correx* || 45 locutis C, *correx* || 46—48 *desperati* || 49 sequuti C ||  
 56 littore C || 59 triumphos C || 61 *puto* Ista illum | congressa  
*corruptum*; num confecta? || 62 pulsum *scripsi*: populum C |  
 qua — manus *Wernsd.*

Quare, quem fructus uinendi, uita relinquit:  
 70 Nempe quid hoc demto, mors nisi maesta, uenit?  
 Undique quae laetis si se tristissima monstrat,  
 Quid miseris censes nolle parare mali?  
 Saepe ferunt uenti, saepe est firmissima nauis;  
 Mutarunt uenti flamina: nauis obit.  
 75 Dum canet hos scopulos, alios incurrere nauta  
 Sentit, et est damno serior arte suo.  
 Structa quid in magno sunt propugnacula saxo?  
 Humano maius saepe labore ferunt:  
 Callidus internis se spiritus ingerit antris;  
 80 Cum posita rupes sic grauis arce iacet.  
 Tuta nec in solido rerum Fortuna fauore est;  
 Cum minime credas, impulit illa rotam.  
 Tum quoque, cum nitido ridet placidissima uultu,  
 Turpis in aduerso pectore fucus inest.  
 85 Eleuat incautum, sperantem maxima nutu  
 Proiecit, ascendit cetera turba tamen.  
 Haec ego qui possum miseris miser ipse referre,  
 Non poteram dictis olim adhibere fidem,  
 Stulta quia et notis tam credula turba beata est,  
 90 Rideat ut miseri magna monentis opem.  
 Saepe mihi dixit Peligni Musa poetae,  
 Nunc ego mutata quod uice dico tibi.  
 Credite, quis fidum Fortuna uidetur asylum:  
 Non erit haec uobis, non fuit illa mihi.  
 95 Pendet ab axe suo uitae uariabilis ordo,  
 Nulla sui certa est hora nec ulla fuit;  
 Cumque nihil possit longi fuga mobilis aevi,  
 Se tamen hac semper mobilitate fugit.  
 Sed uitam incertam sequitur miserabile letum,  
 100 Humanas inter sola ea certa uia est.  
 Stultus et indoctus qui, cum non nesciat, illo  
 Eximi ab innumeris tempora lassa malis,  
 Hoc tamen extremo timet et fugit undique nisu,  
 Quod sequitur fortem quod timidumque premit.

70 moesta C || 72 *puto* nosse (posse *Riesius*) || 75 hoc C |  
*num* alios (uel illos) se inc. ? || 76 saeuior *Burm.* || 77 *puto*  
 Structaq. ut in || 78 *puto* saxa H. in maius s. l. fero (ruunt  
*pro* ferunt *Burm.*) || 79 Internis calidus *Oudend.* | *puto* si sp.  
 infremis || 84 auerso C, *corr. Burm.* (qui et au. tergore) || 85  
 spirantem *Burm.* || 86 Proiecit C || 93 asylum C || 94 hoc *Wernsd.* ||  
 9 prosit *Oudend.* || 98 Sic *Riesius* || 99 lethum C

'Vita tamen dulcis.' quid si magis altera restat? 105  
 'Mors grauis.' an scimus non grauiore premi?  
 Altior at miseris cura est, dolor ossibus haeret.  
 Verba cadunt pulvere, pectora maeror edit.  
 Sic ego qui medicas aliis dare molior herbas,  
 Nullius credam uulnera nostra manu. 110  
 Vna sed in cunctis data sunt solatia curis,  
 Sustineant lapso quae mihi membra pede.  
 Nulla, licet tenuis linguat spiramina uitae,  
 Absque interuallo sors truculenta fuit,  
 Nempe quia est miseris aliquod quoque numen amicam; 115  
 Qui patitur, nullis spernitur ille deis.  
 Venit ubi ad summum, non progressura ruina est,  
 Sed stetit et retro est uiribus acta suis.  
 Ipsa quoque e bustis extollier ossa uidemus,  
 Cum patria coluit religione nepos. 120  
 Diruta murali tormento saxa feruntur:  
 Erigit his alio moenia Marte labor.  
 Infelix quisquis nocet infelicibus unquam,  
 Hic meruit nullo tristia fine pati.  
 Omne quod hic cernis, tenuis modo corporis umbra est; 125  
 Vix macie exesis artubus ossa traho.  
 Varus aperta mouet procul internodia poples,  
 Consedit genubus tractus ab ore tremor.  
 Sordibus et multo similis squalore sepultis  
 Vix inter uiuos larua uidenda uagor. 130  
 Non tamen hoc hostes, non hoc mala numina possint,  
 Vt ualeat prouum nox pepulisse caput  
 Anguibus Alcides et caesa languidus hydra  
 Non hostes timuit, grus homicida, tuos.  
 Briseis ut rapta est, amor atrum inclusit Achillem, 135  
 Non metus Hectoreae Memnoniaene facis.  
 Ille sed extincto rediit uigor acer amico,  
 Reddidit ut iustus deposita arma dolor.  
 Me quoque Fors mihi restituet, moribundaque membra  
 Viribus ire suis splendida fata dabunt. 140  
 Tum trucis inuidiae furiis ultricibus horrens  
 Inuoluam positis arma uirumque malis.  
 Interea, ut libitum est, absentibus utere diuis,  
 Liuor, et in nostro gaudia quaere rogo!

108 moeror C || 120 patria] num pura? | colit haec Barthius || 127 Varus *Burm.*: Rarus C || 133 Languidus C, corr. *Schraederus* || 134 chortes — tuas *Riesius* || 135 acrem *Barthius* aegrum *Buech.* || 142 num ora uirosque?

## CIX.

Sera dedit Phoebō fugiente crepuscula uesper.  
 Conticuit mediam rerum confectio noctem.  
 Exoriens tenebris dilucula restituit sol.  
 Tempora sol reuehit, nox cedit tempora delens.  
 5 Nox accensetur soli ceu luna diei.

## CX. SYMMACHUS de Boethio.

Fortunae et uirtutis opus, Seuerine Boethi,  
 E patria pulsus non tua per scelera,  
 Tandem ignotus habes qui te colat, ut tua uirtus,  
 Vt tua fortuna promeruitque sophos.  
 5 Post obitum dant fata locum, post fata superstes  
 Vxor is propriae te quoque fama colit.

## CXI.

Mille post annos quater atque centum  
 Graeciae uindex capit arma mundi  
 Et superborum grauis arma regum  
 Diripit audax.  
 5 Ille non magno genitore magnus  
 Indiae reges Mediaeque, Parthos,  
 Bactra cum Poro Ecbatanosque paruo  
 Milite uicit;  
 10 Vincere ingentes animis et ausis,  
 Non docens gentes numero et metallo,  
 Vi celer, uirtute ualens, profundo  
 Pectore doctus.  
 Hoc magister te docuit ministrum;  
 Nam uolens parere regit deinde.  
 15 Poenitet tempus periisse tantum  
 Absque Camena.

CIX (*B. V 16, M. 1027*) *Barthius Adu. LVI 10 ex glossis in Boethium ueterrimis, ubi: Diluculae] non amplius nox, sed tenebrae rarescentes. Vnde sunt uersus:*

CX (*B. II 137, M. 265*) *Barthius l. l.: 'ex eodem codice' || tit. Symmachius C || 3 Tandem C*

CXI (*B. II 17, M. 697, Wernsd. III p. 419*) *Barthius Adu. LVI 14: 'in codice quodam priscis litteris exarato . . . in Alexandri Magni uita, incerto auctore, fabulis prodigialibus ridicula' || 2 mundi] inunctae Iacobsius || 3 grauia de Rooy | arua Iacobsius || 5 non] de *Burm.* || 7 Ecbatanisque *Meyerus* || 13 puto minorem || 15 periisse scripsi: abiisse C || 16 Camoena C*

Scribit in pectus bona dicta rector,  
 Praecipit doctor pietate tota.  
 Sic Alexander simul et magister  
 Omnia vincunt. 20  
 Ast ubi totum tenuit sub uno  
 Orbem habens sceptro, sibi uictus ipsi  
 Corruit. uicit Babylon triumpho  
 Te muliebri.  
 Sic Clitum ad Bacchi necat *udus* aram, 25  
 Sic deum tenit inuenis proteruus:  
 Vix duos et iam decem habens reliquit  
 Sceptra per annos.  
 Ter decem uixit inuenis per annos  
 Additis tantum tribus aut duobus. 30  
 Vixus exarsit, moriens flagrauit  
 Orbis in illo.  
 Non satis mundus fuit unus illi,  
 Nec satis quisquam fuit unus illi.  
 Maximus princeps sine fine: Baccho 35  
 Finis in ipso est.

## CXII.

Vt placidus noctu tibi Morpheus adsit, oportet,  
 Vt faciat laetum sobria uita diem.  
 Qui laesere diem, laesere tyrannida somni:  
 Hic furias, quo se uindictet ultor, habet.  
 Casta placent somno; mala sunt insomnia praesto, 5  
 Ebria lux foedis cum fuit acta iocis.

## CXIII.

Quos paribus nutrix eadem panisse papillis,  
 Pectore quos uno genitrix gestasse probatur,  
 Discidiis indiscissis in mutua saeui  
 Vulnera non una perituri clade ruerunt.

22 ipso c || 25 Clytum c | *udus* *Burm.*: om. c || 27 Vix  
 scripsi: Vt c

CXII (B. VI 92, M. 1142) *Barthius ad Statii silu.* V 4 in.:  
 'uetus epigramma, e membranis olim . . . Coloniae Agrippinae . . .  
 descriptum' || 2 faciant l. s. uina *Burm.* || 6 faedis c

CXIII (B. I 137, M. 664) *Barthius ad Statii Theb.* II 365:  
 'adscripta minuto Thebaidos codici litteris non plane minutis et  
 perquam ueteribus': conflata sunt duo epigrammata || 3 Dissi-  
 diis c, corr. *Buechelerus* | saeui *Burm.*: saepe c || 4 non] mox  
*Pierisus*

Quos per longaeuos discordia dirimit annos,  
 5 Vt post commissas iunxerunt foedera dextras,  
 Constantis dederunt documenta frequenter amoris:  
 Thebanum nullo linquit discrimine Tydeus,  
 Tydea nullo unquam Polynices Marte relinquit.

## CXIV.

Mars grauis armorum, Pluto moderator Auerni est,  
 Neptunus maris imperio dominatur, in astris  
 Imperium Iouis est, regnat uacuo aere Iuno,  
 It Venus in terris et ubique Cupidine cincta.

## CXV.

Vt Venus in terris, in aquis dat iura Cupido,  
 Sic Musae memores seruant per saecula libros.  
 Sic comes armorum crescit per carmina Fama  
 Nec sinit aeternis occumbere scripta coronis.  
 5 Pallas amat Musas atque ornat laude Camenas,  
 Bellorum uiuit placatis gloria Musis;  
 Et Veneris constant iuncta cum Pallade Musae  
 Imperio: sic cuncta regit diuina Voluptas.

## CXVI.

Matronam magni uehit ardens pano Tonantis.  
 Ad Veneris currum iuncta columba cycno est.  
 Pallada bubo uehit, sed eam rota nulla figurat.  
 Anguibus alma Ceres Persephoneque uenit.  
 5 Delia cum Luna est gemina prouecta iuuenca.  
 Venatrix ceruas uirgo Diana tenet.

5 per — dirimit scripsi: post — deserit c || 6 Vt scripsi:  
 Aut c || 7 dederunt in uersus fine c, traiecit *Burm.*

CXIV (B. I 2, M. 560) *Barthius ad Statii Theb.* III 436:  
 'uersus antiqua manu margini praeclari codicis adscripti' || 4 It  
 scripsi: Et c At *Riesius*

CXV (B. II 263, M. 852) *Barthius l. l.*: 'in aliis membra-  
 nis . . . hos reperi' || 3 puto Hinc cursu annorum (Sed *Buechel.*) ||  
 4 coronis] ruinis uel lituris *Burm.* tenebris *Buechel.* || 5 ornat  
*Oudendorpius*: armat c

CXVI (B. I 52, M. 603) *Barthius ad Statii Theb.* IV 430:  
 'uetus apud nos epigramma' || 2 iuncta *Barthius*: blanda c |  
 cycno c || 3 uehat c

## CXVII.

Thessalici proceres iunctis uirtutibus Argo  
 Magnificam aedificant fatiloquamque ratem,  
 Hac ope uentorum, Iunone et Pallade faustis,  
 Auratum referunt trans freta longa pecus.  
 Omnis in hac picta est uirtutis imagine forma:  
 Hinc labor acer opus grande parare iuuat;  
 Cumque opus effectum est, uentis piger indiget usus:  
 Hi tibi Fortunae dant rapiuntque rotam.  
 Iuno notat nummos, sapientia Pallade constat:  
 His ducibus tandem gloria parta uenit.  
 Niteris incassum nec te aurea praeda sequetur,  
 Hic nisi te ternus dux super astra uehat.  
 Quid facias igitur? Fortunae gloria seruit,  
 Diuitiis seruit, seruit et illa libris.  
 Ora igitur diuos, ut sis felixque bonusque;  
 Vt doctus, Musas irrequietus ama.

## CXVIII. PATRICII.

Vere nouo florebat humus, satus aethere sudo  
 Imbre maritatum uegetabat spiritus orbem.  
 Ipsa quoque aetherea deducta propagine flamma  
 Visceribus suffusa cauis noua germina largo  
 Urgebat gremio reparans elementa calore.  
 Latonae geminum numen, Cythereus ignis,  
 Iuppiter ipse parens et Maiiae mobile pignus  
 Temperie unanimi, secluso frigore tristi  
 Saturni ueteris, mundi per aperta nitabant:  
 Cum Venus Idaliis comitata sororibus exit,  
 Thessalicos uisura Lares, ubi florida Tempe  
 Perpetuis faciles conseruant cultibus hortos.

CXVII (B. I 126, M. 655) *Barthius ad Statii Theb.* VI 23:  
 'inter cimelia nostrae bibliothecae exstat' || 6 Hinc — iuuat  
 scripsi: Hanc — iubet C (Hic uel Hac *Klotzius*) || 7 usus cor-  
 ruptum; num ausus? || 9, 10 fortasse ante 7 ponendi || 10 tam-  
 dem C || 14 et ipsa *Meyerus*

CXVII (B. VI 89, M. 283; *Wernsd.* IV p. 475) *Barthius*  
 ad *Claudianum* p. 462: 'scidam ueterem . . . quae *Epithalamii*  
 cuiusdam initium habet . . . cuius titulus *Patricium* aut *Patri-*  
*tum* quemdam auctorem praefert, scriptorem utique ueterem nec  
 improbum; modo ne dignitatis id fuerit uocabulum, uero scrip-  
 toris abroso, ut arbitrari quiuisset poterit, initium ipsum mem-  
 branae defecere contuitus' || 3 aethereis C, corr. *Burm.*

It Natura comes lactenti feta papilla,  
 Vnde uenit uitale decus; prope Gratia blando  
 15 Intuitu inuergit florem nascentibus herbis.  
 Ante deam tenui decurrit ueste Voluptas,  
 Ostentans renocansque nitentia membra tegendo,  
 Purpureas croceo suras euincta cothurno,  
 Speque sua maior nullaue imitanda figura.  
 20 Blanda manu implexam tenet hanc ducitque canendo  
 Aethereas Siren iterabile carmen ad auras.  
 Ad iuga blanda sedet niveas moderata columbas,  
 Non satianda bonis, diuae soror alma. Cupido  
 Aliger obsequio stipat puer; agmen Amorum  
 25 Claudit agens choreas pictis exercitus armis.  
 Arrident late toto renolantia mundo  
 Sidera, blanditu dominam uenerata sereno.  
 Ipsa leni residens curru, mitissima diuum,  
 Ventilat afflata caelum Zephyrisque remissis  
 30 Mulcet agros lenique astris adremigat aura.  
 Protinus ut liquidum Phoebi iubar ore recussit  
 Progressamque deam docuere elementa fauendo,  
 Lydia qui cedente reliquerat arua sorore,  
 Obuia pampineis Liber rapit agmina thyrsis.  
 35 Ditia Pactoli superant Peneus amnis  
 Munera, clarus aquis nitidum stagnantibus aurum.  
 Exsultant Dryadum faciles deliria Fauni  
 Et Satyri, sub utroque deo promptissima pubes.  
 Corniger hos stimulis implet puer, aethera clangor  
 40 Verberat et crotalis responsant tympana pulsu.  
 Ecce pater pando recubans Silenus asello,  
 Cui lacer a summo pendeat cantharus armo  
 (Vina per os hirtaeque fluunt compendia barbae),  
 E numero comitum Veneris uestigat et olim  
 45 Captus amore petit festino Chlorida noto.  
 Nympha retrocedens dum spes alit inque furentem  
 Blanda micans oculis refugit pede, libera lusu  
